dextra reticuli parte vadūt ⁊ in ipso spargunt̄ op
positi parti q̄ ad ip̄3 a parte sinistra venit ex ramis
vene splenetice. ¶ Quinta vero ex sex in gede-
guil spargit̄ q̇ sunt in circuitu intestini colō ad nu-
trimentū ex eo sumēdū. Et sexta est sicut hec ⁊ i-
psius plīmū in circuitu ieiuni spargit̄ ⁊ qꝺ remāet
in circuitu tunicaꝝ minutaꝝ ⁊ cū monoculo cōtinu
atur ⁊ trahit nutrimentū.

Capitulū tertiū de anatōia vene hn̄tis ventrem ⁊
eius q̄ ex ea ascendit.

SEd ventre3 hn̄tis radix in primis in ipso
met epate spargit̄ in partes q̄ sunt sicut ca
pilli ad attrahendū nutrimentū a partib3
porte q̄ etiā sicut capilli partiunt̄. Partes vero uē
trem hn̄tis a gibbositate epatis ad ipsius ventrē s̄t
venientes. ¶ Et rami q̇dē porte sunt venientes
a cōcauitate epatis: ad cuius ventrē postea eius sti
pes apud epatis eleuat̄ gibbositatē ⁊ in duas diui-
dit̄ partes: vnā ascendentē ⁊ alterā descendentem
Sed ascendens ex ea rūpit diaphragma ⁊ penetrat
in ip̄3 ⁊ duas in diaphragmate dimittit vēas q̄ i i-
pso spargunt̄ ⁊ dant ei nutrimētū: dein̄ cassule cor
dis opponit̄ cui multos transmittit ramos q̇ ad mo
dū capilloꝝ diuidunt̄ ⁊ eā nutriunt. ¶ Et postea i
duas diuidit̄ partes quaꝝ vna q̄ est magna perueīt
ad cor: ⁊ in ipsū penetrat apud dextrā cordis aurē
Et hec q̇dē vena venis cordis maior existit ⁊ nō ē
hec vena alij̄s venis maior nisi ꝑpterea ꝙ alie ve
ne sunt ad aerē attrahen̄: ⁊ hoc est ad nutriendū:
sed nutrimentū grossius est aere: oportuit ergo ut
eius penetratio eēt amplior: ⁊ illud in quo stat eēt
maius. ¶ Et huic q̇dē qū cor ingredit̄ tres creant̄
panniculi quoꝝ fissure sunt ab exterioribus ad inte
riora ꝑpterea vt cor attrahat qū trahit̄ ab eis nu-
trimentū ⁊ postea nō reuertat̄ qū dilatabit̄. Et hi
q̇dē panniculi oibus alij̄s panniculis duriores sūt.
Hec autē vena in opposito cordis apud extensiōe3
eius tres dimittit venas: quaꝝ vna ab ea ad pul-
monē vadit apud arteriaꝝ originē nascens iuxta si
nistrā ⁊ in ventriculo dextro ad pulmonē reflecti
tur. ¶ Et ipsa q̇dē iā creata fuit duas sicut arteria
hn̄s tunicas: ⁊ ideo eā arterialē vocat̄ venā. Pri-
mū autē iuuamentū in hoc existit vt sit illud quod
ab ea resudat sāguis in vltīo subtilis pulmōis sub
stantie sil̄is paꝝ quoniā paꝝ est ex quo sanguis hic
a corde exiuit n3 in eo talis existit digestio qualis
est eius q̇ ad arteriā effundit̄ venalē. ¶ Et s3 exi-
stit iuuamentū vt in ea sanguis multū digerat̄. ¶
Secunda vero ex his tribus partibus in circuitu
cordis reuoluit̄ postea in interioribus ipsius ingre
dit̄ ad ip̄3 nutriendū. ¶ Et hoc q̇dē est qū fere ue
na ventrē hn̄s uenit vt submergat̄ apud aurē dex
trā intrans ad cor. sed ps tertia in oibus ꝑprie ad
ptē declinat sinistrā. ꝺeinde vadit ad q̇nā spōdili
um pectoris ⁊ sup eā accubitat̄ ⁊ in octo costis in-
ferioribus spargit̄ ⁊ in eo qꝺ ipsas seq̇tur ex mu-
sculis ⁊ alij̄s corporibus. Ex ea vero q̄ ex haben
te ventrē post tres penetrat ptes qū ptē pertransit
cordis ascendendo spargunt̄ in supprēo panniculi
pectus p mediū partientis ⁊ in supprēo cassule ⁊ in
carne nexa q̄ morū uocat̄ partes capillares. postea
apud furcule ꝑpinq̇tatē duo ab ea sepant̄ raī quo-
rū aībo ad partē furcule transuersi incedunt. ⁊ quā
tūcūq3 plus vadunt ad inuicē elongant̄ ⁊ fit vnus
q̇sq3 ramus ex eis duo rami. s. vnus in vnoquoq3
latere descendētes sup extrēitatē thoracis a ꝺxtra
⁊ sinistra ꝺōec ad epigloti perueniunt ⁊ in suis iti
nerībus ramos dimittunt qui in musculis spargunt̄
q̇ inter costas existunt quoꝝ orificia venaꝝ obui-
ant orificij̄s q̄ in ipsis penetrant ⁊ egredit̄ inde col
lectio ad musculū pectoris extrinsecū. Qūq3 ad e-
piglotale perueniūt egredit̄ ab eis exterius coll'cō

ad muſculos cōculcatos ſpatulā mouētes ⁊ ſpargit̄
in eis ⁊ alia collectio ſub muſculis rectis deſcendit
ex qua in eis ſpargunt̄ partes quaꝝ extrēitates cuꝫ
partibus aſcendentibus cōtinuant̄ vene albauiza-
lis quā mō noīabimus. ¶ Secundi autē vniuſcu-
iuſqꝫ eoꝝ ⁊ eſt par vnūqđqꝫ duoꝝ īpariū q̄nqꝫ di-
mittit ramos vnus ex eis in pectore ſpargit̄ ⁊ q̄t-
tuor ſuperiores nutrit coſtas. Et alter rāus ad mu
ſculos ſubmerſos uadit qui ſunt in collo ad nutriē
dū eos. ¶ Et alter ramus penetrat in foramibus
ſex ſpōdiliū ſuperioꝝ q̄ ſunt in collo. ⁊ inde ad ca
put tranſit. Et alter ramus magnus q̄ illis exiſtit
omnibus maior ad aſcellam ab vno quoqꝫ vadit
latere: ⁊ in quattuor diuidit̄ ramos prius in mu-
ſculis q̄ ſup thoracē ſpargit̄: ⁊ ipſi q̄dē ſunt ex illis
q̄ ſpatulā iuncture mouent. ¶ Et ſecundus in car
ne laxa ⁊ in panniculis q̄ ſunt in aſcella. Et tertius
eoꝝ deſcendit incedens in ſuppreo pectoris ad mi
rach. ¶ Et quartus oībus illis eſt maior ⁊ in tres
diuidit̄ ptes: vna pars ſpargit̄ in muſculo q̄ ī cōca
uitate exiſtit ſpatule. Et altera ps in muſculo ma
gno q̄ eſt in aſcella. ¶ Et tertia eſt maior ipſis oī
bus ſup adiutoriū tendēs ad manū ⁊ ipſa ē q̄ aſcel
lata vocat̄. Et illud qđ ex ramis remanet primis
quoꝝ vnū ex īparibus in multas partitū fuerat p
tes ad partē colli aſcendit ⁊ an̄q̄ multū aſcendat in
duas diuidit̄ ptes: vna ē guideꝫ manifeſta: ⁊ alt̄a
eſt guideꝫ ſubmerſa. ¶ Et guideꝫ q̄dē manifeſta
illico q̄ a furcula aſcendit in duas diuidit̄ ptes quaꝝ
vna illico q̄ ſepat̄ ad an̄riora tendit ⁊ ad latus: ⁊
altera vadit prīo ad an̄riora ⁊ deſcēdit ⁊ poſtea a
ſcendit ⁊ reuoluit̄ ſup furculā deiñ eleuat̄ ⁊ mani
feſta aſcendit ſup collū đōec ad primā ptē puēit et
miſcet̄ cū ea ⁊ fit ex eis guideꝫ manifeſta q̄ eſt ſci-
ta. Uerūtñ an̄q̄ cū ea miſceat ſepant̄ ab ea due p
tes quaꝝ vna ad latitudinē tendit. deiñ ſibi apud
furculā duaꝝ obuiationū obuiant in loco pfūdo.
Et ſecunda in collo manifeſta tranſuerſat̄ ⁊ duo e
ius imparia nō poſt hoc ſibi obuiāt. ¶ Et ex iſtis
q̄dē duobus imparibus rami ſepant̄ araneales qui
ſenſui nō ſubiacent. Ex ſumma autē ramoꝝ iſtius
ſc̄i paris pprie tres vene iā ſepate fuerunt ſenſu p
cepte q̄titatē h̄ntes ſed alie ſunt nō pcepte ſenſu.
vna vero haꝝ venaꝝ ſup ſpatulā extendit̄ ⁊ ipſa
ē q̄ vocatur ſpatularis ex qua eſt cephalica. ¶ Et
due ad duo iſtius ſpatularis latera ipſaꝫ vſqꝫ ad ca
put ſpatule ſil̄ cōmitantes vna vero eaꝝ ibi torq̄
tur vt ſerpens ⁊ nō ptranſit eā imo ibi ſpargit̄. ſꝫ
ſc̄a anterior eaꝝ eā pertranſit ad caput adiutorij et
ibi ſpargitur. ſpatularis quoqꝫ eas ābas ptrāſit ad
vltimū qđ eſt in manu ⁊ hec eſt. Guideꝫ autē mān̄i
feſta poſtq̄ eius duo īparia miſcent̄ in duas diuidi
tur ptes quaꝝ vna occultat̄ ⁊ ſepant̄ ex ea rami p
ui ⁊ in mandibula ſpargunt̄ ſupiore. ¶ Et alij rāi
multū maiores iſtis in mandibula inferiore ſpar-
gunt̄. Ramoꝝ autē duoꝝ mōꝝ ptes in circuitu lin
gue ſpargunt̄ ⁊ in manifeſto partiū muſculoꝝ q̄ ſt
ibi poſiti. ⁊ ps altera manifeſtat̄ in locis q̄ ſeq̄tur
caput ⁊ aureꝫ ſpargit̄. ¶ Guideꝫ vero ſubmerſa
cōitat̄ meri ⁊ aſcendit cū eo directe ⁊ in ſuo itinerē
dimittit ramos q̄ miſcent̄ cū ramis q̄ a guideꝫ mān̄i
feſta veniunt ⁊ oēs in meri ⁊ in epigloti ⁊ in oībꝫ
ptibus muſculoꝝ pfundoꝝ ſpargunt̄ ⁊ penetrat ex
tremū eius ad finē doreꝫ laude ⁊ ſpargunt̄ illic rāi
a dextra q̄ in mēbris ſpargunt̄ q̄ ſunt inter ſpōdilē
primā ⁊ ſc̄am ⁊ inde vadit vena capillaris ap̄ iun-
cturā q̄ ē inter caput ⁊ collū a qua rami ſeparant̄ q̄
ad panniculū veniunt q̄ ē cooperiens craneū ⁊ vēi
unt ad locū ubi duo emigranea ſibi obuiant ⁊ ſub
mergunt̄ ibi in craneo. Qđ autē poſt haꝝ venaꝝ
tranſmiſſionē remanet ad cranei ventrē penetrat ī
fine doreꝫ laude ⁊ inde ſpargit̄ ramus in duobꝫ ce
rebri panniculis ad nutriendū eos ⁊ ad ligandū pā
niculū duꝝ cū eo qđ eſt in ipſius circuitu ⁊ ſupra i
pſum poſtea egreditur ad exteriora ⁊ panniculū q̄
cooperit craneū nutrit deinde a pāniculo ſubtili ad
cerebrū deſcendit ⁊ ī ipſo diſpargit̄ ſicut arterie di
ſpargunt̄ quas oēs panniculi groſſi replicatio ſtrin
git ⁊ eas ad locū amplū q̄ platea uocat̄ đfert ī q̄m
ſanguis fundit̄ ⁊ cōgregat̄ deinde ab eo ſepat̄ īter
duas ṙplicatōes ⁊ vocat̄ torcular. Iſtis quoqꝫ rāis
q̄ ventriculo medio ppinq̄ fiunt ē neceſſe vt ma
gne fiant vene ⁊ ex torculari ſugant ⁊ ex ſuis vi-
is q̄ ab eo ſepant̄ deiñ a ventriculo medio ad du-
os an̄riores ventriculos tendunt̄ ⁊ arterijs ad lo-
cū illū aſcendentibus obuiant ⁊ texit̄ panniculus q̄
rete vocat̄ ſecundinum.

Capitulū quartū de anatōia venaꝝ manuū.

PRimū autē qđ ex ſpatulari diuidit̄ uena
q̄ ē cephalica q̄ in rectitudine ſiſtit̄ adiu
torij ⁊ in cutē ⁊ partes muſculoꝝ ſpargit̄
manifeſtas poſtea iuxta cubiti iūcturā in tres diui
dit̄ partes quaꝝ vna ē brachij ſuis q̄ ſup manife-
ſtū ſupioris focilis extendit̄ deiñ ad ſilueſtrē incli
nat̄ ⁊ ad focil̄ inferioris gibboſitatē declināſ ⁊ ī eo
qđ in inferioribus partibus raſete ſiluīibus eſt ſp
git̄. ¶ Secunda autē ad cubiti flexionē tēdit ī mān̄i
feſto aſeid ⁊ ramo aſcellaris cōmiſcet̄ ⁊ fit īde uēa
nigra. ¶ Tertia autē ſubmergit̄ ⁊ in pfundū etiā
cū ramo etiā aſcellaris miſcet̄. Ex aſcellari uero in
primis q̄ orit̄ pcedunt rami q̄ in adiutorio ſub-
mergunt ⁊ in muſcul̄ q̄ ſunt ibi ſparguntur ⁊ ibi fi
niuntur excepto vno eoꝝ q̄ peruēit ad aſeid. ¶
Qūꝫ aſcellaris circa cubiti peruēit iūcturaꝫ in duas
diuiditur partes quaꝝ vna ſubmergitur ⁊ rāo ce
phalice cōtinuatur q̄ pfundatur cū quo parūp ince
dit ſed poſtea ab eo ſepatur ⁊ decliāt vna earū ad
domeſticū donec ad articularē ⁊ anularē peruēit ⁊
ad mediū medij ⁊ pars eleuat̄ ⁊ in partibus māus
extrinſecis q̄ tangunt os diuiditur. Secunda autē
partiū aſcellaris apud aſeid in quattuor ptitur ra
mos quoꝝ unus in inferioribus aſeid diuidit̄ ⁊ ad
raſetā tēdit. ¶ Et ſecundus diuidit̄ ſupra diuiſio
nes primi cuius diuiſiones ſunt ſicut illius diuiſio-
nes. Et tertius ſil̄r diuidit̄ ī medio aſeid. ¶ Quar
tus vero eſt maior eoꝝ ⁊ ipſe eſt ille q̄ manifeſtat̄
⁊ eleuat̄ a quo pcedit ramus q̄ ad vnū cephalice p
uēit ramū ⁊ fit ex eis vena nig̃ cuius reſiduū ē ba
ſilica q̄ etiā occultat̄ ⁊ ſubmergit̄ alia vice. ¶ Ue
na autē nig̃ a dōeſtico incipit ⁊ ſupra ſupius focile
eleuat̄ deiñ ad ſilu̅reꝫ puenit ⁊ ī duas ad laude gr̃
ce ſilitudinē diuidit̄ ptes quaꝝ ſupior ad extremū
ſupioris focilis tēdit ⁊ vadit ad raſetā ⁊ in pollicis
dorſo ſpargit̄ ⁊ inter ipꝫ ⁊ indicē. pars autē eius ī
ferior ad extremū focil̄ inferioris vadit: et ī tres
diuidit̄ ramos quoꝝ vnus ramus ad locū tendit q̄

est inter mediū ⁊ indicē ⁊ ramo q̄ ad indicē ā supio
re ꝓficiscit̄ pte cōtinuat̄ ⁊ fit inde vena vna. Ra
mus vͦ ipsius secūdus ⁊ ipse est sceilen ꝓcedit ⁊ i
ter mediū ⁊ anularē diuidit̄. ¶ Et ꝓtenditur ter-
tius ad anularē ⁊ minimū. Et isti postea cōiungun
tur ⁊ in digitis sparguntur.

Capitulū q̄ntū de anatōia vene ventrē hn̄tis descē
dentis.

Iam q̄dē cōpleuimus ꝑmonē de parte vē
trē hn̄tis ascendente q̄ est duaꝝ partiū ipi
us minor. A parte vero descendente pri
mū qđ diuiditur illico qū oritur ab epate an̄q̄ su-
pra dorsuz appodietur ē raī capillares q̄ ad fascias
dextri renis vadunt ⁊ sparguntur in eis ⁊ i eo qđ
circa eas existit de interioribus ad nutriendū ea.
¶ Postea ꝓcedunt ab ea due magne vene q̄ emł
gentes vocātur ⁊ ad renes vadunt ad sanguinis a
quositatē colandā. Ren enī nō trahit nisi nutrimē
tū sui qđ ē sanguis aquositas. ¶ A sinistra autē ue
naꝝ emulgentiū due ꝓcedūt vene q̄ ad sinistꝝ ma
sculoꝝ ⁊ feiaꝝ testiculū vadunt ꝰz modū quē in ar
terĳs dixius nō enī alterat̄ i hoc nz in hoc qđ post
diuiduntur due vene que ad duos incedunt testi-
culos. Et illa q̄ ad sinistrū tendit sēp a sinistra haꝝ
duaꝝ accipit ramū ⁊ fortasse in aliq̄bus tota eius o
rigo erit inde. ¶ Illa vero q̄ ad dextrū tendit ra
ro a dextra istaꝝ duaꝝ emulgentiū accipit ramum
imo sepe nō ei cōmiscet̄ nez in eo alterat̄ qđ a ren̄
ꝑuenit ad testiculos ⁊ in foramine in quo ſpma di
gerit̄ ⁊ albificat̄ qū prius eēt rubeū ꝓpt̄ multitudi
nē tortuositatū suaꝝ venaꝝ ⁊ reuolutionū suaꝝ et
qđ ad eas etiā ꝑueit a corde. Et huiusmōi q̄dē ue
ne plimū in virga ⁊ in collo m̄ricis finit̄ quē admo
dū in arterĳs declarauius. ¶ Postq̄ vero due e-
mulgentes ⁊ eaꝝ raī nascunt̄ ventrē hn̄s cuicio su
pra dorsuz appodiat̄ ⁊ descendere incipit a qua co
rā oī spōdili sepat̄ ramus ⁊ in ea egredit̄ ⁊ spargū
tur ⁊ in musculis q̄ apud eas sunt positi ⁊ vene se
pant̄ q̄ ad duo tendunt ilia ⁊ ad ventris musculos
vadunt. Postea vene q̄ p foramīa spōdiliū ingre
diunt̄ ad nuchā q̄ qū ad extremū perueiūt spōdiliū
in duas diuidunt̄ partes quaꝝ vna ad dextrā ⁊ al-
tera tendit ad sinistrā ⁊ vnaq̄q; ipsaꝝ ad vnā tēdit
coxā. ¶ Ab vnaq̄q; tn̄ eaꝝ anteq̄ ad coxā ꝑueiat
decē separant̄ tunice quaꝝ vna ad duos tendit re-
nes. Secunde vero eaꝝ ptes subtiles sunt ⁊ capil-
lares q̄ ad inferiora ptiū siphac tendūt. ¶ Tertia
autē in musculis spargit̄ q̄ sup coxe os existunt.
Quarta spargit̄ in musculis q̄ sunt in ano ⁊ i maīse
sto ex albauiz. ¶ Quinta uero ad collū m̄ricis mu
lieꝝ vadit ⁊ in ipso spargit̄ ⁊ in eo qđ ei cōtinuat̄
⁊ ad vesicā tendit. Sed illa q̄ ad vesicā vadit i du
as diuidit̄ ptes quaꝝ vna in vesica spargit̄ ⁊ altera
ad ipsius tendit collū. ¶ Et hec q̄dē ps in viris ē
valde magna ꝓpt̄ virgā sed in mulieribus est ꝑ-
ua. ¶ Sexta vero ad musculos sr̄ os femoris po
sitos vadit. Et septia ad musculos tendit q̄ in rci-
tudine corporis sup ventrem sunt positi. ¶ Et he
q̄dē vene cū extrēitatibus venaꝝ cōtinuant̄ quas
in pectore dixius ad mirach ventris descendere.
Et ex haꝝ q̄dē venaꝝ radice egrediunt̄ in mulieri
bus vene q̄ ad matricē tendunt. ¶ Et a duobz q̄-
dē lateribus venaꝝ q̄ ad m̄ricē tendn̄t diuiduntur
vene q̄ ad mamillas ascendūt p quas mamille m̄ri
ci associant̄. Octaua vero ad viroꝝ ⁊ feiaꝝ rece-
ptaculū vadit. ¶ Et nona q̄dē ꝑuenit ad musculos
eius qđ in coxa est occultū ⁊ spargit̄ in eis. Decīa
vͦ a parte emulgentis manifesta veniēs ad duo tē
dit ilia ⁊ cū extrēitatibus venaꝝ descendentiū cōti
nuat̄ ⁊ p̄cipue eis q̄ a pte mamillaꝝ descendūt ⁊ fit
ex eis pars magna q̄ ad nariū musculos vadit. ¶
Qđ vͦ ex istis remāet ad coxā tendit vbi ꝑueiūt
raī quoꝝ vnus in musculis diuidit̄ q̄ supra an̄cedē
tē coxe ptē cōsistunt ⁊ alius in musculis eius qđ in
coxa inferius ē ⁊ i ipsius dōestico ꝓfūde ⁊ alĳ mł
ti raī in coxe ꝓfundo spargunt̄. Qđ autē post hoc
totuz remanet postq̄ poplitis iūcturā paꝝ coopit ī
tres diuidit̄ ptes quaꝝ silur̄is sup cānā extenditur
minorē vsz ad calcanei iūcturā. ¶ Et ipsaꝝ medi
a in flexione poplitis extendicur dścendēs ⁊ ī lacer
tis occulti cruris facit descendere ramos ⁊ ī duas
diuidit̄ ptes quaꝝ vna occultat̄ in eo qđ in interio
re cruris pte existit. ¶ Altera vadit inter duas cā
nas extensas ad an̄riorē pedis ⁊ ramo silur̄i miscet̄
quē noīauimus. Tertia vero ⁊ ipa ē dōestica ad lo
cū cruris venosum declinat ⁊ extendit̄ ⁊ ad chaab
ad extrēitatē cāne maioris gibbosaz ⁊ ad pedis do
mesticū descendit ⁊ ipsa q̄dē ē saphena. ¶ Iste vͦ
tres scē fuerunt quattuor quaꝝ due silur̄es ad pe-
dē veniunt a pte cāne minoris. Et duaꝝ dōestica
rū vna supra pedē incedit ⁊ in suppreō eius a par-
te minimi spargit̄. ¶ Secunda vͦ ē illa q̄ cū dōe-
stico ramo silur̄is miscet̄ ptis quā noīauimus. Et
spargunt̄ ābo in partibus inferioribus. ¶ Isti qui
dē sunt venaꝝ nūeri. Et iā q̄dē mēbroꝝ cōsimiliū
hn̄tiuz partes anatōiā cōpleuimus. ¶ Cōpositarū
vͦ istr̄aliū cuiusq; anatōiā noīabimus in dcōe que
eoꝝ dispōes ⁊ medicamenta cōprehendit. ¶ Nūc
de vͦtutibus loq̄ incipiāus.

Doctria sexta cuius ē sūma vna ⁊ vnū capitulū.
Sūma est de virtutibus cuius sex sr̄ capitula.

Capl̄z priuz summe q̄ ē doctrie sexte q̄ ē dcōis pri
me qđ est de generibus vͦtutuz ꝰz ꝑmonez vniuer
salē.

Virtutū ⁊ opationū ad inuicē. alie ex alĳs
cognoscunt̄. Oīs enī virtus opatōis exi-
stit initiū nz aliqua opatio ꝑueit nisi ex vͦ
tute. ¶ Ideoq; vtrasq; in vno posuimus capitlo.
Uirtutū autē genera ⁊ opationū ex eis ꝓuenientiū
apud medicos sunt tria. ¶ Que sunt genus vͦtutū
vitaliū ⁊ genus virtutū naturaliū ⁊ genus vͦtutuz
aīaliū. Et multis q̄dē philosophoꝝ ⁊ medicis omī
bus ⁊ p̄cipue Gal. videt̄ q vnaq̄q; vͦtutū mēbruz
principale habet qđ eius existit minera ⁊ a quo e-
ius ꝓcedūt opatōes. ¶ Et uidet̄ eis q vͦtutis aīa-
lis sedes sit cerebrū ⁊ ipsius ab eo ꝓueniāt opatio
tōes. Et q virtus naturalis duas hz spēs: ⁊ spēs
ē cuius finis ē custodire indiuiduū ⁊ cōꝰuare ipz:
q̄ mistrat in re nutrimenti quousq; ad finē crescen
tie eius nutriat corpus. ¶ Et huius q̄dē spēi sedes
⁊ opationū ipsius ꝓcessus ē epar. Altera vero spe
ties ē cuius finis ē spēz cōꝰuare q̄ ē mistrans in re
generatōis ⁊ sepat ex humoribus corporis ſpma-
tis subāz deiñ ipz informat sui creatoris p̄cepto.
Et huius q̄dē spēi habitatio ⁊ opationū ipsius ꝓuē
tus sr̄ testiculi. Uital̄ vͦ vͦtus ē illa q̄ ips eē cōꝰuat

qui sensus ⁊ motus vehiculũ existit ⁊ ipm̃ reddit
aptũ ad eoꝝ impssiões recipiendas qũ ad cerebrũ ꝑ
uẽit ⁊ facit ipꝫ potentẽ dandi vitã ubicũqꝫ expãdi
tur. ¶ Et huius q̇dẽ uirtutis sedes ⁊ opatõis ipsi
us ꝓcessus est cor. Oibus autẽ philosophis maio-
ri. i. Aristoteli uidet̃ ꝙ oium istaꝝ opatõnũ prin
cipiũ existit cor: sed primarum operationũ earuꝫ
manifestatio in his ꝑ̃dcis existit principijs quen-
admõꝫ apud medicos cerebrũ ẽ sentiendi principi
uꝫ ⁊ post hoc q̇sqꝫ sensus hꝫ mẽbrũ in quo eius ap
pet opatio. ¶ Preterea qũ cõsiderant sicut debẽt
⁊ certificant inueniunt rẽ sicut uĩ Aristoteli: ⁊ nõ
quẽadmõꝫ ipsis vĩ ⁊ inueniunt tractatus suos ex
tractos ex ꝓpositõibus sufficientibus ⁊ ñ necessari-
is in q̇bus nõ assequnt̃ nisi qᵭ ex rebꝫ appet. Me
dico autẽ in q̃tũ medicus nõ attinet ut cõsideret q̃
sit haꝝ duaꝝ sñiaꝝ v̇itas: sꝫ illud cõsiderare philo
sophus aut physicus dꝫ. ¶ Medicus autẽ qũ cõce
dit̃ ei mẽbra hec ꝑ̃noiata istaꝝ uirtutũ pricipia exi
stere nõ curat in eo qᵭ de eẽ medicatõis conside-
rat an ex alijs hẽant̃ principijs q̃ sunt ipsis priora l̃
nõ neqꝫ illud ex eis existit q̃ philosophus nõ ei le-
uia facit.

Capitulũ ƺꝫ de virtutibus naturalibus q̇bus mini
strat̃.

VIrtutũ v̇o naturaliũ alie sunt q̃ sĩt mistrã
tes alie sunt q̃ mistrate. ¶ Et mistrataꝝ
q̇dẽ duo sunt genera. vnũ genus mistrat
inre nutrientis ad hoc vt indiuiduũ remãeat qᵭ ĩ
duas partit̃ spẽs nutritiuã ⁊ crescitiuã. Et alterum
genus mistrat in nutriente ad hoc vt remãeat spe
ties qᵭ etiaꝫ in duas diuidit̃ spẽs in generatiuam ⁊
formatiuã. ¶ Uirtus vero nutritiua ẽ illa q̃ nu-
triens in nutriti cõuertit siłitudinẽ iõ vt ꝑ ipꝫ re-
stauratõeꝫ eius recupet qᵭ dissolutũ fuit. Uirtus
autẽ crescitiua ẽ illa q̃ in totius corporis diametris
addit ƺm ꝓportionalitatẽ naturalẽ quatẽus ipꝫ ad
finẽ augmẽti ꝑducat ꝑ illud qᵭ ipꝫ ex nutriente in
gredit̃. ¶ Nutritia v̇o virtus crescitie ƺuit eo ꝙ
nutritiua qñꝫ affert nutriens ei qᵭ dissoluit̃ equale
qñꝫ minus qñꝫ plus. Sed crescitiua nõ erit nisi qũ
qᵭ ingredit̃ plus fuerit eo qᵭ dissoluit̃. ¶ Nõ tñ
totũ qᵭ taliter existit ẽ crescitiã. Impinguari eniꝫ
post macredinẽ in etate cõsistentie ẽ huius secte nõ
tñ ẽ crescitiã. Nõ ẽ eni augmentũ nisi illud qᵭ ƺm
naturalẽ ꝓportionalitatẽ in oĩbus existit diametris
quatenus ipm̃ ad crescentie ꝑducit cõplementũ. ¶
Deinceps vero post hoc nullo mõ ẽ ibi crescẽtia
⁊ si sit ibi impinguatio quẽadmõꝫ añ cõsistentiã ñ
existit etiã ariditas ⁊ si sit ibi macredo lꝫ illud lon
gius existat ⁊ a necessario exiens magis. Et nutri-
tie q̇dẽ opatio tribus ꝑticularibus cõplet̃ opatõibꝫ
vna ẽ ꝑmutatõis subẽ cõprehensio q̃ ẽ sanguis aut
hũor q̇ ẽ in potentia ꝓpinqua in effectu siłis mem
bro. ¶ Qᵭ qñꝫ fallit quẽadmõꝫ in egritudine cõ
tigit q̃ atrophia vocat̃ q̃ est nutrimenti defectus.
Et alia ẽ adherentia q̃ ẽ vt hoc receptũ nutrimẽtũ
cõpleto effectu efficiat. s. vt mẽbri ꝑs fiat qᵭ ple-
rũqꝫ fallit q̃madmõꝫ in hydropisi cõtigit carnosa.
¶ Et tertia ẽ siłitudo q̃ ẽ vt hoc receptũ qᵭ iã fa
ctũ ẽ ꝑs mẽbri ponat ei ab oĩbus ꝑtibus siłe vꝫ in
eẽntia ⁊ colore. Qᵭ qñꝫ fallit q̃madmõꝫ cõtingit
in baras ⁊ morphea. ¶ Cambiũ eni ⁊ adherẽtia iã

ibi sunt repta sed siłitudo nõ ibi inueñit. Et hãc q̇dẽ
opatõeꝫ efficit virtus ĩmutatiua q̃ ẽ vna de virtu
tibus nutritiue ⁊ ẽ in hoie vna in genere ⁊ princi-
pio prio sꝫ in mẽbris siłiũ partiũ diuersificat̃. ¶
In vnoquoqꝫ eni mẽbro existit virtus ƺm eius cõ
plexionẽ q̃ nutrimentũ in eius cõuertit siłitudineꝫ
diuersa a virtute q̃ nutrimentũ in siłitudinẽ alteri
us ꝑmutat. Immutatiua vero q̃ ẽ in epate opatio
nẽ efficit toti corpori cõeꝫ. ¶ Generatiue vero v̇
tutis due sunt spẽs vna ẽ q̃ in masculis ⁊ feis sper
ma generat. Altera ẽ q̃ diuidit virtutes q̃ sunt ĩ sp
mate ⁊ ꝑmiscet eas tẽperando ƺm ꝙ vnicuiqꝫ con
uẽit mẽbro dans neruo cõplexionẽ ꝓpriã ⁊ ossi cõ
plexionẽ ꝓpriã: hoc tñ totũ ꝓuẽit de spmate siłiũ
ꝑtiũ ⁊ siłis ꝑmistiõis. Et hanc q̇dẽ virtutẽ vocant
medici virtutẽ ĩmutatiuã primã. ¶ Uirtus vero
informatiua ĩprimens ẽ illa ex qua ꝑ̃cepto sui crea
toris ꝓcedit mẽbroꝝ lineatio ⁊ ipsoꝝ figuratio et
cõcauitas ⁊ foramina ⁊ lenitas ⁊ aspitas ⁊ eoꝝ si-
tus ⁊ ipsoꝝ cõtinuitas ⁊ ad ultimũ optões q̃ ex fi-
nibus dimensionũ eorũ pendent. ¶ Et huic q̇deꝫ
virtuti mistrantes sunt q̃ rẽ nutrimenti mistrant
ad spẽꝫ custodiendã ⁊ sunt virtus nutritiua ⁊ cre-
scitiua.

Capitulũ tertiũ de virtutibus natãlibꝫ mistrãtibꝫ

VIrtutes vero naturales q̃ mistrant tantũ
virtuti nutritiue sunt mistrantes q̃ sunt
quattuor virtutes: attractiã: retentiua:
digestiua: ⁊ expulsiua. Attractiua uero fuit creata
ad attrahendũ nutrimentũ q̃ q̇dẽ opat̃ hoc vill̃ mẽ
bri in quo est ƺm longitudinẽ ꝓtensis. ¶ Et retẽ
tiua fuit creata vt iuuatiuũ retineat dũ virtutes ĩ
psum ĩmutantes in eo opant̃ q̃ ab ipso alimentũ su
scipiũt qᵭ eq̇dẽ efficit̃ villis q̇ ex transuerso ꝓten-
dunt̃. Et ẽ etiã qũ villi q̇ ƺm latitudinẽ incedũt au
xiliũ ꝑ̃bent. ¶ Digestiua vero ẽ illa q̃ qᵭ attra-
ctiua attraxit ⁊ retinuit retentiua in eẽntiã cõuer-
tit aptã virtutũ in ea ꝑmutatõeꝫ facientiũ opatõi:
⁊ cõplexionẽ q̃ cõuersiõi nutriẽtis in effectu ẽ cõpe
tens. Hec est eni eius opatio in iuuatiuo q̃ vocat̃
digõ. ¶ Eius vero opatio est in supfluitatibꝫ vt
si possibile fuerit eas in hanc mutet dispõeꝫ q̃ etiã
vocat̃ digõ. ¶ Aut vt eaꝝ egressionẽ a mẽbro in
quo sunt retente facilẽ efficiat cũ expulsiõe eaꝝ at-
tenuando eẽntiã si qᵭ ꝓhibet fuerit grossities aut
ingrossando si qᵭ vetat fuerit tenuitas aut incidẽ
do si qᵭ ꝓhibet fuerit viscositas. Et hec q̇dẽ opa
tio vocat̃ maturatio. ¶ Est tñ qũ digõ ⁊ matura
tio synõyma dicunt̃. ¶ Expulsiua autẽ est illa q̃ su
pfluitatẽ expellit ex nutrimento residuã q̃ ad nu-
triendũ nõ est cõueniens aut q̃ excedit mensuraꝫ q̃
sufficit ad nutriendũ ⁊ q̃ nõ est necessaria aut euãt ĩ
receptaculo sibi apto sicut vrinã in vesica. Et hec
q̇dẽ uirtus has expellit supfluitates aut ꝑ partes ⁊
foramina q̃ sunt eis ꝑ̃pata uel si nõ fuerint ibi fo-
ramina ꝑ̃pata a nobili expellit ad ignobile ⁊ a du-
ro ad laxũ. Qũꝫ in parte expulsiõis fuerit declina
tio materiei supfluitatis ñ cõuertit eã uirtus expl̃
siua ab illa semita in quãtũ pośe fuerit. His auteꝫ
quattuor uirtutibus naturalibus quattuor prie ƺ-
uiunt qualitates. s. całitas ƺ̃itas siccitas ⁊ h̃uitas.
¶ Sed całitatis ƺuitiũ oĩbus quattuor ꝓ certo est

tõe. ¶ Frigiditas vero q̃n alicui eaꝝ fuit accidẽtalr̃
⁊ nõ eẽtialiter. ¶ Qð eni frĩtati inest eẽtialiter
est ut oĩbus uirtutibus sit cõtraria quoniã oĩuꝫ v̓-
tutũ opatões p motũ existunt ⁊ hoc q̃dẽ in attracti
one ⁊ expulsione manifestũ existit: sꝫ in digõe eti
am quoniã digõ cõplet̃ p partes eius qð fuit igrof
satũ ⁊ inspissatũ partiendo ⁊ adiungendo ei qð at-
tenuatũ fuit ⁊ subtiliatũ. Et he q̃dẽ motões sũt se
pantes ⁊ tẽperantes. ¶ Retentiua v̓o opat̃ villos
mouendo transuersos f̃m figuraꝫ cõphensiõis be-
ne factã. Et frĩtas q̃dẽ est palyticuꝫ faciens ⁊ mor
tificans ⁊ ab oĩbus ꝓhibens opatõĩbus. ¶ Ad retẽ
tõeꝫ tñ faciendã accñtl̃r cõfert quoniã villos f̃ꝫ bo
ne cõprehensiõis figurã tenet. Nõ ergo in opatõi
bus v̓tutũ eẽtial̃r ingredit̃ sꝫ tali p̄pat instr̃uꝫ di-
spõe qua ip̃ꝫ suã custodit opatõeꝫ. ¶ Et expulsi-
ua q̃dẽ a frĩtate iuuat̃ ꝓpterea q̄ ventositatis ꝓhi
bet fieri dissolutõeꝫ q̃ ad expelleñ iuuat ⁊ qr in e-
ius auxiliat̃ grossitie ⁊ ꝓpterea q̄ villũ q̃ f̃ꝫ latitu
dinẽ ꝓtendit̃ exprimẽtẽ cõtrahit ⁊ inspissat ip̃ꝫ. Et
hoc ẽ etiã instr̃um p̄pare ⁊ nõ ẽ in ipsamet opatiõe
auxiliũ ferre. ¶ Et frigus nõ intrat in fuitiũ harũ
v̓tutũ nisi p accñs. Si eni in ipsismet ingrederet̃
opatõĩbus noceret ⁊ motões debilitaret. ¶ Sicci
tas v̓o in triũ v̓tutũ opationibus necessaria exĩt q̃ sĩt
due mutatĩe local̃r ⁊ r̃tẽtiua. Duabus vero local̃r
mutatis q̃ sunt attractiua ⁊ expulsiua p̄bet siccitas
auxiliuꝫ eo q̄ multã eis efficit sustentationẽ que in
motu ẽ necessaria motu vꝫ sp̃s q̃ has v̓tutes ad su-
as defert opatões ĩpulsiõe vehemẽti quã ⁊ talem
qual̃ ẽ ipsa hũoral̃ ꝓhibet fluxus q̃n in subã fuerit
sp̃s aut instr̃i sꝫ retentiue ꝓpt̃ cõstrictionẽ. ¶ Di-
gestiua autẽ plus indiget hũitate. Post hec autẽ q̃n
inter qualitates actiuas ⁊ passiuas cõpaueris in quã
tũ iste v̓tutes eis indigent repies virtutẽ retentiaꝫ
plus in digere siccitate q̃̄ caliditate eo q̄ tempus in
quo q̃escere oꝫ uillus retentiue maius est tẽpore in
quo moueri oꝫ uillus q̃ f̃m amplitudinẽ tendit ad
cõstringendũ. ¶ Nã tẽpus qð est ad mouenduꝫ ẽ
illud qð cal̃itate indiget ⁊ est breue ⁊ totũ reliquꝫ
tẽpus eius opatõis ẽ ad tenendũ ⁊ ad q̃escendũ. Et
qr pueroꝝ cõplexio plus declinat ad hũitatẽ iõ uir
tus hec in eis plus est debilis. ¶ Attractiua vero
plus indiget cal̃itate q̃̄ siccitate quoniã caliditas ad
iuuat in attractõe ĩ eo q̄ maior ps sue opatõis est
mouere ⁊ plus necesse est ei mouere ptes sui instr̃i
q̃̄ q̃etas facere ⁊ cũ siccitate stringere. Hec eni v̓-
tus nõ tantũ indiget multo motu sed plerũꝫ etiam
motu indiget vehemẽti. Et attractio q̃dẽ fit aut v̓
tute attractiua quenadmoduꝫ magnes attrahit fer
rum. aut implẽdo vacuũ sicut aqua trahit̃ in azara
cha. aut calore sicut in lãpade attrahit̃ oleuꝫ lꝫ hec
ps tertia reducat̃ necessario ad ĩplẽdũ vacuũ apud
certificantes ĩmo ẽ ipsamet. ¶ Qñ ergo v̓tus attra
ctiua caliditatis habuerit auxiliũ fortior erit attra
ctio. Expulsiua v̓o minus indiget siccitate q̃̄ attra
ctiua ⁊ retentiua: ñ eni indiget cõstrictõe retentĩe
neꝫ in sepabilitate attractiue ⁊ cõstrictõe eius ⁊ cir
cũdatõe attracti tenendo ptes instr̃i donec ad illas
alterius ptis attractio pueĩat. ¶ Et ad vltimũ nul
lo mõ indiget expulsiua q̃ete sꝫ motu ⁊ inspissatio
ne pauca q̃ ad exprimendũ ⁊ ad expellendũ tñ ad-
iuuet mens̃a quatenus p ipsam remaneat instr̃um

figurã expressionis ⁊ cõstrictõis cõs̃uans queãdmo
dũ in retentiua tẽpus lõgũ ⁊ in attractiua tẽpus bre
ue ẽ necessariũ donec ptiũ attractio vnã applicet a
lij̃ iõq̃ꝫ siccitate paꝝ indiget. ¶ Que autẽ plus eis
oĩbus indiget caliditate ẽ digestiua q̃ siccitate nõ i
diget sꝫ hũiditate vt nutriẽs efficiat ⁊ ad penetrañ
in foramina ⁊ ad figuras recipiendas aptũ reddat.
Neq̃ꝫ põt aliq̃s dicere q̄ si hũiditas in digerẽdo es̃
set iuuatiua pueri possent res duras digerere. Nõ
eni ꝓueĩt pueris ñ posse istud ⁊ iuuẽibus posse ꝓ
pter hoc sꝫ ꝓpt̃ hõgeneã ⁊ homogenee elongatio-
nẽ. ¶ Qð eni ex rebus duꝝ exĩt cõplexiõi puero
rũ ñ est homogeneũ. ¶ Uirtutes igit̃ digestiue co
rã eo nõ opant̃ nꝫ ip̃ꝫ recipiunt retentiue sꝫ cito i-
psum expellunt expulsiue. Iuuenũ vero cõplexio
nibus est id cõueniẽs ⁊ ad eos nutriẽdos cõuẽiẽs.
Et ex hoc q̃dẽ collectũ ẽ q̄ retentiua indiget cõstri
ctione ⁊ figuraꝝ cõstrictõis fixione lõgo tpe ⁊ pau
co motõis adiutorio. ¶ Et attractiua cõstrictione
indiget ⁊ fixiõe ⁊ cõstrictõis tpe br̃uissimo ⁊ ĩ mo
tu multo indiget auxilio. Et expulsiue est necessa-
riũ stringere tantũ sine fixiõe de qua nõ ẽ curandũ
¶ Et indiget adiutorio ad motũ faciendũ. Et di-
gestĩe ẽ necessariũ eliquare ⁊ tẽpar̃ iõq̃ꝫ v̓tutes iste
qualitates illas quattuor in equal̃r opari faciunt et
eis in equaliter indigent.

Capitulũ quartũ de v̓tutibus aĩalibus.

V Irtutes autẽ aĩales intelligi volunt p il-
las v̓tutẽ illã q̃ q̃n in mẽbris recepta fue-
rit p̄pabit ad recipiendũ v̓tutẽ sẽsus ⁊ mo
tus ⁊ opatõis vite q̃bus etiã admiscent̃ tioris ⁊ ir̃
motões ꝓpterea q̄ in eis repiũt dilatatõeꝫ ⁊ con-
strictionẽ q̃ accĩtĩspũi q̃ huic cõpatus est virtuti.
Nos autẽ explanabimus summã hãc ⁊ dicemus q̄
queãdmõꝫ ex hũoꝝ spissitudine f̃m aliq̄ cõplexio
nẽ subã generat̃ spissa q̃ ẽ mẽbꝝ aut ps mẽbri. Ita
ex hũoꝝ vaporibus ⁊ eoꝝ subtilitate f̃m aliq̄ cõ-
plexionẽ subã generat̃ subtil̃ q̃ ẽ sp̃s. ¶ Et sicut a
pud medicos epar prĩe generatõis ẽ principium ita
cor generatõis f̃e principiũ existit. Et hic sp̃s quꝫ
f̃m cõplexionẽ ꝓueĩt quã oꝫ hr̃e ad hanc v̓tutẽ re-
cipiendã p̄pat̃ deinde oĩa illa p̄pat mẽbra ad recipi
endũ oẽs alias v̓tutes aĩales ⁊ etiã reliquas. ¶ Uir
tutes eq̃dẽ aĩales in spũ q̃dẽ ⁊ in mẽbris nõ ꝓueĩũt
nisi postq̄ hec vitalis ꝓueĩt virtus. Iõq̃ꝫ lꝫ virtu
tes aĩales alicuius mẽbri destruant̃ viuũ tñ mẽbꝝ
adhuc existit nisi hec virtus in eo fuerit destructa
Nõne vides q̄ mẽbꝝ stupidũ aut palyticuꝫ vnun
q̃õq̃ꝫ f̃m hitudinẽ ẽ nõ hñs sensum neꝫ motũ: aut
ꝓpt̃ cõplexionẽ q̃ ꝓhibet ip̃ꝫ eos recipere aut ꝓpt̃
oppilatõnẽ q̃ accĩt inter cerebꝝ ⁊ ip̃ꝫ in neruis qui
ad ip̃ꝫ perueniunt ⁊ tñ ip̃ꝫ ẽ viuũ. Et mẽbꝝ cui ac
cidit est nõ hñs sensum nꝫ motũ ⁊ accĩt ei vt putr̃
fiat ⁊ corrũpat̃. ¶ In mẽbro ergo palytico ẽ vir-
tus q̃ eius custodit vitã dõec q̃n remotũ fuerit qð
ꝓhibet ꝓfluat ad ip̃ꝫ virtus sensus ⁊ motus. Ip̃ꝫ
naq̃ꝫ p̄patũ erat ad suscipiendũ eã ꝓpt̃ virtutis vi
talis sanitatẽ in eo. ¶ Probibens. n. nõ prohibu
it nisi vt non eã in effectu reciperet sꝫ mẽbꝝ nõ sic
est mortuũ. ¶ Et p̄parans nõ ẽ virtus nutriendi
tantũ ita vt dicãus q̄ q̃̄diu virtus nutriendi affue
rit viuũ erit ⁊ q̃n destruet̃ erit mortuũ quõiã hoc
ip̃ꝫ v̓buꝫ virtuti afferẽus nutritiue. fortasse enim

plerūqꝫ in aliquo eius operatio destrueret̃ ⁊ mēbꝝ viuū remāebit ⁊ fortasse plerūꝫ remāebit eius operatio ⁊ mēbꝝ tendit ad mortē. ¶ Et si ṽtus nutritiua in q̃tuꝫ est nutritiua eēt ipsa ṽtus q̄ ꝑparat ad sentiendū ⁊ mouendū uegetabilia preparata forent ad sensuꝫ ⁊ motū recipien̄. Restat ergo ut sit ꝑparans alia res q̄ propria sequat̃ cōplexionē q̄ uocat̃ ṽtus vitalis. ¶ Et ipsa q̄dē est pria ṽtus que ĩ spū prouenit qū sp̄s ex subtilitate hūoꝝ procedit. ⁊ ceiñ sp̄s ẜm philosophum Aristotelez per eā recipit principiū primū ⁊ aīaꝫ primā ex qua alie profluunt ṽtutes. Haꝝ ṽo ṽtutū operatōes ab hoc ꝓueniunt spū in principio rei sicut etiā sensus apud medicos nō ꝓueīt ꝑ sp̄ꝫ aīalē q̄ ē in cerebro nisi ad crystalloidē penetrat aut ad linguā aut ad aliā. ¶ Qū ergo ꝑs sp̄s in ventriculū ꝑuenerit cerebri cōplexionē recipiet ⁊ erit cōueniens vt ex eo ꝓueniant ṽtutū opatōes q̄ in eo prio repte sunt ⁊ silr̃ ĩ epate ⁊ silr̃ ĩ testicul'. Et ap̄ medicos q̄dē nisi postq̃ spūs in cerebro ad aliā cōuertit̃ cōplexionē nō ꝑpatur ad recipiendū aīaꝫ q̄ ē principiū motus ⁊ sēsus ⁊ silr̃ in epate lꝫ pria cōplexio iaꝫ iuuerit ad recipiendū ṽtutē primā vitalē. ¶ Et silr̃ in vnoquoꝫ mēbro: ap̄ eos enī vnūqδqꝫ opationū genus aliaꝫ hꝫ aīaꝫ. Et nꝫ ē aīa vna ex qua ṽtutes iste ꝓfluūt quoniā huius summe aggregatio ē aīa. ¶ Et si q̄dē pria cōplexio iā adiuuit ad ṽtutē primā recipiēdā: tunc iā dedit vitalē vbi ꝓueīt sp̄s ⁊ ṽtus q̄ sūt eius ꝑfectio. Hec autē ṽtus ap̄ eos nō sola sufficit vt sp̄s ꝑ ipsam oēs alias suscipiat ṽtutes nisi ꝓpria ꝓuenerit cōplexio. ¶ Preterea dixerūt ꝙ ṽtus hec ꝑter hoc ꝙ ipsa ē ꝑpans vitaꝫ est etiaꝫ motus subē spūalis subtilis principiū ad mēbra ⁊ principium cōstrictōis ⁊ dilatatōis aeris attracti ⁊ pulsus. ¶ Affert enī adiutoriū ĩ cōpatōe vite qδ est passio ⁊ in cōpatōe opationū aīe ⁊ pulsus ꝑbet auxiliū qδ est actio. Et hec q̄dē ṽtus ṽtutibus naturalibus similatur ideo ꝙ non voluntate proueniunt vnde ꝓfluunt. ¶ Et silat̃ virtutibus aīalibus ꝓpt̃ opationū eaꝝ diuersitatē: ipsa enī dilatat ⁊ cōstrigit sil' mouet ergo duobus motibus cōtrarijs. Philosophi autē qū aīaꝫ dicunt aīaꝫ terrenā dicere volunt ꝑfectionē corporis natalis instr̃alis. ¶ Et volunt dicere principiū oīs virtutis ex qua metipsi motus ꝓueniunt ⁊ opatōes diuerse. Erit igit̃ hec virtus ẜm philosophoꝝ sn̄iaꝫ ṽtus aīalis sicut ṽtutes naturales quas noīauimus ap̄ eos ṽtutes vocātur aīales. ¶ Qδ si voluerint dicere aīaꝫ ẜm hanc intentionē sꝫ volunt dicere ṽtutē q̄ est principiuꝫ cōꝑhēdēdi ⁊ mouendi qδ ex aliqua ꝓueīt cōꝑ̄hensione voluntarie. Et natalē volunt dicere ꝓ oī ṽtute ex qua opatio ꝓueīt ĩ suo corpore ẜm huius forme diuersitatē nō erit ṽtus aīalis sꝫ erit natural' et altioris ordīs q̃ sit ṽtus quā medici uocant naturalē. ¶ Et si naturalē vocauerint illā q̄ rē nutrimēti mīstrat ⁊ cōuertit siue ad hoc vt remāeat indiuiduū siue vt remaneat sp̄es nō erit hec natural' sꝫ erit tertiū gēus. Et qr ira tĩor ⁊ silia eoꝝ huius ṽtutis sunt passiones: tunc lꝫ eoꝝ principia sint sensus et existĩatio ⁊ virtutes appꝛ̄hēdētes: huic tamē cōpate sunt virtuti. ¶ Huius autē ṽtutis declarationē certificare ⁊ an sit vna an plr̃es q̃ vna in sapientia cōtinet̃ naturali q̄ philosophie ꝑs exit.

Capitulū q̄ntū de ṽtutibus aīalibus cōꝑhēdētibꝫ.

IN virtute autē aīali due copulant̃ virtutes quaꝝ ipsa est sicut genus una ē sicut ṽtus cōprehensiua ⁊ altera virtus motiā. Et cōprehensiua q̄dē ē sicut duaꝝ virtutū genus. Una virtus cōprehensiua ē manifeste ⁊ altera uirtus cōprehensiua occulte. Et virtus q̄dē manifeste cōprehensiua ē sensibilis q̄ ē genus ẜm quosdā q̄nqꝫ virtutū ⁊ octo ẜm alios. ¶ Qδ si dixerimus ꝙ sint q̄nqꝫ erunt virtus videndi ⁊ virtus audiendi ⁊ virtus gustandi ⁊ virtus tangendi ⁊ virtus odorādi. Et si dixerius ꝙ sint octo erit huius cā ꝙ plr̃ibus certificatoꝝ videt̃ ꝙ tactus sit plr̃es virtutes. s. quattuor ⁊ ponunt ꝓprie vnūqδqꝫ quattuor geneꝝ tactus virtutē ꝑ se lꝫ in mēbro sensibili sint cōia sicut gustus ⁊ tactus in lingua ⁊ visus ⁊ tactus in oculo. hoc autē certificare ē philosophi. ¶ Et virtus q̄dē cōprehensiua occulte ⁊ nō sentiēs ē sicut gēus q̄nqꝫ virtutū vna ē virtus q̄ vocatur sensus cōis ⁊ phantasia ⁊ apud medicos q̄dē st̃ una ṽtus sꝫ apud certificātes q̄ sunt ex philosophis due sunt virtutes. Sensus enī cōis ē illa q̄ oīa sensu ꝑcepta recipit ⁊ ꝓpt̃ eoꝝ formas patit̃ q̄ in ipsa copulant̃. ¶ Phantasia ṽo ē illa q̄ eas custodit postq̃ cōiungunt̃ ⁊ retinet eas post sensus absentiā. Et q̄ haꝝ duaꝝ ē recipiens alia ē a custodiente. Hoc autē certificare ē philosophi. ¶ Sꝫ qualr̃cūꝫ fuerit eius sedes ⁊ opatōis eius principiū ē añrior cerebri ventriculus. Et secunda q̄dē ē ṽtus quā medici vocant cogitatiuā. ¶ Sꝫ certificatores vocant qn̄ꝫ imaginatiuā qn̄ꝫ cogitatiuā. Si enī ĩpauerit ei ṽtus existĩatiua aīalis quaꝫ postea noīabimus ⁊ ipsamet ad suā ꝓueīt opationē vocat̃ eā imaginatiuā. ¶ Et si ṽtus rōnalis ei ĩpauerit ⁊ reduxerit eam ad illud qδ ei ꝓdest vocat̃ ṽtus cogitatiua. ¶ Quocūꝫ tn̄ mō fuerit inter hanc virtutē ⁊ primaꝫ existit dr̄a ꝙ pria ē recipiens ⁊ custodiēs id qδ ad eā ꝓuenit de formis sensu ꝑceptis: ⁊ ista ē illa q̄ se exercet in eis q̄ in imaginatōe recondita sunt exercitio cōponedi ⁊ diuidendi ⁊ singulas efficit formas quēadmōꝫ ad eaꝫ ꝓueniunt a sensu ⁊ alias formas ab eis diuersas sicut hoīeꝫ q̄ in monte volat smaragdino. ¶ Sꝫ phantasia nō pōīt corāte nisi q̃tū recipit a sensu. Et huius q̄dē ṽtutis sedes ē vētriculus cerebri medius. ¶ Et hec q̄dē virtus ē instr̃um virtutis q̄ ꝓculdubio in aīali ē occulta cōꝑhēsiua ⁊ ē existĩatiua. ⁊ ipsa q̄dē ē virtus qua aīal iudicat ꝙ lupus ē inimicus ⁊ filius est dilectus ⁊ q̄ anonā ꝑbere cōsueuit est amicus a quo nō ē fugiēdū. ¶ Et hoc iudiciū ẜm mōꝫ exit ñ rōnalē. Amicitia enī ⁊ inimicitia ñ sensu sunt ꝑcepte neꝫ sensus eas cōprehendit neꝫ de eis iudicat nisi uirtus alia. et licet ñ sit cōprehensio rōnalis ē tn̄ ꝓculdubio aliqua apprehēsio ñ rōnalis. Hō etiā plerūꝫ vtit̃ hac ṽtute in multis suoꝝ iudicioꝝ ⁊ ꝓcedit in hoc quēadmōꝫ aīal nō rōnale. ¶ et hec q̄dē virtus diuiditur a phantastica quoniā phantasica sensu ꝑcepta r̃tinet ⁊ hec in ꝑceptis sensu intentōes discernit non sensu ꝑceptas ⁊ sepat̃ ab ea quā imaginatiuā vocamus ⁊ cogitatiuā quoniā illius opatōes nullū seq̄t̃ iudiciū sꝫ istius opatōes nō solū iudiciū sꝫ etiā iudicia seq̄tur. ⁊ illius opatōes sunt in sensu perceptis.

cōpositionez facere ⁊ istius opatio in sensu pceptis
iudicare intentōes extra sensum. ¶ Et queādmōz
in aiali sensus est iudicans de formis sensu pceptis
silr existiatiua est iudicās de intentōibus illaꝝ for
maꝝ q̄ ad existiatione perueniunt ⁊ ñ ad sensuz.
Quidā autē hoīum sunt q̄ ꝑsumunt ⁊ hanc virtutē
imaginatiuā vocant sȝ ñ tñ curāus qr de noibus ñ
disputāus sȝ intentōes ⁊ dr̄as intelligere debēus.
Et medico q̇dē ñ ē curandū vt hāc v̇tutē sciat. Im
pedimenta naq̧ opationū eius ipedimenta opatio
nū aliaꝝ v̇tutū q̄ sṫ anq̄ ipsa sequētia sunt sicut phā
tasia ⁊ imaginatiua ⁊ memorialis quā postea noīa
biꝰs. Et medicus q̇dē ñ curat nisi ꝺ virtutibus ex
q̇bus qū in suis ipedimentis accit lesio ꝑueit egri-
tudo. ¶ Qꝺ si lesio accit operatōi alicuius virtu
tis causa ipedimenti qꝺ accit prius operatōi alteri
us virtutis quā ei. fueritq̧ ipedimentū illud secu
tū malitiā cōplexiōis alicuius mēbri aut corruptio
nē cōpositōis: sufficit medico vt sciat ipedimētū il
lud ꝑpṫ malitiā cōplexionis mēbri aut siue cōposi
tōis corruptionē accidisse ad hoc vt qū medicina ei
subueiat aut ipȝ ab eo custodiat. ⁊ ñ curat scire di
spōez virtutis cui qꝺ accidit nō accit nisi alio me-
diante postq̄ sciuerit dispōez eius cui accit illꝺ qꝺ
accit sine medio. ¶ Tertia uero illaꝝ quas noiant
medici ē q̇nta aut quarta qū certificauerimus q̄ est
virtus cōſuatiua ⁊ memorial' ⁊ est thesaurus eius
qꝺ ꝑueit ad existiatiuā de intentōnibus in pceptis
sensu extra formas eoꝝ sensu perceptas sicut phā
tastica est thesaurus eius qꝺ perueit ad sensum ex
formis sensu pceptis. ⁊ eius q̇dē locus est posteri-
or cerebri ventriculus. ¶ Hic vero ē locus cōsi
deratōis philosophice vtꝝ virtus cōſuatiua ⁊ me
morialis ⁊ uirtus que reducit illud qꝺ ē absens ad
mēoriā ex eis q̄ ab existiatiua sunt reposita sit vir
tus vna aut virtutes due. Medico tñ nō est inde
curañ quoniā nocumenta q̄ eis qualitercūȝ sint acci
dunt sunt hōgenea: sunt eni nocumenta q̄ in vētri
culo cerebri posteriori accñt vel de genere cōple-
xiōis vel de genere cōpositōis. Uirtus vero cōp
hensiua q̄ ē vna de virtutibus aīe cōprehensiuis ē
hūana rōnalis. ¶ Et qr medici virtutē existiatiaȝ
nō cōsiderauerūt ꝑpṫ caȝ quā dixius iō hāc virtu
tē nō cōsiderauerūt: Nō eni fuit eoꝝ cōsideratio
nisi in opatōibus triū virtutū tantū ⁊ ñ in alijs.

Caplꝫ. vi. de virtutibus aīalibus motiᷤ.

Motiua vero virtus est illa q̄ cordas con
trahit ⁊ laxat ꝑpṫ qꝺ mouent mēbra ⁊ iū
cture dilatatōe sua ⁊ flexione. ¶ Et eius
q̇dē penetratio ē ī neruis q̄ sunt cū lacertis cōtiui.
Et ē genus qꝺ ꝭm specificationē principij motuum
specificat. ¶ In vnoquoȝ igit musculo ē alia natu
ra q̄ ē sequens iudiciū existiatiue a qua proueit cō
munis consensus.

Caplꝫ postrēuȝ huius doctrīe de opatōibus.

Dicemus q̄ operationū singulariū alie sūt
q̄ ab vna cōplent virtute v̇bigr̄a digō.
Alie q̄ a duabus cōplent virtutibus sicut
cibi desideriū qꝺ cōplet a virtute naturali attracti
ua ⁊ a virtute sensibili q̄ ē in ore stōi. ¶ Attractia
vero opat ex hoc q̄ mouet villū q̇ ꝭm longitudi-
nē ꝓtendit retinendo illud qꝺ attrahit ⁊ suggēdo
ex hūoribus qꝺ ē sibi ꝓpriū. Sensibilis autē opat
in hoc qꝺ hanc sentit passionē ⁊ qr sentit mordica-
tionē chole nigre q̄ ē excitans desideriū cuius eē no
minauius. ¶ Et hanc q̇dē operationē ñ dicēus du
abus cōpleri virtutibus nisi iō q̄ qū sensibili acci-
derit nocumentū destruet intentio q̄ vocat fames
⁊ desideriū nȝ desiderabit cibus lȝ eo corpus indi
geat Et silr traīsglutiendi opatio duabus cōplet v̇-
tutibus vna ē attractiua naturalis ⁊ altera ē attra-
ctiua voluntarie. ⁊ pria q̇dē suā cōplet opationē p
villū q̇ ꝭm longitudinē ꝓtendit q̄ ē in ore stōi ⁊ i-
sophago. ¶ Et ꝭe cōplet operatio per villū lacer
ti transglutiendi. Qūq̧ vna duaꝝ virtutū destru
et transglutiendi operatio duriter ꝑueit: sȝ qñ nō
fuerit destruet. ¶ Sed qū illa nō opata fuerit erit
transglutiendi operatio difficilis. Nōne vides q̄
qū desideriū nō rcē ꝓcedit duriter ꝑueit operatio
transglutiendi illud qꝺ nō ꝺsiderat imo qū abbor
rēus aliq̄ rē ⁊ eā postea transglutire voluerius et
tertia fuerit ab ea virtus nr̄a attractiua deſidera-
tiua dura erit operatio voluntarie transglutiēdi.
¶ Transitus quoq̧ nutrimenti pficit uirtute mē-
bri ipellētis a quo ꝓcedit ⁊ attractiua mēbri ad qꝺ
accedit. ¶ Et silr supfluitatuȝ egr̄ssio q̄ fit per du
as uias. ¶ Et forsitan plrūȝ exñt operatōis princi
piū due virtutes. s. aīalis ⁊ naturalis. Et fortasse
plerūq̧ exñt eius cā virtus ⁊ qualitas sicut infrigi
datio q̄ ꝓhibet materias ⁊ iuuat expulsiuā in pari
litate supfluitatū q̄ descendunt a mēbro ⁊ vetat et
ī faciē reuerberat. ¶ Et f̄ritatis q̇dē ē q̄litas q̄ ꝓ-
pṫ duas ꝓhibet res. s. cū cēntia subāȝ eius qꝺ effū
dit ingrossando ⁊ coangustando poros. Et res ter
tia q̄ ē p accñs q̄ ē qua caliditas extinguit attractiā.
Et qualitas calitatis attrahit p illud qꝺ istis oppōi
tur mōis quos p̄dixius. ¶ Et calitatis q̇dē quali-
tas ⁊ necessitas vacui nō attrahūt in primis nisi il-
lud qꝺ ē subtile ⁊ postea qꝺ ē spissum. Uirtus ve
ro attractiua naturalis nō attrahit nisi qꝺ ē ei ma-
gis cōueiens ⁊ qꝺ nature eius ē ꝓpriū attrahere et
plerūq̧ qꝺ ē magis spissuȝ ē magis ꝓpriū ⁊ magis
cōueniens.

Fen secunda libri primi canonis incipit: cuius sunt
doctrine tres
Doctrina prima est de egritudinibus.
Doctrina secunda est de causis.
Doctrina tertia est de accidentibus.
Doctrine prime sunt octo capitula.
Caplꝫ priuȝ ꝺ doctrīa cāe ⁊ egritudis ⁊ accñtis.

Dicemus q̄ cā in libris medicoꝝ est
id qꝺ primo est ⁊ ex quo prouenit
inuentio alicuius dispōis in corpor
hūano aut eius fixiōis. Et egritu-
do ē dispō nō naturalis in corpore
hūano ex qua in operatōe eēntialiter ꝑuenit nocu
mentū ꝑuentu prio ⁊ est aut cōplexio nō natural':
aut cōpositio ñ natalis. ¶ Et accidens ē res q̄ hāc
seq̇tur dispōez q̄ ē ñ naturalis siue sit naturali con-
traria sicut dolor in colica siue ñ sit contraria sicut
rubedo multa maxylle in pipneumōia. Cāe exem
plū est putredo. Egritudis exēpluȝ est febris. ¶
Exemplū accidentis est sitis ⁊ dolor capitis. Cāe

quoqꝫ exemplū ē replīo in receptaculis q̄ ad oculū descenduut. ¶ Exemplū egritudis oppilatio in vuea q̄ ē egritudo instr̄alis vel cōpositionalī. Exemplū accidentis ē destructio visus. ¶ Exemplū cui az cāe ē rheumatismus acutus. Exemplū egritudinis ē apā in pulmone. Exemplū accñtis ē rubedo a baꝝ maxyllaꝝ ⁊ gibbositas vnguiū. ¶ Accidēs autē vocatͬ accidens respectu sue eēntie aut cōpatiōe eius cui accit ⁊ vocatͬ sigtio respectu cōsideratōis medici ad ipꝫ ⁊ ꝓcessionis eius ab eo ad sciendū egritudis eēntiā. ¶ Et ē qū egritudo fit alterius egritudis cā sicut colica sincopis aut palysis aut epilepsie. ¶ Accidens quoꝫ plimū ē cā egritudis sicut in colica dolor fortis q̄ fit cā vt accidat sincopis. ¶ Et sicut dolor vehemens q̄ fit cā apatis ꝓpterēa ꝙ materie ad locū descendunt doloris. ¶ Et plerūꝫ etiā ipꝫ accidens fit egritudo quēadmōꝫ dolor capitis q̄ ex febre accidit qū qñꝫ figitͬ ⁊ tā diu fit mānsiuus donec fit egritudo. Et est etiā qū una res cōpatōe sui ⁊ rei q̄ est añ ipsaꝫ ⁊ rei q̄ ē post ipsaꝫ est egritudo ⁊ accidens ⁊ cā quēadmōm vbigr̄a febris ethica q̄ ē accidens apatis pulmōis ⁊ ē egritudo ꝫꝫ se ⁊ ē cā debilitatis stōi ⁊ sicut dolor capitis q̄ accit ex febre qā dolor ille figitͬ qr ē accidens febris ⁊ egritudo in se ⁊ plerūꝫ ꝓueīt ex eo febris ⁊ fit ipius causa.

Caplꝫ ꝫꝫ de diuisionibus dispōum corporis hūani ⁊ de generibus egritudinū.

C Orporis hūani dispōes ꝫm. H. sunt tres Sanitas q̄ ē dispō ꝑ quā corpus hois i sui cōplxōe ⁊ cōpōe tale exit vt ex eo opationes eius oēs ꝓueniant incolumes. Et egritudo q̄ ē dispō in corpore hois huic cōtraria. ¶ Et dispō q̄ est apud eū nꝫ sanitas neꝫ egritudo aut iō ꝙ nō ē sanitas in vltio aut egritudo in vltio quēadmodū corpora senū ⁊ cōualescentiū ⁊ pueroꝝ aut iō ꝙ abe res in vno tpe in duobus sunt copulate mēbris aut in vno mēbro sꝫ in duobus generibus remotis sicut q̄ ē in cōplxōne sanus ⁊ in cōpōne eger exēpli cā aut in vno mēbro duoꝝ generꝝ ꝓpinquoruꝫ sicut q̄ ē sanus in figura ⁊ nō sanus in q̄titate ⁊ situ aut q̄ ē sanus in duabus qualitatibus passiuis ⁊ ñ sanus in duabus qualitatibus actis aut uicissitudine duaꝝ reꝝ in duobus tēporibus sicut q̄ sanatͬ in hyeme ⁊ infirmatͬ in vere. Egritudinū vō alie sunt q̄ sunt simplices: alie sunt q̄ sunt cōpōite. Simplices autē sunt q̄ sunt vna ex spēbus egritudis cōplxōnis aut una ex spēbꝫ egritudis cōpōis quā postea noiabius. ¶ Cōpōite vō sunt i q̄bus due spēs aut plures cōiungunt ex q̄bus vna cōponitͬ egritudo. Incipiēus igitͬ prius loq̄ de egritudibus simplicibus. Et dicēus ꝙ egritudinū simpliciū genera sūt tria. Primū est genus egritudinū q̄ mēbris cōpantͬ quoꝝ ꝑtes sunt siles ⁊ sunt male cōplxōnis spēs. Et ipe q̄dē ñ sunt cōpate mēbris quoꝝ ꝑtes sunt siles nisi iō ꝙ in primis ⁊ eēntialr ꝑtibus accñt silibus ⁊ ꝑ eas mēbris accidūt cōpositis ita vt posse sit imaginari eas cōprehensas ⁊ reꝑtas eē in quocūꝫ mēbrorū volueris quoꝝ ꝑtes sunt siles ⁊ nō in cōpositis. Et ꝫm genus est egritudis mēbroꝝ officialiū q̄ sūt egritudines cōpōis q̄ mēbris cōpōitis accidūt q̄ ex mēbris cōponuntͬ quoꝝ ꝑtes silantͬ. Mēbra autē officialia sunt opatōuꝫ instr̄a. ¶ Et tertiū ē genus egritudinū cōiuꝫ q̄ mēbris accidunt quoꝝ ꝑtes similantͬ ⁊ accñt instr̄alibus inq̄tū sunt instralia ita ꝙ nō sequatͬ eas instr̄alibꝫ accidere ꝓpterea ꝙ simplicibus acciderunt. Et he q̄dē sunt q̄ continuitatis solutio vocantͬ ⁊ iparis dissolutio. ¶ Solutio eni cōtinuitatis plerūꝫ accit iuncture ita ꝙ simplicibus mēbris ex q̄bus iunctura fuit cōposita nllo modo accit. Et plerūꝫ accit neruo aut ossi aut venis solū mō. ¶ Et ad vltimū q̄dē egritudinū tria sꝫ genera. Egritudiēs q̄ cōplxōnis seq̄ntͬ maliaꝫ. Et egritudiēs q̄ sequntͬ malitiā cōpōnis. Et egritudiēs q̄ cōtinuitatis solutioneꝫ sequntͬ. ¶ Et ois egritudo q̄ vnā haꝝ sequitͬ ⁊ ꝑ eā existit ei cōpatͬ. ¶ Egritudines autē cōplxōnū scite q̄ sunt sexdeciꝫ quas noiauimus.

Caplꝫ tertiū de egritudinibus cōpositōis.

C Ompōnis egritudiēs quattuor cōprehenduntͬ generibus. ¶ Egritudines creaturͬ. Egritudines q̄titatis. ¶ Egritudines numeri. ¶ Et egritudines situs. ¶ Et creature q̄dē egritudines quattuor cōprehenduntͬ generibus. ¶ Egritudines figure ⁊ ē vt figura a suo cursu naturali mutetͬ ⁊ ex eius motu ꝓueīat in opatōe nocumentū sicut ē tortura rcī ⁊ rcitudo torti quadratā rotundi ⁊ rotunditas quadrati. ¶ Cuiusmōi ē capitis rotunditas cū latitudine qū ꝓuenerit iñ impedimentū ⁊ multa stōi rotunditas ⁊ vt in crystalloidē ñ sit parua latitudo. Et ꝫm ē egritudines viaꝝ q̄ꝝ sunt tres spēs qr aut dilatantͬ sicut dilatatͬ oculus et sicut sebel ⁊ varices. aut constringuntͬ sicut cōstrigitͬ oculus ⁊ penetratio attrahendi aerē ⁊ meri. ¶ Aut claudunt sicut oppilatio foraminis vuee ⁊ vēarū epatis ⁊ alioꝝ. ¶ Et tertiū ē egritudines receptaculoꝝ ⁊ ventriculoꝝ quaꝝ sunt quattuor spēs qr aut fiunt maiora ⁊ dilatantͬ sicut testiculoꝝ dilatatͬ solliculus aut miorantͬ ⁊ cōstrigūtͬ sicut miōratio ⁊ constrictio stōi ⁊ constrictio ventriculoruꝫ cerebri qū ē epilepsia. ¶ Aut oppilantͬ ⁊ iplentͬ sicut oppilantͬ ventriculi cerebri qū est apoplexia. Aut euāntͬ ⁊ deserūtͬ sicut euāntͬ ventriculi cordis sanguine qū multū gaudiū ꝑnitiosum adest aut multus tior ꝑnitiosus. ¶ Et quartū ē egritudines suꝑficieꝝ mēbroꝝ. Et sunt qr aut fit lene qd dꝫ eē aspū sicut os stōi ⁊ intestina qū leniuntͬ aut exaspatͬ qd dꝫ eē lene sicut trachea arteria qñ exaspatͬ. ¶ Egritudinū autē q̄titatis due sunt spēs qr aut sunt ex genere augmenti sicut ē elephātia ⁊ magnitudo vge ⁊ ē egritudo q̄ vocatͬ thersinus aut sicut accidit cuidā hoī q̄ uocabatͬ Nicomachus cuius oia mēbra adeo creuerūt ꝙ se mouere nō potuit. Aut sꝫ ex generͬ dīnutōis sicut siccitas ligue ⁊ pupille: aut ut ptysis. ¶ Nūeri quoꝫ egritudines aut sunt ex genere augmenti. Et hoc q̄dē augmētū aut ē naturale sicut dens additus aut digitus additus. aut est ñ naturale sicut glandula aut lapis. Aut ex genere dimiñutōis. Et dīnutio hec aut ē naturalis sicut qū alicui nō creatͬ digitus: aut ñ naturalis sicut qū alicui abscinditͬ digitus. ¶ Egritudines vero situs Et situs q̄dē ꝫm. H. dīͬ ꝑ loco ⁊ dīͬ ꝑ societate sꝫ quattuor. Exitus mēbri a iunctura sua aut vt a suo moueatͬ situ ita ꝙ ñ egr̄diatͬ sicut fissura q̄ cōpatͬ intestis. ¶ Aut vt moueatͬ subito motu in eo non ꝫm cursum naturalē nꝫ voluntariū sicut trēor aut

in ſuo figat̃ loco ⁊ nõ moueat̃ ab ipſo queadmodũ
accĩt ei qũ iuncture in egritudine podagre induran
tur. ¶ Egritudines ṽo ſocietatis oẽm colligunt di
ſpõez quã hꝫ mẽbꝝ cõpatõe ſua ad aliŏ qŏ ſibi ui
cinũ exit ſiue ei appropinquet ſiue ab eo elonget̃ ñ
ſm curſum natãlẽ. ¶ Et ſunt duaꝝ ſpẽꝝ vna ẽ vt
accidat ei ꝓhibitio motus ſui ad ipꝫ aut vt duꝑter
ſit poſtꝙ poſſe erit ſicut digitus qũ ſibi vicinũ tan
gere ꝓhibet̃ aut qũ accĩt ei vt ab eo moueri ꝓhi-
beat̃ aut vt ſepet̃ ab eo poſtꝙ erat poſſe aut fit dif
ficile ſicut palpebre laxatio ⁊ iuncturaꝝ laxatio in
palyſi ⁊ durities apiendi manũ ⁊ apiendi oculũ.

Caplꝫ quartũ de egritudibus ſoĺonis cõtinuitatis.

Solutões vero cõtinuitatis egritudo ple
rũꝫ accĩt cuti ⁊ vocat̃ excoriatio aut ſca-
rificatio. Et plerũqꝫ accĩt carni q̃ ẽ ei pro
pinqua in qua nondũ ſcũꝫ ẽ pus ⁊ vocat̃ plaga.
Sed qũ pus fit ibi vocat̃ vlcus. Fit autẽ pus in ea
ꝓpterea ꝙ ſupfluitates in eaꝫ eũant̃ eo ꝙ ẽ debilis
⁊ ꝓpterea ꝙ ſui nutrimentũ digerere nõ valet et
ſupfluitas etiã in ipꝫ cõuertit̃: plerũqꝫ tñ dr̃ plaga
⁊ vlcus ſoĺo cõtinuitatis q̃ accĩt cuti ⁊ ñ carni. Qñꝫ
ẽt accĩt oſſi qŏ ipꝫ ĩ duas frãgit ptes aut ĩ ptes ma
gnas aut pũas aut ẽ cadens ſm longitudinẽ ſcindẽs
ipꝫ aut cõtingit vt cadat in cartilagibus ſꝫ tres di
menſiones aut vt accidat neruis. Sed ſi latitudini
acciderit vocat̃ inciſio. ¶ Et ſi acciderit ſm longi
tudinẽ ⁊ eius nũerus ñ fuerit multus vocat̃ ſciſſu-
ra. Et ſi eius nũerus fuerit multus vocat̃ cõtuſiõ.
¶ Plerũꝫ etiã fit ĩ ptibus muſculi q̃ ſi ĩ extrẽitate
ceciderit muſculi vocat̃ attrictio ſiue cadat in ner
uo ſiue in corda. Et ſi ſm latitudinẽ muſculi ꝓueni-
at vocat̃ ſepatio. ¶ Et ſi acciderit ſm longitudinẽ
⁊ fuerit eius nũerus pũus ⁊ fuerit eius concauitas
magna vocat̃ amplificatio. Et ſi fuerint ptes eius
multe ⁊ dilatet̃ ⁊ cõcauet̃ vocat̃ attrictio ⁊ diſſolu
tio. Eſt etiã qũ dr̃ diſſolutio ⁊ attrictio liq̃factio õ
ne qŏ etiã medio muſculi accĩt qũocũqꝫ cõtingat.
¶ Qŏ ſi in arterijs aut in vẽis acciderit vocat̃ ap
tio ⁊ ſi contingat ſꝫ eius latitudinẽ vocat̃ inciſio et
ſepatio ⁊ ſi ꝓceſſerit ſm eius longitudinẽ vocatur
fiſſura ⁊ eſt etiã qũ hoc contingit ſm motũ oponis
orificioꝝ eaꝝ ⁊ vocat̃ pforatio. Qŏ ſi arterijs acci
derit ⁊ nõ clauſa fuerit ⁊ ex ea ſanguis ad recepta
culũ qŏ ipſam circũdat exierit donec receptaculũꝫ
illud ĩpleat̃ ⁊ qũ p̃mit̃ ad arteriã reuertat̃ vocabi
tur mr̃ ſanguis: alij tñ hoĩes oẽm ſanguinis egreſ
ſionẽ ab arterijs mr̃eꝫ ſanguis vocant. ¶ Debes
Iam sciuisti doloꝝ causas in duaꝝ compr̃hendi diuisionibus. s. mutatione complexionis subito ⁊ solutione continuitatis postea sciuisti ꝙ postremũ diuisionis caꝝ peruenit ad malitiã complexionis calide aut frigide aut humide aut sicce absqꝫ materia aut cũ materia chimosa aut ad ventositatẽ aut apostema: doloris ergo sedatio ex contrarietate haꝝ causaꝝ erit. Et iã sciuisti qualiter vniuscuiusqꝫ eaꝝ contrariũ sit. Et sciuisti qũo malitia complexionis ⁊ apostema ⁊ ventositas medicentur. ¶ Et omnis quidem dolor q̇ fit fortior interficit qm̃ ex eo in primis accidit frigiditas corporis ⁊ tremor postea fit pulsus paruꝰ deinde destruitur ⁊ postea moritur. Et ad summũ id ꝙ dolores sedat est: aut id qđ cõplexionẽ mutat: aut qđ ĩsoluit materiã: aut qđ stupefacit. Et stupefaciens quidẽ remouet dolorẽ qm̃ destruit sensum mẽbri. Eius vero sensum non aufert nisi propt̃ vnã duaꝝ causaꝝ: aut propt̃ multã infrigidationẽ: aut propter multã venẽositatẽ que est ĩ ipso contraria virtuti illius mẽbri. ¶ Ea quoqꝫ q̃ fluxa faciunt sunt ex summa eoꝝ que molliter resoluunt qualia sunt anetũ ⁊ semen lini ⁊ melilotũ ⁊ camemilla ⁊ semina apij ⁊ amigdale amare ⁊ omnis res in primo gradu calida ⁊ proprie qñ fuerit cum ea glutinandi potentia sicut gũmi prunorũ et amilum et cerusa ⁊ crocus ⁊ laudanum ⁊ altea ⁊ amomũ ⁊ caules ⁊ napi ⁊ apozima eorum ⁊ adipes ⁊ isopus ceratus ⁊ olera sicut dicemus in antidotario ⁊ ventrem soluentia ⁊ euacuantia quocũqꝫ modo fuerint sunt istius modi. ¶ Et fluxa quidem facientia sunt danda post euacuantia si necessariũ fuerit euacuare donec materiã restringas que ad mẽbrum descendit. Et etiam illud totum qđ apostema maturat aut qđ ea aperit. ¶ Omnibus autem stupefacientibus fortius est opium. Et ex eis sunt poma mandragore ⁊ eius semen ⁊ cortices radicis ipsius ⁊ papauer ⁊ bengi ⁊ hyusquiamũ ⁊ solatrũ stupefaciens ⁊ semen lactucarum: ⁊ ex eis sunt nix ⁊ aqua frigida. ¶ In doloribus preterea multotiens accidit error quoniam eorum cause erũt extrĩsece sicut calor: aut frigus: aut ceruicalis eminentia: aut loci corruptio: aut casus qui fit in ebrietate: aut alia ab his: ⁊ queruntur eorum cause ĩ corꝫ ⁊ prouenit error: quapropter scir̃ debes hoc ⁊ cognoscere si est ibi repletio aut non: ⁊ si sunt ibi cause repletionis note quandoqꝫ etiã causa aduenit exterius: deinde interius fit mansiua sicut qum aliq̇s bibit aquam frigidam ⁊ accidit ei fortis dolor in ꝑte stomachi ⁊ epatis. Et multotiens quidem non ẽ multum necessaria euacuatio ⁊ sibi similia quoniã sepe sufficit sibi balneum ⁊ fortis somnus in eo. ¶ Et sicut qui comedit rem calidam ⁊ infert ei fortẽ capitis dolorem ⁊ sufficit ei aquam infrigidatã bibere. ¶ Et quandoqꝫ est res in qua fiducia est ꝙ dolor ea remoueatur aut tarde operans ita ꝙ dolor ille vsqꝫ ad horam illam tollerari nõ potest: sicut euacuatio materiei dolorem facientis colice retente in villis intestinorum aut cito operans est sꝫ ex ea timetur finis vehementer malus: sicut stupefactio membri dolentis in colica cũ medicinis que hoc operari solent ⁊ sit medicus ĩ hoc ambiguus. Debet ergo bone mẽsuratõis fortitudinem habere vt sciat qđ duorum temporũ sit longius aut tẽpus fixionis virtutis aut tempus doloris. Et etiã que duarum rerum sit ei deterior an dolor an malus finis qui ex stupidatione timetur vt eligat studium ei impendere qđ magis est impediens: fortasse enim si dolor remanserit fortitudĩe sui ⁊ magnitudine interficiet. Et stupidatio forsitan non interficiet licet ex alia parte impediat cuius impedimentũ fortasse corrigere poteris ⁊ redibit forsitan

⁊ tu redibis medicina conueniente. Et preter hoc
totum stupefacientis complexionē considerare de
bes ⁊ ipsius qualitatem ⁊ vt q̄ð ex eo est facilius
dones: ⁊ vt tribuas id q̄ð est cuʒ suis tyriacis cō-
positum nisi res fuerit maxima que forti indigeat
stupefactione. ¶ Sunt preterea mēbra de quibus
non curamus: etsi eis superponas narcotica quoni
am non inde ad vehementer malum finem perue
niunt sicut dētes qū ei apponit̄ stupefactiuuʒ ¶ Et
fortasse quidem bibere etiam erit melius in hui⁹
modi sicut bibere q̄ð stupefaciat propter doloreʒ
oculi: quoniam ex hoc minor malitia prouenit o-
culo q̄ꝫ vt interius ponatur. Et fortasse facile erit
corrigere malitiam que ex potu alijs accidit mem
bris: in eo autem q̄ð est sicut colica magnificatur
malus finis quoniam materiam augmentat frigus
⁊ congelationem ⁊ clausuram. ¶ Amplius stupe-
facientia plerunq; sedant dolorē propterea q̄ꝫ dor
mire faciunt: quoniaʒ somnus est vna ex causis i-
psius sedationis doloris ⁊ proprie quando cuʒ eo
facta fuerit fames ⁊ in dolore materiali. Et stupe
facientia quidem composita quorum fortitudines
alie debilitant medicine sicut tyriaca sunt magis se
cura quenadmodum filonium ⁊ trocisci quibus no
men ponitur ternarij: sed coruʒ stupefactio est de
bilior: q̄ð autem ex eis est recens maioris est stu-
pefactionis. Et in antiquo fere nulla est stupefacti
o ⁊ q̄ð est medium. ¶ Et ex doloribus quideʒ q̇
sunt multe fortitudinis ⁊ sunt ad medicandum fa-
ciles in quibusdam horis sicut dolores uentosi q°
niam quandoq; sedantur ⁊ sufficit vt super eos a-
qua calida euacuetur: veruntamen in hoc timor e
xistit vnde ab eo tibi cauere debes: quoniam ple
runq; causa erit apostema ⁊ existimabitur q̄ꝫ sit uē
tositas. Et si fortasse factum fuerit ei embroca ex
aqua calida ⁊ precipue in sui principio ei affert ma
gnum malum. Et preter hoc quandoq; impedimē
tum ventose efficit qum ventositatem resolue̅ n̄
poterit ⁊ in quantitate ipsius spatij augmentum fa
ciet. Et vaporationes etiam sunt ex medicationi-
bus ventositatum. Et ex eis quidem melior est cū
qua est id q̄ð exiccat sicut milium nisi in membro
fuerit q̄ð illud tollerare non valet sicut oculus.
Fiat ergo tunc vaporatio cum pannis. ¶ Ex vapo
ratōib⁹ etiā sunt que cum oleo calefacto fiunt. Et
ex vaporationibus quidem fortibus est vt orobo
rum farina cum aceto coquatur ⁊ postea siccetur ⁊
fiat ex eo vaporatio. Et minor causa ea est vt fur
fur coquatur sicut hoc. Salis autem vapor est pū
gitiuus sed milij est melior ⁊ debilior. Et plerūq;
etiam fit vaporatio ex aqua in vase posita que est
in columis ⁊ leuis sed operationem efficiet quam
nominauimus si illud non fuerit obseruatum. Uē
tose etiam cum igne sunt istius modi ⁊ sunt fortes
in sedando dolorem ventosum ⁊ si eas iterum ad-
hibueris dolor penitus destructur. Ueruntamen
plerunq; ex eis accidit illud q̄ð prouenit ex eo q̄ð
diximus. ¶ Ex sedantibus preterea dolorem est
molliter longo tempore incedere propter illð q̄ð
in ipso existit ex virtute faciendi fluxa. Et simili
ter adipes subtiles noti ⁊ olea que noīauīus ⁊ dul
cis cātilēa ⁊ ꝓpe qū ex ea ꝓuocat̄ sōn⁹. Et occupa
ri i eo q̄ð gaudiū efficit doloris uehemētiā sedat.

Ca. xxxi. i quo ꝑcipit̄ a q̄bus curatiōib⁹ icipiāus.

Q Um multe coniunguntur egritudines ab
ea incipere debemus in qua vna horaruʒ
trium proprietatum existit. ¶ Una eaꝝ
est q̄ꝫ alia sanari non potest anteq̄ꝫ ipsa sanetur si-
cut apostema ⁊ vlcus qum coniunguntur: medica
mur enim apostema donec complexionis malitia
que cum eo venit remoueatur absq; cuius sanatio
ne vlcus sanari non potest: postea medicamur vl
cus. ¶ Et secunda earum est qū una egritudo cau
sa fuerit alterius sicut qum accidit oppilatio ⁊ fe-
bris: medicamur enim oppilationem prius deīde
febrem. Et si nobis necessarium fuerit oppilatio-
nem aperire cum eo in quo aliqua existit caliditas
non curabimus de febre: ⁊ medicamur quidē pul
monis apostema cum desiccatiuis ⁊ non curabimus
de febre: quoniam possibile est vt febris remoue
atur causa ipsius remanente. ¶ Et cause quidem e-
ius sanatio est exiccatio que febri nocumentum fa
cit. ¶ Tertia vero qum fuerit una earum ea de q̄
maior sollicitudo sit habenda sicut si coniungatur
sinochas ⁊ paralysis: medicamur enim sinochū ex
tinguendo ⁊ phlebotomando; ⁊ de paralysi nō cu
rabimus. ¶ Qum autem egritudo ⁊ accidens con
iunguntur a sanatione egritudinis incipiemus. Et
si accidens superauerit tunc accidentis curam habe
bimus ⁊ egritudinem non considerabimus sicut ī
colica damus stupefacientia propterea vt dolo-
ris fortitudo remoueatur licet ipsi colice impedi-
mentum faciat. Et cum hoc quandoq; tardāus q̄ð
facere debebamus propter stomachi debilitatem:
aut propter ventris fluxum qui precessit: aut pro
pter presentem nauseam. Et quandoq; non tarda-
mus sed operamur ⁊ non totam remouemus cau-
sam sicut in egritudine spasmi: non enim totuʒ ex
pellimus humorem: immo ex eo aliquid dimitti
mus vt ipsum spasmosus remoueat motus ne hu
morem resoluat naturalem.

Operationis sigillatio ⁊ gratiarum actio.

S It quantitas huius nostri sermonis com-
pendiosi de principijs vniuersalibus do
ctrine medicinalis sufficiens. Deinceps
autem laboremus vt de simplicibus medicinis li-
brum componamus si deus voluerit. Et ipse qui
deʒ nos iuuabit: cui sint grates secundum sui innu
merabiles misericordias. A M E N

Explet⁹ ē liber ꝑmus canonis quē princeps aboali
Abinsceni de medicina edidit: īpressus ṗo patauij.
Anno christi opti. M. cccc. lxxvi. iiij. kl. octo.

LIBER.

Nosse cupit q̇sq̄ꝫ pereat ne impēsa: laborq;:
¶ Quis fuerit medicus: grāmaticusq; mihi.
Ille prior patauí qui legit iura medentum:
¶ Qui petrus venetus rochabonella fuit.
Hic tamen adiunctus muti⁹ Prosdochym⁹ alter:
¶ Lyncea qui tenuit lumina in hoc opere.
Corticis ingluuiem rimatur: vt ille medullas:
¶ Ut bene digestum sim tibi lector opus.
Meme igitur pressit solertis cura Joannis
¶ Herbort: impensis fecit ⁊ ingenio.

¶ Incipit liber canonis secūdus Auicēne verba pncipis aboali.

Horuz librorꝝ quos de medicina specificauimus. primus est de iudicijs vl'ibus in medicina. et secūdꝰ eorꝝ est hic liber aggregatus de medicis singularibꝰ. Et nos q̇dem hūc librū in duos diuisimus tractatus. Quorꝝ pmus est de canonibus vl'ibus quos te scire oz in re medicinarꝝ: ꝛ est sciēcia virtutū mediciarꝝ in medicia. Et secūdꝰ eorꝝ ē de cognitōe virtutū mediciarꝝ pticularium.

Primū vero tractatuz in. vi. diuisimus capl'a. ¶ Cam pmū est de cōpl'onibꝰ mediciarꝝ singularium. ¶ Cam. ij. est d̄ cognitōe cōpl'onū mediciarꝝ singularium p expimentū. ¶ Cam. iij. est de cognitōe cōpl'onū mediciarꝝ singulariū p rōnez. ¶ Cam. iiij. est de cognitōne opationū virtutū mediciarꝝ singulariū. ¶ Cam. v. est iudicijs accn̄tiū mediciarꝝ extrīsecꝰ. ¶ Cam vi. de collectōe mediciarꝝ ꝛ cōſuatōe ipaꝝ.

In secūdo aūt tractatu posuimus medicinas singulares in areol'. ¶ In pma naqꝫ areola posuimꝰ nōia mediciarꝝ singl'ariū ꝛ cognitōem essentie ipaꝝ. ¶ In. ij. areola electōnez bōitatis ipaꝝ. ¶ In. iij. areola rememoratōē q̄litatū ꝛ natura ipaꝝ. ¶ In. iiij. areola ppetates opatōnū eaꝝ ꝛ dispositōes ipaꝝ vl'es sicut resolutō ꝛ digestō ꝛ cōglutinatō ꝛ stupefactō ꝛ que illis sūt similia ex opatiōibus q̄s in tractatu pmo diximus: ꝛ ppetates alias si insūt eis: ꝛ fecimus earū descriptōem cū colore vt sit facile ipam colligere. ¶ In areola. v. opatōes eaꝝ que pēdēt ex decoctōne aut in cute sicut remotō lentiginum albās ꝛ porroꝝ ꝛ verrucaꝝ: aut ī capillis sicut ꝯseruatō iporꝝ ꝛ plōgatō: ꝛ coloratō que ī decoratōē ingrediunt̄: ꝛ signauimus id totū signis depictis vt p illud facilis eius inq̇sitō fiat in tabulis donec colligātur om̄es medicie singulares que in eis cadūt velociter. ¶ In areola. vi. opatōes eaꝝ in apatibus ꝛ bothor. i. in puis eminentijs que fiūt sicut pustule ꝛ terminauimus etiā om̄ez sp̄ez dcām in eis cuz colore ppo vnicuiqꝫ eaꝝ. ¶ In areola. vij. similiter vlcera ꝛ vulnera ꝛ fracturas depictas coloribus suis. ¶ In areola. viij. egritudies iūcturarū ꝛ neruorꝝ depictas sil'r. ¶ In areola. ix. egritudies mēbrorꝝ capitis om̄es depictas suis coloribꝰ. ¶ In areola. x. egritudies mēbrorꝝ oculi depictas sil'r. ¶ In areola. xi. egritudies mēbrorꝝ sp̄s depictas coloribꝰ suis. ¶ In areola. xij. egritudies mēbrorꝝ nutrimēti depictas suis coloribꝰ. ¶ In areola. xiij. egritudies mēbrorꝝ expl'siōis depictas ēt. ¶ In areola. xiiij. febres ꝛ q̄ eis cōueiūt depictas similiter. ¶ In areola. xv. pportōnem mediciarū ad venena. ¶ In areola. xvi. pmutatōem eaꝝ ꝛ qn̄z cōicāt in medicia vna om̄es areole: ꝛ qn̄z n̄ cōicant: ꝛ forsitan non repiunt̄ quedā nisi in q̇busdā areolis. ¶ Quūqꝫ cōplendo ex tabulis recessero ꝛ signis virtutū mediciaꝝ pticularium sigillabo tractatū sm: ꝛ illic sigillabo hūc librū pcedēdo ab eo ad tertium librum.

Tractatus pmus. ¶ Cam pmū de cōpl'onibꝰ medicinarū singularium.

Iam declarauimus in libro pmo intētōnē sm̄ōis n̄ri. s. hec medicina est cal'a ꝛ hec medicia est f'ria ꝛ hec medcicia est hūida ꝛ hec medicia est sicca. Et oñdimus illic ꝙ illd̄ est p cōpatōem ad corpora n'ra: ꝛ pmisimus ꝙ oīum cōpositorꝝ mineraliū ꝛ vegetabiliū ꝛ viuentiū elemēta sūt materie. iiij. ꝛ ꝙ ipe cōmiscent̄ ad inuicez ꝛ agūt in se dōec cōsistant sm equalitatem: aut sꝫ dōiniū in eo qd̄ est inter eas. Et qum cōsistunt sm illd̄ est cōpl'o vera: ꝛ ꝙ compl'o qū est cōtenta in cōposito p̄parat ipm receptōi virtutū q̄litatū quaꝝ ppetas est vt sint in ipo. ¶ Et oñdimꝰ vl'r sm quot diuisiōes est cōpl'o: ꝛ q̇d querit̄ p cōpl'onē eq̄lem in homibꝰ: ꝛ q̇d p cōpl'onē equalē in medicis. ¶ Et oñdimus ꝙ p hoc nō ītelligit̄ nisi ꝙ corpus hōis qū obuiat ei ꝛ agit ī ipam calore inato n̄ p̄ualet: ita vt in corpore hōis impmat nf'ratōem: aut calefactōem: aut hūectatōez: aut desiccatōnem vltra eā que est in hōie. ¶ Nos tn̄ p illud nō signimus ꝙ compl'o eius sit sil'is cōpl'oni hōis. Complexio naqꝫ hōis nō est nisi in hōie. ¶ Et scias ꝙ ꝯpl'o est sm duos modos. s. cōpl'o pma ꝛ cōpl'o secūda. Compl'o itaqꝫ pma est pma cōpl'o pueniens ab elemētis. Et cōpl'o s'a est cōpl'o que puenit a rebus que in se ipis hn̄t cōpl'onē sicut verbigr'a complexio mediciaꝝ cōpositaꝝ vt cōpl'o tyriace: vnaqueqꝫ enīz mediciaꝝ singulariū tyriace cōpl'onem habet sibi ppaz: deīde cōmiscent̄ ꝛ ꝯpōunt̄ ita vt vniant̄ ꝛ adueniat eis cōmistō ꝛ aduenit cōpl'o secūda. Et hec q̇dem cōpl'o s'a nō est ita ꝙ nō sit tota nisi ab arte: imo est qn̄z etiā a natura: lac enī cōmistū in veritate est ex aqueitate ꝛ caseitate ꝛ butyrositate. Et vnūqdqꝫ horꝝ triū est nō simplex in natura: imo est cōmistū ꝛ hꝫ cōpl'onez sibi ppaz. Et hec q̇dem cōpl'o s'a est ex opatōe nature nō ex opatōe artis. ¶ Compl'o aūt s'a est sm duos modos: aut cōpl'o fortis: aut cōpl'o debilis. Compl'o vero fortis est verbig̃. vt vnūqdqꝫ simplicium alij sit unitū tali unitōe vt eius sepatō calori n'ro innato nō solū sit difficilis: imo sit aliq̄ cuius sepatō calori ignis sit difficilis sicut corpus olei. Cōmistō inter hūiditatez ꝛ siccitatē ipius ad hoc puenit vt igneitas deficiat in sepando iter eas: imo qū igneitas aqueitatem soluit: vt eā subleuet tenent̄ cum om̄ibꝰ ptibꝰ eius partes terree: quare non valet efficere eaꝝ subleuatōem vt terree subsistant: sicut potes illius simile videre in ligno: imo in plūbo ꝛ stanno. ¶ Qū ergo est cōpl'o cuius firmitudo est hec firmitudo: tūc nō est longe q̇n sit cōpl'o a sepatōe simpliciū cuius calor innatus qui est ī nobis defficit: ꝛ quecūqꝫ ita est: est cōpl'o firma. ¶ Si ergo fuerit eq̄lis remanebit in corpore eq̄l' vsqueqꝫ resoluat eius formā ꝛ corrūpat. Et si fuerit decliuis ad dōiniū remanebit in corpore sꝫ suū dōiniū vsqꝫ corrūpatur eius forma. Et vl'r quidē nō puenit ab ea nisi opatō vna. ¶ Qū aūt cōpl'o non est firma: sed debilis facilis ad disgregatōnez tūc pol'e est vt eius simplicia sepent̄ qū n'e nature opatō existit in ea ꝛ remoueat̄ vnū ab alio ꝛ sint diuersaꝝ virtutū: ꝛ faciat vnū eorꝝ opatōem vnā ꝛ aliud cōtrariū ipius. ¶ Et qū medici dicūt ꝙ medicie illius virtus est cōposita ex virtutibꝰ cōtrarijs nō oportet vt ipi intelligant a se ipis: et

tu ab eis: ꝙ sit ps vna ferens f̄ritatē ⁊ calitatem si
mul oꝑans vnaqueq; eaꝝ singulariter sicut ille q̄
sūt diuise nā illō nō est possibile: sed sūt in duabꝰ
ꝑtibus eius diuersis ex quibꝰ ip̄a est cōposita cum
sua singularitate. ¶ Et etiā nō oꝫ vt existimes ꝙ
aliud genus medicinaꝝ nō sit cōpositū ex virtuti-
bus cōtrarijs: qm̄ oēs medicie sūt cōposite ex v̇
tutibus cōtrarijs: imo oꝫ vt intelligas ex hoc ꝙ ip
si signt ꝑ illō ꝙ est actu hn̄s virtutes cōtrarias:
aut potentia ꝓpinqua actui: qm̄ in ip̄a sūt ꝑtes di-
uerse quaꝝ vna nō efficit in aliā actū itegrū facien
tem totū similiū virtutū similitudie cōpleta ⁊ nō
adherēt ⁊ vniūt: ita vt qū eaꝝ vna in ꝑte mēbri ꝯ
tinet̄ cōseq̄t alterā cū ea cōtineri: qm̄ si ita fuerit si
milis virtutis nō diuersificabit̄ eius oꝑatō in cor-
pore penitus. Et si est adherētiū ꝑtiū ⁊ diuersarū
virtutū poss̄e est etiā vt non diuersificet̄ eius imp̄s
sio in corpore: imo sit vt qū pars simplicis i mem
bro cōtinet̄ conueniat ei qd̄ ei adheret ex simplici
alio ⁊ ꝑueniat ex eis oꝑatō ⁊ impressio quā ad ip̄z
ducūt amboꝝ oꝑatōes in oībus ꝑtibꝰ illius mē-
bri fm̄ equalitatem qū sit cū vnaquaq; ꝑtium eius
impedimentum a cōplemento actōnis eius fixum
in ea nisi sit pars mēbri recipiēs ab vnoquoq; duo
rū simplicium absq; alio ⁊ natura vtat̄ vno coruꝫ
⁊ alterū renuat: ⁊ hoc quidem est multotiens: no
ster tñ fmo non est in hoc: imo est in spetie que ē
diuerse imp̄ssiōis ꝓpt̄ rem in seipsa nō ꝓpt̄ rem i
alia. Et illa q̇dem res est qm̄ simplicium eius com
mistō est debilis recipiēs discretōem ⁊ simplicia
eius ip̄am cōmiscentia sūt debilia vbi recipiunt im
p̄ssiōem ab imp̄ssiōe nostri caloris. ¶ Iste aūt me
dicie simplices quibus dicimus inesse virtutes cō
trarias sūt in quibus nō est illa cōmistō vl̄is. De
eis ergo alie sūt que sūt fortioris cōmistōis: ⁊ non
possūt decoctō ⁊ ablutō facere sepatōem inter vir
tutes eaꝝ sicut camemilla in q̄ est virtus resolutiā
⁊ virtus stiptica: ⁊ qū coq̄tur in empl̄is nō sepant̄
ab ea vtreq; virtutes: ⁊ alia sūt in quibꝰ decoctō
separe pōt inter eas sicut caules: substantia eniꝫ ip
soꝝ cōmista est ex materia terrea stiptica ⁊ ex ma
teria subtili abstersiua nitrosa. Qū ergo coquitur
in aq̄ resoluit̄ substātia nitrosa abstersiua ab ea in
aq̄: ⁊ substātia terrea stiptica r̄maet ⁊ fit aq̄ eiꝰ so
lutiā ⁊ corpꝰ eiꝰ stipticū: ⁊ similiter lens ⁊ fructꝰ
mādragore ⁊ similiter alleū: in ip̄o naq; est virtꝰ
abstersiua ⁊ adustiā ⁊ hūiditas ḡuis: sꝫ decoctō se
pat īter eas: ⁊ sil̄r cepe ⁊ rhaphanꝰ ⁊ r̄liq̄. Et ꝓpt̄
hoc dicit̄ ꝙ rhaphanus digerit ⁊ nō digerit̄. Dige
rit enim ⁊ nō cū oībꝰ ꝑtibus suis: sed cū substan-
tia subtili tm̄ q̄ est ī ip̄o. Qū ergo resoluit̄ ab eo r̄
manet substantia spissa que est in ip̄o inobediens
virtuti digestiue viscosa: sed illa substantia nō in
cidit viscositatem. ¶ Et ex hoc capl̄o sūt alia iter
quoꝝ simplicia ablutō separe valet sicut endiuia ⁊
plurima olerū: eius enim substantia est ꝯposita ex
materia terrea frigida plurima ⁊ ex materia subti
li pauca: quare fit eiꝰ infrigidatō cū materia ꝑ̇ma
⁊ oppilatōnum apertō ab ea ⁊ penetratō ip̄ius plu
rima cū materia altera: ⁊ plurimū huius materiei
subtile est expansū super superficiem eius. Iaꝫ eni
eleuata est ad eam ⁊ aspersa super ip̄aꝫ. Qū ergo
abluit̄ cū aqua resoluit̄ ⁊ nō remanet ex ea aliq̄d

vnde sit curādum: ergo ꝓpt̄ hanc cām ꝑceperunt
ne abluat̄ fm̄ legeꝫ ⁊ medicinā. Et hac decausa plu
rime mediciaꝝ qum homo sūit eas infr̄ant vehe-
mēter: ⁊ qū ex eis fit empl̄m resoluūt verbiḡ. si
cut coriandrū: qū eniꝫ sūit̄ eius infr̄atō fortōr fit.
Et qum ex eo fit empl̄m qn̄ꝫ resoluit verbiḡ. scro
fulas ⁊ ꝓpe permistū cū sauich: ⁊ illud ideo qm̄ ē
cōpositum ex substantia terrea aquosa multe infri
gidatōis ⁊ ex substātia subtili r̄solutiua. Qū ergo
sūit̄ aduēit calor innatus ⁊ resoluit ab eo substan-
tiam subtilem ⁊ nō est plurime q̄ttitatas: ita vt in
cōpl̄one imp̄ssiōem faciat: imo deficit et remanet
substantia eius singularis vltima in infr̄atōe. ¶
Qū aūt ex eo fit empl̄m videt̄ ꝙ substantia terr̄a
nō penetret in poris neq; efficit in eis imp̄ssionem
oīo: sed substantia subtilis f̄a penetrat in eis ⁊ di-
gerit. Si ergo associatur aliquid ex substantia fr̄a
iuuat ad repellendū ⁊ vicit calorē inatum: ⁊ hoc
quidem ꝓpinqū est ei qd̄ ondimus in libro ꝑ̇mo
de adustiōe cepe qū ex ea fit empl̄m ⁊ de eius in
colūitate qū comedit̄. ¶ Et qum nos possuerimꝰ
vnam cām in ea ꝓpinquam huic oportebit vt sit
hec intentō nota certe. ¶ Et ex medicis quidem
sūt in quibus videntur esse due substantie diuerse
fm̄ naturam absq; permistōne oīo. ¶ Et ex eis
itaque sunt que sunt sensui apparentes sicut par-
tes citri. Et ex eis sūt que sūt magis occulte: vide
tur enim ꝙ cortex psilij ⁊ qd̄ est sr̄ eius corticeꝫ
sit fortis infr̄atōis ⁊ farina medulle que est in ip̄so
sit fortis calefactōis ita vt forsitan sit medicina ru
bificans aut vlcerās ⁊ cortex eius sit sicut velam̄
distinguens inter ea. Si ergo bibit̄ nō tritū nō di-
mittit durities sue corticis vt penetret virtus me
dulle eius ⁊ qd̄ est intra ip̄m ad suū exterius: imo
oꝑat̄ cū eo qd̄ ex ip̄o apparet ex sua mucilagie.
¶ Qd̄ si cōferat̄ forsitan illud qd̄ dicit̄ de ip̄o ꝙ
est venenū: est ꝓpt̄ apertōem medulle eius ⁊ sui i
terioris. Et videt̄ ꝙ illō qd̄ ex eo est cōtrituꝫ dis
rūpat exituras. Et illud qd̄ est itegrū ex eo faciat
eas crudas ⁊ refrenet eas propt̄ hāc causam. Suf
ficiat q̄ttitas hec in dando hāc radicem.

Caᵐ secūdū de cognitōe virtutum cōpl̄onum me
dicinaꝝ singulariū per experimētū.

Mediciaꝝ cognoscūtur virtutes ex duabꝰ
vijs. vna eaꝝ est semita experimēti. Et
altera est ratōciatiōis semita. ¶ Nos v̇o
ī experimēto fmoneꝫ premittamus. ¶ Dicimus
ergo ꝙ experimētum ad cognitōem virtutis me-
dicie cū fidutia nō perducit nisi post obfuatōem ꝯ
ditōnum. Una eaꝝ est vt sit medicia vacua a qua
litate acquisita ex caliditate accn̄tali aut f̄ritate acci
dentali aut q̄litate que accidat ei cum alteratōne in
sua substantia aut vicinitate alterius. Aqua enim
q̄uis fr̄a sit natura tñ qū calefit calefacit dum per-
manet calida. Et euforbiū q̄uis sit natura cal̄m tñ
qum infr̄atur infr̄at dum permanet frigidum. Et
amigdala q̄uis sit eq̄lis subtilis tñ qum fit rancida
calefacit potentia. ¶ Et caro piscium q̄uis sit fr̄a
tñ qum salit̄ calefacit potentia. ¶ Et fa est vt illō
in quo experit̄ egritudiem habeat singularem: nā
si egritudo est cōposita ⁊ in ea sūt due res signtes
duas curatōes cōtrarias ⁊ experiatur in ambabus
medicia ⁊ cui cōferat nescimus causaꝫ in illo vere

verbigrã. qum homo habet febrem phlegmaticam ⁊ dat̃ ei in potu agaricus ⁊ remouet̃ febris eius nõ oꝫ vt iudicemus agaricum eſſe frĩꝫ qm̃ cõfert egritudini calide que eſt febris: imo forſitan non confert niſi ꝓpterea ꝙ reſoluit materiã phlegmaticã ⁊ euãat eandem: ⁊ qum deficit materia remouetur febris phlegmatica. Et hoc quidẽ uere eſt iuuamẽtum per ſe permiſtũ iuuamẽto per accidẽs: per ſe quidem cũ cõparatõe ad materiã ſed per accñs cuꝫ cõpatõe ad febrẽ. ¶ Et tertia eſt ut medicĩa ſit experta iam in duobus cõtrarijs ita vt qum vtriqꝫ eoꝝ ſimul cõferat nõ iudicet̃ ꝙ ſit cõtraria cõplõi alicuius eoꝝ: ⁊ fortaſſe cõfert vni eoꝝ per ſe ⁊ alteri per accñs ſicut ſcamonea ſi experiamur ip̃am in egritudine frigida non eſt lõginqum q̃n cõferat ⁊ caleſaciat. Et qum experimur ip̃am in egritudĩe calida ſicut eſt febris tertiana nõ elongat̃ q̃n ꝯferat in euãndo choleram. Qũ ergo ita ſit non acquirit nobis expimentum fidutiam calĩtatis aut frĩtatis: niſi poſtq̃ ſcimus ꝙ vnam duarũ reꝝ efficit ꝑ ſe ⁊ efficit alteram per accidens. ¶ Et quarta eſt vt ſit virtus que eſt in medicĩa oppoſita ei qđ eq̃tur ei de potentia egritudinis/ Sunt enim medicine q̃dã quaꝝ caliditas mĩorat̃ a frĩtate egritudĩs alicuiꝰ. Quare penitus in eam nõ agit. Et q̃ñꝫ qum adminiſtrat̃ in infrãtõe aliqua leuiore illa facit calefactõnem. Opꝫ ergo vt expiat̃ ꝑus in debiliori: ⁊ ſm̃ g̃dus fiat ꝓceſſio paulatim donec ſciatur virtꝰ medicĩe ⁊ nõ dubitet̃. ¶ Et quinta eſt vt obſuet̃ tempus in quo apparet eius impreſſio ⁊ opatõ: nam ſi in ꝑmis qum adminiſtrat̃ apparet cõfidere facit ꝙ efficit illud ꝑ ſe. Et ſi fuerit opatõ que in ꝑmis apparet ex ea cõtraria ei que apparet ĩ fine: aut ĩ ꝑncipio rei nõ apparet ex ea opatõ: deinde in fine ĩi apparet ex ea opatõ: tũc erit locꝰ ambiguitatis et dubietatis: forſitan enim efficit illđ qđ opat̃ per accñs qñ efficit in ꝑmis opatõem occultam quaꝫ ſequit̃ per accñs hec operatõ alia apparens. Et hec q̃dem dubietas eſt ⁊ ambiguitas ⁊ heſitatõ in virtute medicĩe. ¶ Exiſtimo vero ꝙ eius opatõ non ſit niſi ꝑ accñs q̃ñꝫ vigorat̃ qum eius opatõ nõ apparet niſi poſt ſepatõem obuiatõnis mẽbri: nam ſi ꝑ ſe efficeret oparet̃ dum obuiaret: ĩpoſſibile eniꝫ eſt vt deficiat dum obuiat ⁊ opet̃ dũ non obuiat. Et hoc quidẽ eſt iudiciũ plurimũ ſufficiens. ¶ Qñqꝫ vero cõueniens eſt vt in quibuſdã corporibus efficiat ſuam opatõnẽ que eſt ꝑ ſe poſt opatõnẽ ſuã q̃ eſt ꝑ accñs. Et illđ ẽ qñ iã acq̃ſierit virtutem extraneam vincentem virtutem naturalẽ ſicut aq̃ calida: in pñti enim calefacit: in die vero ſo aut ĩ hora in qua remouet̃ ab ea eius imp̃ſſio accñtalis facit ꝑuenire in corpore frigus ꝓculdubio ꝓpt̃ cõuſiõeꝫ ꝑtiũ ꝑuiaꝝ ad diſpoſitõem naturalem frigoris qđ debet habere. ¶ Et ſexta ẽ vt obſuet̃ ꝓceſſus opatõis eius ſm̃ aſſiduatõeꝫ: aut ſm̃ plĩm: nam ſi nõ fuerit ita tũc ꝓceſſio opatõis ab ea eſt ꝑ accñs qm̃ res nãles ꝓcedũt a ꝑncipijs ſuis aut ſemp aut ſm̃ plurimũ. ¶ Et ſeptima quidẽ eſt vt expimentũ ſit in corpe hõis: nã ſi expiat̃ in corpore nõ hominis poſſibile eſt vt fallat duobꝰ mõis. vnꝰ eoꝝ ẽ qm̃ poſſe ẽ vt ſit medicĩa cõpata ad corpus hõis calida ⁊ cõpata ad corpus leonis ⁊ equi frĩa quꝫ hec medicĩa eſt calidior hõie ⁊ frĩor equo vel leone.

⁊ videt̃ ſm̃ q̃ exiſtimo ꝙ ſit reubarbarũ frĩuꝫ cõparatũ ad equũ ⁊ ſit cõpatũ ad hõiẽ calĩm. ¶ Et ſecũdꝰ qm̃ q̃ñꝫ cõpata ad vnũ duoꝝ corporũ hꝫ ꝓꝑetatẽ q̃ nõ hꝫ cõpata ad corpus ſꝫ ſicut napellꝰ. Cõparatus enim ad corpꝰ hõis hꝫ ꝓꝑetatẽ venenoſã quã ñ hꝫ cõpatꝰ ad corpꝰ turdi. Iſti ergo ſũt canones quos obſuare oꝫ in cognitõe virtutũ medicinaꝝ ex via expimenti.

Caᵐ. iij. de cognitõe virtutuꝫ medicinarum ſingulariũ per ratõcinatõem.

Cognitõis aũt virtutũ medicinarũ ſingulariũ per rõciatõnẽ caõnes. Alij ſũmũt ex velocitate cõuerſiõis eaꝝ ad ignem ⁊ calefactõeꝫ ⁊ ex tarditate cõuerſiõis ip̃aꝝ. ¶ Et ex volocitate cõgelatõis eaꝝ ⁊ tarditate cõgelatõnis ipſarum. ¶ Et alij ſummũtur ex odoribꝰ: ⁊ alij ex ſaporibus. ¶ Et q̃ñꝫ ſumũt ex coloribꝰ: ⁊ q̃ñꝫ ſũmũt ex opatõnibꝰ ⁊ v̓tutibus notis ex quibꝰ acq̃rũt ſig̃ões ſue maĩfeſte ſr̃ virtutes ignoratas. Uia aũt ꝑma eſt qm̃ rerũ ſimilium in cõſtitutõne eſſentie. ſ. in raritate ⁊ ſpiſſitudĩe q̃cũqꝫ recipit calefactõem velociꝰ eſt calidior: ⁊ q̃cũqꝫ r̃cipit ĩfrĩatiõeꝫ velocius ẽ frĩor. Et ex vna caꝫ ĩ hoc ẽ: qm̃ res q̃ñꝫ calefacit velocius alia agẽte exiſtẽte vno: qm̃ ĩ ſeip̃a ẽ calidior altera ⁊ neꝫ ĩfrĩat ip̃aꝫ niſi frigus accñs. Qũqꝫ aduẽit caliditas exterior ⁊ cõſentit ip̃i virtus calĩa innata que ẽ in ip̃a eq̃tur alij ĩ cã exteriore ⁊ ſupfluit illi in virtute q̃ eſt in ip̃a ⁊ ſit calidior. Et ſꝫ hoc cognoſces diſpõneꝫ eius q̃ infrigidatur velocius. Et poſt illud in dãda cã eius eſt ſmo plixꝰ de quo ĩtromittit ſe ille qui loquit̃ ĩ ꝑncipijs naturalibꝰ ꝑter medicũ. ¶ Qũ aũt vna caꝝ eſt maioris raritatis: ⁊ altera maioris ſpiſſitudĩs: tũc illa q̃ eſt maioris raritatis q̃uis ſit ſimilis alij ĩ frĩtate ⁊ caliditate ip̃ius: tñ patit̃ velocius ꝓpter debilitatẽ ſui corporis. ¶ Res aũt quaꝝ ꝓꝑetas eſt vt cõgelent̃: ⁊ ille quarũ ꝓꝑetas eſt vt ĩ phlĩate ignĩant̃ poſſibile eſt vt ad inuicẽ cõpent̃: ergo q̃cũqꝫ ẽ velocioris cõgelatõis: ⁊ eius eſſentia eſt ſicut eſſentia alterius eſt frĩor ⁊ q̃cũqꝫ eſt velocioris inflãmatõis: ⁊ eius eſſentia eſt ſicut eſſentia alterĩꝰ ẽ calidior ꝓpt̃ illđ qđ dixius ꝑus. ¶ Nos. n. ñ dicimus ꝙ res ſit calidior ⁊ frigidior niſi cũ cõpatõe ad imp̃ſſiõem caliditatis innate in ip̃a que eſt in nobis. Et qũ ip̃a eſt longinquior a cõgelatõe ⁊ velocior ad inflãmatõeꝫ: tũc iudicamus ꝙ ip̃a ẽ in ip̃ſſione a caliditate nr̃a innata illo mõ. ¶ Pricipia vo iſta demõſtratõe oñſa ſũt ſicut oꝫ in ſcientia nãli. ¶ Qũ aũt due res diuerſificant̃ in raritate ⁊ ſpiſſitudĩe: deinde ĩuenit̃ ſpiſſior ex eis inflãmatõis vehemẽtõris ⁊ tardioris cõgelatõis: tũc iudica ꝓculdubio ꝙ ẽ calidioris ſubſtantie. Et ſilr̃ qũ inuenis rarã tardioris inflãmatõis: tũc ſcias ꝙ eſt fortõris frigoris. ¶ Si aũt ĩuenis rarã ex eis velocioris ĩflãmatõis nõ cõuenit tibi vt iudiciũ des: ⁊ põas ip̃ſã ꝓpt̃ hãc cãm fortõris calĩtatis. Fortaſſe enĩ raritas ẽ cã in velocitate inflãmatõis eius: ſicut ſi tu ĩuenis rarã ex eis velocioris cõgelatõis nõ cõuenit tibi oĩo vt des iudiciũ ⁊ põas cã ꝓpt̃ hãc caꝫ velocioris frigoris. Forſitan enĩ raritas ẽ cã in velocitate cõgelatõis eius ꝓpt̃ debilitatẽ corporis ip̃ius ⁊ velocitatẽ paſſibilitatis eius ſicut vinum q̃uis enĩ ipꝫ ſit calidioris cõplõnis q̃ oleũ de cucurbita

tū velocius congelatˀ q̄ illō oleū: imo illō oleū
densatur ⁊ nō cōgelatˀ sed vinū cōgelatˀ. ¶ Re-
ruz enim quedam sunt que congelantur absq̄ cōdē
satōe. Et sūt quedā eaꝝ que cōdensatˀ absq̄ cōgela
tōe: huius aūt cognitō in scientia existit naturali.
¶ Reꝝ aūt recipientiū cōdēsatōnē qū equantˀ i cō
stitutōe substantie que magis recipit cōdēsatōnem
ex frigore est frigidior eaꝝ. Et plurime quidē res
nō cōgelantˀ nisi in calore. Et res quaꝝ ꝓpiū est i
calore cōgelari om̄es resoluūtˀ p frig⁹ sicut res q̄
cōgelantˀ ex frigore om̄es resoluūtˀ calore. Calor
aūt cōgelat siccitate et frigus congelat spissitudine
secundum sententiam Galieni. ¶ Uerūtñ senten
tia philosophi p̄mi diuersa est ab ea in re modica:
sed illius pscrutatō in alia cōtinetˀ scia. ¶ Et qm̄
sint quedā mediciaꝝ calidiores: sed sūt grossiors
possibile est vt ipē suscipiant cōgelatōem sicut su-
scipiūt ille que sūt frigidiores eis ꝓptˀ grossitudinē
suā. Et qū sint quedā frigidiores: sed sūt subtilio
res possibile est vt suscipiatˀ inflāmatōem: sicut re
cipiūt ille q̄ sūt calidiores eis ꝓptˀ subtilitatē sui.
¶ Condēsatō aūt ⁊ cōgelatō nō sign̄t augmētū in
calitate neq̄ augmētū in frītate: plerūq̄ eni cōden
satur terreitas que est in eis: ⁊ res ꝓptˀ multitudi
nē aqueitatis ⁊ aeritatis rarificantˀ. Et multotiens
accidit aeritati vt infrīetˀ ⁊ cōuertatur in aqueitatē
⁊ rarificetˀ cōpositū ⁊ fiat frīum. Et multotiens in
alio resoluitˀ aqueitas frīa ꝓptˀ igneitatē feruentez
in eis ⁊ cōuertit eā in aeritatē ⁊ cōdēsat ipām q̄ad
modū accidit spmati ex cōdensatōe. Dum ergo se
paratˀ ab eo calor igneus subtiliatˀ ⁊ nō ꝓhibet ter
reitas q̇n sit cū ea igneitas supflua: quaˀ possibile
est vt sit diuisio p̄ma vehementis caliditatis. Et
nō ꝓhibetˀ aqueitas q̇n eā ingrediatˀ aeritas nō su
perās virtutē eius ⁊ sit diuisio fa vehementis fri
giditatis: aut igneitatis vincat ⁊ sit vehementis ca
liditatis valde. ¶ Ex alijs aūt canonibus necesse
est medicos rē vnā scire: qm̄ nō est possibile vt sa
pores dulcis ⁊ amarus ⁊ acutus sint nisi in substā
tia calā: neq̄ pōticus stipticus ⁊ acetosus nisi i sub
stantia frā. ¶ Et silr̄ odores boni acuti nō sūt nisi
in substantia calida ⁊ colores albi in corporib⁹ cō
gelatis in q̇b⁹ ē hūiditas nō sūt nisi in substantia fri
gida. ⁊ in corporibus in quib⁹ ē siccitas ⁊ pulueri
zatō nō sūt nisi in substātia calida: ⁊ nigri i vtriſz
reb⁹ sūt ecōtrario. Frigus eni albificat hūidā sub
stātiā ⁊ denigrat siccā: ⁊ calor denigrat hūidam et
albificat siccā. Et hoc quidē verū est ⁊ necessariū.
Uerūtñ hic est cā alia ꝓptˀ quā sigōnes iste q̄ñz diu
sificantˀ ⁊ ꝓ p̄e in dolore ⁊ colore ⁊ ꝓp̄e in colore
suo. Et illō est qō nos iā oñdimus q̄ corpora me
dicialia cōmiscentˀ ex elementis cōtrarijs q̄ñz cōmi
stōe p̄ma: ⁊ q̄ñz cōmistōe nō p̄ma: imo magis di
gna vt vocetur cōplo fa. possibile est ergo in hac
cōplone fa vt vni duoꝝ elementoꝝ iaz aduenerit
cōplo qua mereatˀ colorē aut odorem: aut saporez
⁊ aduenerit ei illō qō iaz meretˀ: ⁊ vt alij elemēto
iā aduenerit cōplo diuersa illi cōploi: ⁊ sit pole vt
in ea mereatˀ colorē cōtrariū illi colori: aut odorē
aut saporē cōtrarios p̄mis. Et sit pole ut ea nō me
reatˀ cōtrariū p̄mo. ¶ Qō si iā meretˀ colorē con-
trariū illi: deinde sint eq̄lis q̄titatis puenit in com
misto fo color cōpositus ex duobus colorib⁹. Et
si sūt diuersā cōtinetˀ in fo cōmisto color magis de
cliuis ad vnū duoꝝ coloꝝ. ¶ Si aūt fm nō meretˀ
colorē oio: ⁊ silr̄ odorē aut saporē ⁊ sint equalia q̇
in eis repitˀ color est p̄mus ⁊ odor est p̄mus. Et si
sint iā fracta ꝓptˀ cōmistōem ptiū minutaꝝ alijs cō
trarijs ⁊ colori fo nō sit impsio penit⁹: qm̄ hoc ēt
frāgitur fractōe puij pmisti colorato: ⁊ quasi illō
corpus videtˀ verbig. al. ⁊ est pole vt sit virtus
eius nō virtus albi p hoc qō ē albū: sed ē ei virt⁹
alia opposita p̄me. ¶ Nam qū est corpus pmiscē
dū p̄uatū colore ita vt sicut est eq̄lis q̄titatis sit e
qualis in potentia ē virtus cōphensa inter duas v̇-
tates eq̄les. ¶ Si aūt est fortius plurimū colorato
est impsio virtuti cōtrarie uirtuti corporis associa
ti albedini: ⁊ est albedo verbigratia faciēs necessa
riū vt sit frīum ⁊ ipm est calidū subito hoc est qñ
est eq̄lis q̄titatis. Qū aūt est verbig. hoc qō non
hz colorē aut hz colorē cōtrariū pauce q̄titatis cuz
cōpatōe ad illō plurīe q̄litatis ⁊ virtutis nō imp̄
mit penitus impressiōem in colore illius alterius ⁊
vincit illud virtute victoria vehementi ita vt sit
color eius quasi nō habeat virtutē innatā oio. ¶
Considera ambas dispōnes in lb. lactis cui si pmi
sceas duos aureos euforbi ita pmiscēdo vt sint q̄si
res vna est pmistū ex eis calefaciēs in ultimo: ⁊ sē
sus nō discernit euforbiū ex eis vtrisq̄ neq̄ colo
rē eius neq̄ p̄uatōnē ipius a colore si est p̄uatū co
lore: ⁊ neq̄ videt nisi albediem purā: ⁊ nos qui
dem veraces erimus q̄ hec albedo est substantie
frīe verbig. si possuerīus q̄ lac ē frīz ⁊ mētiēur
si dixerimus q̄ hec substantia cōfusa est frīa. Et il
lud ideo qm̄ hec albedo nō est color huius corpo-
ris cōfusi pmisti ex pte vnde est cōfusū ⁊ pmistū:
sed est color vnius simpliciū eius vincētis q̄titate
uicti v̇ute que sensata est ex eo: ⁊ ita oz vt tu for
mes dispōnē in albo natura que est cōmistiōi que ē
in vltimo calitatis: ⁊ videtˀ q̄ sit frīum sicut pip
albū. Queādmodū eni hoc est pmistū arte: similitˀ
q̄ñz cōmiscetˀ natura ⁊ est forma exñs hec forma.
¶ Haꝝ quidē q̄litatuz sensataꝝ: quedā sūt dignio
res vt efficiat in eas impsiōem manifestā illud qō
eis permiscetˀ ex cōtrario: ⁊ dū perseuerāt q̄litates
eaꝝ vere sensate ⁊ nō sentiūtˀ in eis cōtrarie caruz
sūt vincētiū virtutū: ⁊ hoc quidē est in saporibus
nō fm q̄ sit necessariū: sed fm q̄ est plurimum et
post sapores est in odorib⁹: ⁊ post vtraq̄ est in co
lorib⁹ ⁊ in colorib⁹ quidē est sicut sine fidutia cuz
eo. ¶ Et ex cāis quidē in quib⁹ sapores vincunt
odores in hoc caplo est aduentus eoꝝ ad sensū cū
obuiatōe. Sūt rego dignoīs vt perducatˀ ex oib⁹
partibus medicie virtutē. sed odores ⁊ colores ī
p̄mūt sine obuiatōe suoꝝ corpoꝝ: quare possibile
ē vt pueiat ad sensū ex partib⁹ hñtibus odorē va
por ex subtili partiū eius ⁊ inobediens fiat vapor
spissus partiū eius ⁊ nō vaporet ⁊ possibile est vt
perueniat ad ipm color manifesti ⁊ est vincēs sine
victo occulto. ¶ Et qm̄ odores q̄ñz sign̄t saporis
sicut odor dulcis ⁊ acetosi ⁊ acuti ⁊ amari tūc sunt
odores seq̄tes sapores. Sapores ergo in sigōne
sūt plus veri deinde odores post colores. ¶ Am
plius si in saporib⁹ nō caderet ēt hec cōpositō pre
dcā nō esset opiū in amaritudie sua cū frītate sup-
flua. hic aūt error qui accidit i saporib⁹ cadit i par

te frigoris pluſq̄ꝫ in latere caloris. ſ. vt inſit me-
dicie ſapor ſigñs caliditatem qñ ſit frigida hec eniꝫ
plus eſt q̄ꝫ vt medicie inſit ſapor ſigñs frig⁹ qñ ſit
cal'a: qm̄ calor in plurib⁹ diſpōnib⁹ eſt fortōris in
ſpiſſatōis ⁊ manifeſtōris opatōis ⁊ magis pene-
trans. ¶ Si ergo frigido ſit ꝑmiſtū in cōplōne na
turali cal'm ſūma virtutis cuius ſit ſūma frangens
frigus quod ei opponitur eſt dignius ut appareat
ei ſapor frangens ſaporē ipſius qñ ſit cal'm in oib⁹
diſpōnib⁹ magis penetrās ⁊ magis vincens ⁊ di-
gnius vt ferat ſapores ⁊ odores. Et ꝓpt̄ hāc cām
nō inuenis acetoſū: aut pōticū in quo nō eſt ꝑmi-
ſtō ſenſu ꝙ ſit cal'm ſm plurimū ſue cōplōnis ſi-
cut inuenis amaꝝ ⁊ mordicatiuū frīum ſm pl'ꝫ ſue
cōplōnis. verūtñ hoc eſt pl'm ⁊ multo pluris plu
rimitatis q̄ꝫ aliud: ſed ñ eſt neceſſariū. ¶ Et poſt
q̄ꝫ ſcis canonē iſtū opꝫ nūc vt narrem⁹ tibi illð qð
dicūt medici de ſaporibus ⁊ odoribus ⁊ colorib⁹.
Ipi eni pōunt ſapores ſimplices nouē: ⁊ q̄uis ſint
penitus octo ſapores ⁊ vnus ꝓuatus ſapore: ⁊ eſt
inſipid⁹ vl' almaſch: vel ex q° cuius ſapor penit⁹
nō cōphendit̄ ſicut aqua. ipi eniꝫ nōiant ſaporē oē
qð guſtu iudicat̄ tali iudicio qð eſt actu: aut iudi°
qð eſt potētia nō efficiēs oio ⁊ ē illð qð ñ habet ſa
porē: ⁊ eſt ſm duos modos. ſ. aut inſipidū ꝓuatū
ſapore ſecūdum veritatem: aut inſipidū ꝓuatum
eo apud ſenſū. ¶ Inſipidū aūt ſm veritatē eſt cui
nō ieſt ſapor ſm veritatē. Et inſipidū apð ſenſum
ē illud qð in ſeipō hꝫ ſaporē. Uerū ꝓpt̄ vehemē
tiaꝫ ſue ſpiſſitudīs nō reſoluit̄ ex eo aliquid qð lin
gue admiſceat̄ ⁊ cōprehendat ipm̄: deinde qñ inge
niat̄ vt reſoluantur ꝑtes eius ⁊ vt ſubtilient̄ ſen-
tit ſaporē eius ſicut es aduſtū ⁊ ferrū. lingua eni
nō ꝯſeq̄t̄ ex eis ſaporē qm̄ nō reſoluit̄ ex ſubſtan
tia amboꝝ aliquid ꝑueniens ad hūiditatē poſitam ī
lingua que eſt media in ſenſu guſtus. Et ſi ingēiet̄
vt in ꝑtes minimas cōuertat̄ apparebit eius ſapor
fortis. ¶ Sapores aūt ſūt octo quos ipi dicūt q̄ ſūt
vere ſapores poſt inſipidū. Et ſūt dulcedo amari
tudo acuitas ſalſedo acetoſitas pōticitas ſtipticitas
⁊ vnctuoſitas. Et dicūt ꝙ ſubſtātia ferēs ſaporē:
aut eſt ſpiſſa terrea: aut eſt ſubtilis: aut media et
eius virtus eſt cal'a aut f'ra: aut eq̄lis. ¶ Spiſſa
igit̄ terrea ſi eſt cal'a tūc eſt amara: ⁊ ſi eſt f'ra ē pō
tica: ⁊ ſi eſt eq̄lis: tūc eſt dulcis. Et ſubtilis ſi ē ca-
lida tūc eſt acuta: ⁊ ſi eſt f'ra tūc eſt acetoſa: ⁊ ſi eſt
equalis tūc eſt vnctuoſa. Et media ī ſpiſſitudine ⁊
ſubtilitate ſi eſt cal'a tūc eſt ſalſa: ſi eſt f'ra tunc eſt
ſtiptica: ⁊ ſi eſt equalis tūc dicūt ꝙ eſt inſipida ⁊ in
ſipida ſūt verba. ¶ Acutū aūt ē calidi⁹: deīð ama
rū: deīde ſalſū: qm̄ acutū eſt fortius ad reſoluēdū
⁊ ad incidēdū ⁊ abſtergendū q̄ꝫ amarū: deinde ſal
ſū eſt ſicut amarum cōfractum cū hūiditate f'ra qð
ſig̃t illud qð diximus in modo generatōis eius: ⁊
ſil'r qñ ſalſū caleſit a ſole aut igne: aut ſepatōe aq̄ı
tatis frāgentis virtutē caloris ſit amarū ⁊ ſil'r bau
rac ⁊ ſal amaꝝ calidi⁹ eſt ſale qð cōedit̄. ¶ Ponti
cū vero eſt f'ridius deinde ſtipticū poſtea acetoſū:
⁊ ꝓpt̄ hoc in oib⁹ fructib⁹ qui dulceſcūt ꝑus ē pō
ticitas vehemētis inf'ratōis. Qñ ergo currūt ī eis
aqueitas ⁊ aeritas ita vt tempent̄ parūꝑ cū aerita
tate ⁊ calefactōe ſolis digeſtiua declinat̄ ad acetoſi-
tatē ſicut acreſta: ⁊ inter illud trahūt ad ſtipticitatē

parūꝑ cū pōticitate: deinde ꝑmutat̄ ad dulcedineꝫ
qñ agit in eiſ cal'as digeſtiua. Et qñꝫ ꝑmutantur ex
pōticitate ad dulcedinem abſq; acetoſitate ſicut oli
ue. acetoſuꝫ vero q̄uis ſit minus f'rm q̄ꝫ ſtipticuꝫ:
tñ in plurib⁹ eſt pluris inf'ratōis eo ꝓpt̄ ſui ſubtili
tatē ⁊ penetratōem ſuā. pōticū aūt ⁊ ſtipticū ſūt in
ſapore ꝓpinqua: ſed ſtipticū nō cōtrahit niſi qð ð
lingua manifeſtū eſt. pōticū vero cōtrahit ⁊ exaſꝑ
at qð manifeſtū eſt ⁊ occultū. ¶ Et ex eis quidem
que valēt ad exaſperatōnem eius eſt ꝙ ipm̄ non
diuidit̄ ꝓpt̄ ſui ſpiſſitudīeꝫ in ꝑtes minimas veloci
ter neq; cōtinuat̄ ad inuicē velociter. Et ꝓpt̄ has
duas cās ipaꝝ caſus in lingua ſepatur ſenſibiliter.
quare diuerſificat̄ ꝓpt̄ ſtipticitatē ſuā in ꝑtib⁹ ei⁹
⁊ diuerſificat̄ ſitus eaꝝ ⁊ exaſpantur. Et ad illam
diuerſitatē iuuat diuerſitas ꝑtiū mēbri ī poris ſuis
⁊ ſuis cōtinuatōnib⁹. ¶ Et pōticū q̇dem eſt ſubti
le ⁊ magis intrans. Acutū vero ⁊ amarū ſūt liguā
radentia raſiōe: ſed amaꝝ nō radit niſi qð de lin-
gua apparet. Acuti aūt abraſio ⁊ eius ſepatō eſt ꝓ
fūda qm̄ eſt ſubtilis ſubſtātie ꝓfūdās: ſed amaꝝ ē
g̃uis ſubſtantie ſicce. Et ꝓpt̄ illud ipſius purū non
recipit putrefactōem ex qua aīal generet̄ neq; pu
rū ipſius nutrit animal ⁊ ꝓpt̄ ſiccitatē ſuā amaꝝ qð
abradit: abradit cū exaſpatōe aliq̄. ¶ Ex eis autē
que cal'itatem acuti amari cal'itatē fortōrē efficiūt
eſt ipſius penetratō: quare vehemēter incidit ⁊ ue
hemēter reſoluit ita vt corrodat ⁊ putrefaciat ⁊ ꝑ
ueniat ad hoc vt interficiat. ¶ Dulce vero ⁊ vn
ctuoſū ambo dilatant linguā ⁊ leniūt eam faciendo
currere illud qð frigus leſit ⁊ cōgelauit abſq; reſo-
lutōe ⁊ remouent ipſius aſꝑitatē. verū vnctuoſuꝫ
facit illud abſque calefactōne manifeſta ⁊ dulce
facit illð cū calefactōe. Qua ꝓpt̄ digerit dulce pl⁹
dicūt medici. ¶ Dulce nō ſcm̄ eſt ſuaue vel dele
ctabile: niſi quia taliter abſtergit groſſitudīem ꝙ
eā aptat ⁊ lenit eam ⁊ currere facit ipſam ⁊ remo-
uet impedimētū cōgelatōis eius abſq; inciſiōe ⁊ ſe
patōe cōtinuitatis ⁊ obuiatōe laborioſa ⁊ neq; ca-
leſacit cū calefactōe nociua: imo delectabili ſicut ē
delectatō aque tempate calide qñ effundit̄ ſuꝑ cor
pus. ¶ Sermo vero differētie in hoc apud illum
eſt qui eſt altōris g̃d⁹ q̄ꝫ medici. Et nō oꝫ quidem
vt ſit illud qð eſt dulcius nutribili⁹ neq; illud qð
eſt ſuauis nutribili⁹: q̄uis ſit impoſſibile q̇n in oī
nutriēte apud medicos ſit dulcedo aliq̄. verūtam̄
nutrimētū aliȷs indiget cōditōib⁹ ꝑ̄ter dulcedineꝫ
hāc. ¶ Et vnctuoſū cōpatū eſt dulci. Spiſſū ve-
ro qð ad vtrūq; eoꝝ cōuertit̄ cōpatōe cal'itatis ꝓ
protiōalis cōuertit̄ ad dulcedinē qñ eſt in initō ſue
ſubtilitatis cū aqueitate ⁊ pauca aeritate ⁊ cōuerti
tur ad vnctuoſitatē qñ eſt intentō ſue ſubtiliatōis
cū aqueitate delectabili ⁊ ꝑmiſcet̄ ei aeritas pluris
cuius introitus ad aqueitatē ſit vehemēs. ¶ Ama
rū aūt ⁊ ſalſū linguā abradūt. verūtñ ſalſū abra-
dit leuiter ⁊ lauat ⁊ nō exaſpat ⁊ nō iuuat ipm̄ ad
illud aduentus obuiatōis ſue mēbro ad oēs ꝑtes e⁹
cū equalitate ꝓpt̄ ſui ſubtilitatē: ſed tñ ipm̄ ledit
os ſtōi. amaꝝ vero abradit ita vt exaſpet ⁊ iuuat
ipm̄ ad illð diuerſitas locoꝝ ſuoꝝ ſm ꝙ dixim⁹.
Acutū vero ⁊ acetoſū mordicat̄ linguā: ſed acutuꝫ
mordicat eā vehemēter cū calefactōe. Et aceto-
ſum mordicat eam mediocriter abſq; calefactōne

¶ Et salsum q̇dem ꝓuenit ex resolōne amari i in
sipido aquoso. qū ergo ꝯgelatur sicut aqua cineris
fit salsū. Et acetosū ꝓuenit ex cōuersiōe dulcedinis
cū diminutione caliditatis: aut digestiōe pōticita-
tis cū augmēto hūiditatis ⁊ calitatis: ⁊ ei⁹ substātia
ſm summā rei ē substātia hūida. ⁊ silr dulce. sub
stantia enī eius ad hūiditatē ptinet. sed substantia
amari ⁊ pontici ad siccitatē. Opationes aūt dulcis
sunt digestio ⁊ lenificatio ⁊ mltiplicatio nutrimē-
ti ⁊ nā diligit ipm ⁊ virtus attractiua attrahit ipz
Et opatiōes amaritudinis sūt abstersiua et exaspa
tiua. Et opatio pōticitatis ē ꝯtractio si ē debilis. ⁊
expssio si sit fortis. Et opationes stipticitatis sunt
ꝯtractio ⁊ inspissatio ⁊ iduratio ⁊ retētio. Et opa-
tiones vnctuositatis sūt lenificatio ⁊ lubrificatio ⁊
coctio parua. Et opatiōes acuitatis sunt resolutio
⁊ incisio ⁊ putrefactō: Et opationes salsedinis sunt
abstersio: ablutio: ⁊ exiccatio: ⁊ prohibet putrefa
factionē. Et opatiōes acetositatis sūt infrigidatio ⁊
incisio. ¶ Et qn̄qȝ agregant duo sapores i substā
tia vna sicut ē aggregatio amaritudinis ⁊ stipticita
tis i licio. ⁊ nomiāt horribilitas: ⁊ sicut aggregatō
amaritudinis ⁊ salsedinis i lacubus: ⁊ nomiāt tur-
pitudo. ⁊ sicut agregatio acuitatis ⁊ dulcedinis in
melle cocto. ⁊ sicut agregatio amaritudis et acui-
tatis et stipticitatis i melōgena. ⁊ sicut aggregatio
amaritudis et acuitatis et isipiditatis i endiuia. Et
qn̄qȝ adiuuāt se ea q̄ ꝓueniūt ex duobus saporib⁹
ad ꝯfortandū illud qd̄ ꝓuenire debebat ex vno
sapore. Acuitas enī et mordicatio remanētes i ace
to ex vino faciūt ipm vehemētioris ifrigidatiōis
qm̄ acuitas et mordicatio apiūt trāsitus: ⁊ adiuuāt
ad penetrandū et nō ꝓueniūt i aceto ad hoc ut ipm
calefaciāt ita ꝙ inde sit curandū: ergo fit ifrigida-
tio aceti magis ꝓfundās. ¶ Et qn̄qȝ iuuāt se ea q̄
ꝓueniūt ex duob⁹ saporibus ad cōfrigendū illud
quod ꝓuenit ex vno sapore sicut acetositas ⁊ pōti
citas in acresta. ponticitas enī acreste ꝓhibet eius
acetositatē ab ifrigidatiōe vltima. ¶ Et qn̄qȝ essē
tia iuuat q̄litatē: et qn̄qȝ est cōtraria: iuuās q̇dem
est sicut subtilitas q̄ associāt acetositati: ⁊ ponit in
frigidationē eius magis ꝓfundantē: ꝯtraria vͦo est
sicut spissitudo q̄ associāt lacti acetoso ⁊ ponit infri
gidationē eius breuiori spatio. Et qn̄qȝ accidit ut
sint q̇dam sapores nō puri. ⁊ deinde purificent ſȝ
tēpus sicut aqua acreste: qū enī super ipam ꝓlon-
gāt tempus purificāt eius acetositas ꝓpter mltitu
dinē eius quod residet ex pontico et reliq̇s. ¶ Et
qn̄qȝ accidit ut sint q̇dam sapores puri et pmiscet
eos tempus cū aliis sicut mel. tempus enī ipsum
amarū efficit et acuit augmētata acuitate et amari-
tudiue. ⁊ sicut vigorat amaritudo tēporis quā fa
cit temp⁹ et eius acuitas expressionē vue. nā tēp⁹
i pͥmis dat amaritudinē pmixta terra. deīde icipit
i ipa puritatē et clarificatiōꝫ facere. Qū ergo pmi-
scent ponticū ⁊ amarū fit abstersio cū stipticitate ⁊
est cōueniēs ꝯsolidatiōi exiturarū i q̇bus ē laxitas
pauca: ⁊ cōuenit oi solutioni cui⁹ cā est oppilatio.
⁊ cōfert spleni vehemēter si amaritudo nō est i eo
debilis. Et oia q̇dem que sunt hui⁹mōi ꝯferūt sto
macho ⁊ epati. Amaꝝ enī absolutū ⁊ acutū absolu
tū nocēt visceribꝰ. Et si associāt eis stipticū ꝯferūt
nā ipa sua amaritudine radūt ⁊ quod ē eis de stip-
ticitate seruat virtutē viscerū. ¶ Et qn̄qȝ ē i stip
tico amaro imo i stiptico in quo nō apparet mlti-
tudo amaritudinis virtus soluēs cholerā citrinā ⁊
aquositatē cū expssione ⁊ nō ē i ipo virtus soluēs
phlā viscosuꝫ: ⁊ ꝓprie si stipticitas ē fortior ama
ritudine ⁊ hoc ē sicut apsinthiū. omne aūt dulce cū
stipticitate viscerib⁹ ē amicū qm̄ est suaue ⁊ cōfor
tans etiā. Et ꝓhibet exaspationē meri qm̄ est silr
tprato. ¶ Et omne exiccatiuū ꝓpter ponticitatem
suā: aut stipticitatē qū est i eo vnctuositas: aut i si
piditas: aut dulcedo: ⁊ vlr qd̄ ꝓhibet mordicati
onē ē gn̄atiuū carnis. Si aūt est stipticū cū acuitate
⁊ amaritudine ⁊ est cōpositū ex substātia ignea et
terrea est cōueniēs vlceribus ⁊ exituris i q̇bus est
hūiditas mala: ⁊ ē cōueniēs valde ad cōsolidandū
¶ Et qn̄qȝ fit cōpositio ex virtutibus istis ſm cō
positionē mēꝝ eaꝝ: ⁊ saporeꝫ ſm rōcinationē quā
cōditionauim⁹ ante. ¶ Hec ergo sunt q̄ diximus
de saporibus ⁊ q̄ sequnt ſm ipaꝝ pͥncipia. ¶ Ser
mo autē verificās i his rebus est sapienti nāli sed
medico q̄ntitas hec sufficit assumpta ex eis. Odo
res vͦo ꝓueniūt a caliditate ⁊ ꝓueniūt a frigiditate
sed eoꝝ olfacio ⁊ ipsoꝝ sternutatio ē caliditas ſm
plimū: qm̄ cā plima in ꝓpinq̇tate odorū ad virtu
tē odorandi est substātia subtilis vaporosa. q̄uis
sit iam cōcessuꝫ ꝙ sit ſm semitam cōuersiōis aeris
p̄ter resolōneꝫ alicui⁹ rei ex habente odorē. veꝝ
tn̄ est pͥmū ſm plimū. ¶ Omnes ergo odores ex
q̇bus sentit mordicatio: aut declināt ad lat⁹ dulce
dinis sūt calidi. ⁊ illi ex q̇bus sentit acetositas ⁊ cha
ragiati roralis oēs sunt frigidi. Et bene redolētia
ſm plimū sunt calida nisi illa q̇bus associāt rorali-
tas: ut musch⁹ ⁊ sedaͦ spūs ⁊ anhelitus ut cāfora
⁊ nenufar. Corpora enī amboꝝ nō euacuāt ex sub
stātia infrigiditate associata odori usqȝ ad cerebrū.
Omne ergo bene redolēs ē calidū. ⁊ silr omne ale
feniati q̄re ꝓpter illud sunt faciētia dolorē capis.
¶ De coloribus iam locuti fuim⁹ ⁊ fecim⁹ te sci
re ꝙ ipi diuersificant ſm plimū. ⁊ non sunt sicut
odores ſm plimū: sed ipi demōstrant i intentione
vna demōstratiōꝫ plimā. Et ē q̇dem qū spēi vni⁹
diuersificant modi. ⁊ q̇dam eoꝝ sunt decliues ad
albedinē: ⁊ q̇dam eoꝝ sunt decliues ad tincturam
rubeā aut nigrā. tunc ad albedinē declināte si sūt
in specie frigidi nā sunt frigidiores: ⁊ declinātes
ad alia duo sūt min⁹ frī. Et si nā trahit ad calidita
tē. tunc res est ecōuerso. Et hoc q̇dem qn̄qȝ diuer
sificāt i rebus. verūtn̄ illud quod ē ſm plimuꝫ est
quod dixi ante. Loquamur ergo nūc de opōnibus
medicinaꝝ singularium.

Caplm quartū d' opatiōib⁹ medicinaꝝ singulariū

Dicemus ꝙ medicine simplices hn̄t opati
ones vlēs: ⁊ opōes pticlāres: ⁊ opatiōes
silēs vlibus. ¶ Opatiōes itaqȝ vlēs sunt
sicut calefactio ⁊ ifrigidatio ⁊ expulsio ⁊ attractio
⁊ vlceratio ⁊ cōsolidatio. ⁊ q̄ sunt silia illis. ¶ Et
operatiōes pticulares sunt sicut iuuamentū i can-
cro ⁊ iuuamētū i hemorroidib⁹ ⁊ iuuamētū in icte
ricia ⁊ silia his. ¶ Et opationes que sunt similes
vlibus sunt sicut ꝓuocatio ⁊ solutio: ⁊ q̄ sūt silia
illis. he enī quāuis sint pticulares: quia sunt i mē
bris ꝓpriis et cū instrumētis ꝓpriis. tn̄ sunt siles
vlib⁹. qm̄ sunt opationes reꝝ quaꝝ iuuamenta ⁊

Nabach. ¶ Nā. ¶ In ea q̄ est hūida ⁊ q̄ sicca exiccatio est et subtiliatio. Et illud ē in oibus ꝑtibus sue arboris. Et suffumigātio q̇dē alsadar est uehemētis stipticitatis. ¶ Opatōes ⁊ ꝓprietates. ¶ Est stiptica et ꝓprie ei⁹ sauich. ¶ Decoratio. ¶ Prohibet casū capilloꝝ et ꝓlōgat eos et cōfortat et lenit ipsos. Et gūma q̇dē sadar delet furfures et supfluitates minutas q̄ sūt cū eis et bonificat capillos. ¶ Apata et bothor. Folia alsadar leniūt apa calꝫ ⁊ resoluūt ipꝫ. Mēbra capitis. ¶ Gūma alsadar delꝫ furfures ablutione fcā cū ea. ¶ Mēbra anhelitus et pectoris. Folia eius cōferūt asmati et egritudibus plmōis. Mēbra nutrimēti. ¶ Cōfortat stōuꝫ ¶ Mēbra expulsōis. ¶ Stringit nāꝫ et cōfert fluxui sanguinis et m̄strui et nō mēstrui ⁊ vlcerib⁹ intestinorū et ꝓprie eius sauich. Et cōfert solutōi fcē ꝑpt debilitatē stōi et fit clistere ex decoctōe alsadar ⁊ bibit ad has egritudines et ad fluxū m̄ricis et iudiciū eius q̄ recens est est iudiciū eius qđ est hōgeneum cū ea de cydonijs et zarur et pomis et piris: nā qđ de ea est eq̄le stringit. Et q̄ nō est matura ꝓpterea ꝙ ñ digerit ⁊ ꝙ expellit eā nā excitat colicā passōē

De nucleis capitulum. d. xxi.

Nucleus. ¶ Opatōes ⁊ ꝓprietates. In ipso est stipticitas ⁊ glutinatio. ¶ Uulnera ⁊ vlcera. ¶ Qđ ex eo adustū est confert vlcerib⁹ fraudulētis. ¶ Mēbra oculi. Adurit ⁊ extinguit ⁊ abluit ⁊ stat in alcofol loco tutie ⁊ retinet pilos palpebraꝝ et facit eos nasci cū nere iden ⁊ ē bonū vlcerib⁹ oclī ⁊ ortui pilorum.

De nabam capitulum. d. xxij.

Nabā q̇d ē. Quidā medicoꝝ magnifice laudauerūt carnē eius. ¶ Nā. ¶ Dixerūt q̇dā medicoꝝ ꝙ caro ei⁹ est calā, pinguis facit desiderare cibū ⁊ cōfortat corp⁹ ⁊ est ei ꝯuēiens qñ digerit: verūtñ ipsa est debil ⁊ vacua grossa ⁊ nō digerit. ¶ Mēbra expl. ¶ Augmentum efficit in coitu.

De nigella capitulum. d. xxiij.

Nigella. ¶ Nā. ¶ Calā est ⁊ sicca in 3°. Opatōes ⁊ ꝓprietates. ¶ Est acris incisiua phlatis abstersiua ⁊ resoluit vētositates ⁊ inflationē ⁊ eius mūdificatio est vltia. ¶ Decoratio. ¶ Abscindit v̓rucas inuersas ⁊ colorē pallidū ⁊ morphea ⁊ baras ꝓprie. ¶ Apata ⁊ bothor. ¶ Ponit cū aceto sup bothor lenes et resoluit apata phlatica ⁊ dura. ¶ Uulnera ⁊ vlcera. Ponit cū aceto sup vlcera phlatica ⁊ scabiē vlceratā. ¶ Mēbra capitis. ¶ Confert corize ꝑpe torrefcā ⁊ posita in pāno lineo ⁊ ligata ⁊ linit sup frontē illi⁹ q̄ hꝫ sodā frīaꝫ. Et qñ infundit in aceto ꝑ noctē deiñ terit in mane ⁊ fit ex ea caputpurgiū ⁊ añ infirmū adeo fit ꝓxia vt ipsaꝫ narib⁹ attrahen° odoret ꝯfert dolorib⁹ antiq̄s ī capite ⁊ torture ⁊ est ex medicis apientib⁹ valde oppilationē q̄ est in colatorio. Et decoctio eiu scum aceto confert dolori

dentiū ore ex eo colluto ⁊ ꝓprie cū ligno pini.
Mēbra ocl'i. ¶ Qn̄ ex ea trita fit caputpurgiū cū
oleo irino ꝓhibet initiū aq̄. ¶ Mēbra anhelit⁹ ⁊
pectoris. ¶ Cōfert etiā dilatatōi anhelitus qn̄ bi-
bit̄ cū nitro. ¶ Mēbra expl'. ¶ Interficit v̄mes ⁊
ascarides etiā si liat̄ sup sumē ⁊ ꝓuocat mēstrua.
Et qn̄ admīstrat̄ aliq̄tis dieb⁹ ⁊ dat̄ in potu cū m̄l
le ⁊ aq̄ cal'a ad lapidē ī vesica in ⁊ renibus cōfert.
Febres. ¶ Resoluit febres phl'aticas ⁊ melicas ꝓ
prie et remouet eas. ¶ Venena. ¶ Eius suffumi
gatio fugat v̄mes venēosos. Et existiauerūt q̇dam
q͛ de ea multitudo interficit ⁊ est ex eis q̄ cōferūt
ad morsū rutele qn̄ de ea bibr̄ aur̄.

De niue capitulum. d. xxiiij.

N Ix. ¶ Opatiōes et propretates. ¶ Est
mala senib⁹ et eis in q̇b⁹ generant̄ hūors
fr̄i. ¶ Mēbra capitis. ¶ Aq̄ niuis sedat
dolorē dentiū cal'z. ¶ Instr̄a iuncturaꝝ. ¶ Nix ē
nociua neruis ꝓpterea q͛ coarctat vapores calidos
currētes in eis et retinet eos ne soluant̄. ¶ Mē-
bra nutrimēti. ¶ Est nocitiua stō ꝓprie illi in quo
generant̄ hūores fr̄i. Et aq̄ niuis qn̄z facit siti pro
pterea quia coadunat caliditatem.

Capitulum de littera. o.

De opio capitulum. d. xxv.

O Piū q̇d est est succus papaueris ni-
gri: et egyptij ip̄z seminat. Et ei⁹ q̇
dē potio nō addit̄ supra duos daich
Qn̄z v̇o fit opiū etiā ex seīe lactuce
agrestis ⁊ est stupefactiuum debile
subtile. Opiū p̄terea assat̄ sup laminā ferreā igni-
tā et fit rubeū. ¶ Electio. ¶ Qd̄ ex eo electuz est
est ḡuius acuti odoris frangibile et facile resoluit̄ i
aq̄ et nō cōgelat̄ in'liq̄factōe et resoluit̄ in sole ⁊ n̄
extinguit candelā qū ex eo insl'at. Citrinū aūt tigēs
aq͛ aspeꝝ debilis odoris clari coloris hoc tale ē fal
sificatū cū memithe ⁊ qn̄z adulterat̄ cū lacte lactu-
ce silur̄is et est debilis odoris ⁊ adulterat̄ cū gūmi
et est splendidū claꝝ valde. ¶ Nā. ¶ Fr̄m est et
siccū in q̄rto. ¶ Opatōes et ꝓprietates. ¶ Est nar
coticū sedatiuū oīs doloris siue sit bibitū siue lini-
tū. Et potio ipsius sit q̄titas lenticule magne. ¶ A
postēata et bothor. ¶ Cōfert apātib⁹ et p̄cipue ca
lidis. ¶ Vulnera et vlcera. ¶ In ipso est exicca-
tio vlceꝝ. ¶ Instr̄a iuncturaꝝ. ¶ Permisceat̄ cū
vitello oui assati et liat̄ ex eo podag̅ et tūc sedatur
dolor et ꝓprie cū lacte. ¶ Mēbra capitis. ¶ Fa
cit dormire etiā si supponat̄ cū licinio aut absq̄ lici
nio. Et sedat etiā qū distillat̄ cōtritū ī oleo rosaceo
in aurē infirmā cum myrrha et croco et sedat soda
antiq͛ et sanat ex ea. Et ip̄z ē ex eis q̄ destruūt ītel
lectū ⁊ sr̄uz. ¶ Mēbra ocl'i. ¶ Sedat dolores oph
thalmie ⁊ apāta ei⁹ cū lacte ml'ieris. Pl'es āt āntiquo
rū fuer̄t q̇ n̄ fuerūt eo vsi in ophthalmia ꝓpt̄ nocu
mētū qd̄ visui infert. ¶ Mēbra anhelitus et pe-
ctoris. ¶ Sedat tussiz cōtinuā et pl'm sedat̄ eo illā
q̄ ex ea clamosa est. ¶ Mēbra nutrimēti. ¶ Sto
mach⁹ qn̄z iuuat̄ eo et aggregat̄ et illud qū est lax⁹
ex calore et hūitate. Et in pl'ib⁹ dispōib⁹ qū bibit̄
solus absq̄ castoreo destruit digōnez aut diminuit
eā valde. ¶ Mēbra expl'. ¶ Retinet solonē ⁊ ꝯ
fert dysenterie et vlcerib⁹ intestinoꝝ. ¶ Venena
Interficit cōgelan° v̄tutes et extinguen° calorē ina
tū: et eius q̇dē tyriaca est castoreū. ¶ Permutatio
Loco ipsius ponit̄ triplū seīs hyusq̄ami et duplū ei⁹
de seīe mandragore.

De ouis capitulum. d. xxvi.

O Va. Nota sunt. ¶ Electio. ¶ Meliora
ex eis sunt oua galline recētia. Et melius
qd̄ est in eis est vitellus. Et meli⁹ eoruz
artificiū est vt nō cū alio cōgelent̄. P⁹ aūt oua gal
line sūt oua auiū q̄ cursu eius ꝓcedūt sicut atederaz
⁊ adoraz et alcubegi et atehēugi. Oua v̇o anatis ⁊
filiuz sunt mali hūoris. ¶ Nā. ¶ Sūt ad eq̄litatē
tendentia s̄z eoꝝ albumē ad fr̄itatē et vitell⁹ ad ca
liditatē et ambo sunt hūida p̄cipue albumē: et ex e
is sicciora sunt oua anl'is et strucij. ¶ Opatōes ⁊ ꝓ
prietates. ¶ In ipsis est stipticitas et ꝓprie in vi-
tello eoꝝ assa°. Eoꝝ autem albumē sedat dolores
mordicatiuos ꝓpt̄ sui glutinationē et qm̄ ip̄z tenet̄
et remanet qr̄ nō remouet̄ velociter sicut lac: ma
gis cōgelata v̇o sunt tardioris digōis et pl'imi nu-
trimēti: et meliora eoꝝ sunt sorbilia cocta in aq̄ et
sunt melioris penetratōis. ¶ Decoratio. ¶ Fiat
epithima ex albuīe eoꝝ et tunc ꝓhibebit corrupti
onē coloris a sole et remouet eaz et qū vitellus as
sat̄ et terit̄ est epithima vtile pāno et nigredi. O-
ua aūt auis tarde sunt tinctura bona s̄z q͛ dr̄ et ex
perit̄ hora q̄ p̄pata sunt ad illud cū filo lane pene-
trante in eis et dimittit̄ dōec cōsideret̄ an nigr̄scat
et sil'r oua alocloe s̄m q͛ dr̄. ¶ Apāta et bothor.
Ponunt̄ in empl'is apātū et in clisterib⁹ ꝓpt̄ vlce-
ra et apāta et liniunt̄ sup herisipilā cū oleo. ¶ Vl'
nera et vlcera. ¶ Cōferūt exituris ani et pectinis
et adustōi ignis vtere eis cū lana et cōferūt ad vl-
cera et sil'r in adustōe aq̄ ēt. ¶ Instr̄a iuncturaꝝ.
Ambo leniūt neruos et cōferūt oīb⁹ doloribus iū
cturaꝝ. ¶ Mēbra capitis. ¶ Ponunt̄ in medica-
mētis abscindētibus fluxū sanguis panniculi cer̄bri
et cōferūt corize. Et vitellus oui galline cōfert a-
postematibus calidis in aure. Et dr̄ q͛ oua testudi
nis silur̄is cōferūt epilepsie. ¶ Mēbra oculi. ¶
Ipsoꝝ albumē sedat dolorē oculi ⁊ vitell⁹ cū cro-
co et oleo rosaceo cōfert ꝑcussōi oculi valde. ¶ Et
qū ex eo fit empl'z cum farina ordei ꝓhibet fluxuz
ab oculo et sil'r linit̄ cū ture sup frontē ꝓpt̄ fluxum
oculi. ¶ Mēbra anhelitus et pectoris. ¶ Cōfert
asꝑitati pectoris ⁊ gutturis sorbilia ex eis ⁊ tussi ⁊
pl'esi ⁊ ethice ⁊ raucedi vocis ex cal'itate ⁊ strictur̄
anhelitus ⁊ sputo sanguis ꝓprie qū sorbet̄ vitell⁹
eoꝝ tepidus. Et oua q̇dē testudis silur̄is expta sūt
tussi infantiū. ¶ Mēbra nutrimēti. ¶ Cocta si-
cut sunt in aceto ꝓhibēt effusionē materieꝝ ad sto-
machū ⁊ intestina ⁊ ꝓhibēt asꝑitatē meri et stōi et
q̄ ex eis sunt assata ꝑmutant̄ ad fumositatē. ¶ Mē
bra expulsionis. ¶ Cocta sicut sunt in aceto ꝓhi-
bēt fluxū ventris ⁊ dysenteriā. Et ipsoꝝ vitellus
cōfert vlceri renū ⁊ vesice ⁊ p̄cipue si sorbeat̄ cru
dus. Et q̄ ex eis sunt assata sup cinerē sine fumo ꝯ
ferūt sol'oni ventris et dysenterie qn̄ cōedunt̄ cuz
aliq̇b⁹ stipticis et aq̄ acreste et cōferūt asꝑitati in-
testinoꝝ et vesice. Et ex albuīe q̇dē ipsoꝝ fit cli-
stere cū meliloto ꝓpt̄ vlcera intestinoꝝ ⁊ putrefa
ctionē eoꝝ et cōferūt exituris ani ⁊ pectis. Et sup
ponit̄ liciniū infusū in eis ⁊ in oleo ros' ꝓpt̄ apāta a
ni ⁊ ꝑcussōez ei⁹. ex albuīe p̄terea ouoꝝ fit pessariū

cũ oleo de alcãna et cõfert vlceribꝰ mr̃icũ et lenit
mr̃icẽ ⁊ qñ sorbetˢ sicut est crudũ cõfert fluxui san
guis ⁊ mictui eiꝰ. Ampliꝰ oĩa oua p̃cipue oua paſ
ſeꝝ augmẽtũ faciũt in coitu. Et dĩ ꝙ qñ oua anſis
miſcẽtur cũ oleo ⁊ distillantˢ tepida in mr̃icẽ ꝓuo-
cant menstrua post quattuor dies.

De oppoponaco capitulum. d. xxvij.

Oppoponacũ q̇d est. Arbor est q̃ ñ eleuatˢ
a terra ⁊ similantur ipsius folia folijs fi-
cꝰ vehemẽtis viriditatis rubea inciſaſ ha
bẽtia ptes rotunda. Et eius crus est sicut cucũeris
ſup qđ sunt pili pl̃uerulẽti ⁊ eiꝰ folia sũt pua valđ
ſup cꝰ extremitatẽ est corona sĩlis corone aneti et
eiꝰ flos est citrinꝰ ⁊ folia floris sunt boni odoris ⁊
vene ipsius sunt pl̃ime q̃ ramificantˢ a radice vna
grossuꝫ hñte corticẽ ⁊ in eiꝰ odore est g̃uitas: eius
aũt gũma extrahitˢ cuꝫ incisione ſue radicis in ꝓmis
qñ crus appꝫ et qñ fricatˢ est eius incisio ẜm colorẽ
croceũ. Que autẽ huic spẽi sĩlatˢ nũeratˢ de spẽbꝰ op
poponaci. Sꝫ crus est minus qđ eleuatˢ vno cubi-
to deiñ ramificatˢ sicut folia feniculi ſꝫ est debilius
⁊ etiã mechais thubrur cꝰ folia sũt sicut folia came
mille albe ⁊ qđ est supra ipꝫ est aureũ. ¶ Electio
Qđ in radice eius melius est est illud qđ est albuꝫ
mordicãs linguã in quo nõ est cõtractio boni odo-
ris. Et ex fructu eius melius est illđ qđ est super
crus et terminũ mediũ: ⁊ qđ ex gũma eius est me
lius est illud qđ est valde amaꝝ intrinsecus albuꝫ
et extrinsecus croceũ frangibile qđ dissoluitˢ in aq̃
Nigꝝ ṽo lene est adulteratũ cũ amoniaco. ¶ Nã.
Calidũ est et siccũ in 3°. ¶ Opatões et ꝓprietates
Est resolutiuum ventositatum lenificatiuum ab-
stersiuum. ¶ Apostemata et bothor. ¶ Lenificat
durities ⁊ qđ sup ipꝫ ẽ lenificat valde bothor. ¶
Vulnera et vlcera. ¶ Eius radix est ad medicãdũ
ossa nuda et cũ melle est cõueniẽs vlceribus antiq̇s
⁊ igni pſico et qđ sup ipꝫ est etiã vulneribꝰ et bo
thor. Et ad summũ oĩs ptes eius ꝯferũt ulceribꝰ
fraudulẽtis. ¶ Instr̃a iũctaꝝ. ¶ Bibitˢ cũ aq̃ alkara
ti ⁊ cũ uĩo pp attritionẽ lacertoꝝ ex ꝑcussõe. Qui
dã ṽo dixerĩt ꝙ ẽ malũ neruis ⁊ vĩ ꝙ sit malũ ner
uis sanis siue hũectatis. Et ẽ ꝯferẽs sciatice ⁊ bibitˢ
ad ipꝫ succus eius etiã et remouet lassitudinẽ et cõ
fert doloribus iuncturaꝝ omĩuꝫ et podagre more
empl̃i suppositũ. ¶ Mẽbra capitis. ¶ Cõfert cor
rosioni dentiũ qñ eo ĩplentˢ ⁊ sedat dolores coꝝ et
cõfert soda et epilepsie ⁊ mr̃i infantiũ. ¶ Mẽbra
oculi. ¶ Acuit visuꝫ qñ ex eo fit collyriũ. ¶ Mẽ
bra anhelitus et pectoris. ¶ Ex folijs eius fit em-
pl̃ꝫ sup dolores lateris. Oppoponacũ quoq; cõfert
dolori vtrorũq; lateꝝ et tussi qñ sunt fr̃i. ¶ Mẽ
bra nutrimẽti. ¶ Eius succus cõfert duritiei sple-
nis more empl̃i suppositus ⁊ bibitꝰ cũ aceto: ponũ
tur enĩ ex eo. x. aur̃. in duobus vrceolis musti et
clarificatˢ pꝰ duos mẽses et cõfert spleni valde. Et
mustũ hoc ꝯfert hydropisi. ¶ Mẽbra expulsiõis
Lenit duritiẽ mr̃icũ et cõfert guttatõi vrine et a-
uellana vna ex eo bibitˢ cũ aq̃ calida ad ꝓuocañ uri
nã et mẽstrua et ad mr̃icẽ fr̃aꝫ et eius etiã fructꝰ a-
bundare facit mẽstrua et ꝓprie cũ apsinthio et ĩter
ficit fetũ et ꝓprie radix eius. Ipsa naq; abortuꝫ fa
cit supposita et bibita. Et cõfert p̃focatõi mr̃icis ⁊
extenuat ventositatẽ et duritiẽ eius. Et cõfert co-
lice et soluẽdo educit hũorẽ crudũ et cõfert pruri-
tui vesice. ¶ Febres. ¶ Bibitˢ cũ aq̃ karatiꝫ ad ri
gores et febres piodicas. ¶ Venena. ¶ Ex eo cũ
pice fit empl̃ꝫ et adherẽmẽtũ bonũ morsui caĩs rabi
osi et cũ aristol. ad pũcturas bibitũ est tyriaca ⁊ si-
militer eius succꝰ. ¶ Permutatio. ¶ Loco eiꝰ po
nitˢ ficus et existĩo ꝙ amoniacũ est eiꝰ ꝓpinquũ.

De oleandro capitulum. d. xxviij.

OLeander q̇d est. Eius alia est siluestris et a-
lia fluuialis. Siluestris ṽo folia sunt sicut fo
lia portulace ſꝫ sunt strictiora ⁊ eiꝰ thyrsi
sunt lõgi expansi sup terrã et apud folia sunt spine
et nascitˢ in domibꝰ desertis. Fluuialis aũt oritˢ in ri-
pis fluuioꝝ cꝰ thyrsi a terra eleuatˢ et spine eiꝰ sũt
occulte et ipsius folia sunt sicut folia salicis et folia
amigdali lata ⁊ saporis valde amari ⁊ supiora cru
ris eius sunt grossiora inferioribus ipsiꝰ et eiꝰ flos
est sicut rosa rubea bonus valde et sup ipꝫ egreditˢ
q̇ddã sĩle pilis et eiꝰ fructus est durus aptus plenꝰ
re q̃ est sicut lana. ¶ Nã. ¶ Calida est in 3° sicca
in ẜo. ¶ Opatões et ꝓprietates. ¶ Est resolutiũa
valde ⁊ ex eius decoctõe sternuntˢ domus ⁊ inter-
ficit pulices et ṽmes terrãeos. ¶ Apata ⁊ bothor.
Ponuntˢ folia eiꝰ sup apata dura ⁊ sunt in eis iuua
mẽti valde magni. ¶ Vulnera ⁊ vlcera. ¶ Bõa
est prurituĩ et scabiei et excoriatõi et ꝓprie succus
folioꝝ eius. ¶ Instr̃a iuncturaꝝ. ¶ Dolori dor
si antiquo et geniculi valet more empl̃i supposita
Mẽbra capitis. ¶ Flos eius facit sternutationẽ.
Venẽa. ¶ Est venenũ ⁊ qñꝫ misceturˢ cũ vino ⁊ ruta
⁊ potatˢ et liberat a venenis ṽmiũ venenosoꝝ. E
go tñ dico ꝙ est in hoc timorosũ et ipsa et eiꝰ flos
sunt venenũ hoibꝰ et bestijs ⁊ canibꝰ: verũtñ con
fert cũ bibitˢ qñ uĩo decocta cũ ruta ẜꝫ ꝙ dicitur.

De oleo capitulum. d. xxix.

OLeũ. Oleũ de balsamo iã dcm̃ est. Oleũ
ṽo de kerua et oleũ de rhaphão sunt sĩlis
ṽtutis. Sunt enĩ ambo resolutiua: ſꝫ ipo
rũ fortius est oleũ de kerua et oleũ de rhaphano ẽ
calidũ et est sĩle oleo antiquo. ¶ Nã. ¶ Calidum
est et siccũ in 3°. Oleũ de lilio et oleũ sambacinum
calida sunt in 3°. Oleũ de vrtica ⁊ oleũ de cartão
calida sunt in p° hũida ĩ ẜo. Oleũ autẽ de narcisco
calidũ in ẜo hũidũ in p°. Oleũ de keiri est calidũ ⁊
hũidũ in ẜo: ⁊ sĩlr̃ oleũ de ben: ⁊ sĩlr̃ oleũ amigda
linũ amaꝝ. Oleũ de extremitatibꝰ uitiũ ⁊ almahũ
et mãdragoratũ ꝓxima sunt in infr̃atõe ⁊ stiptici-
tate et oleũ de cydonijs etiã et oleũ camemillinum
calidũ est cũ eq̃litate et oleũ anetinũ sĩle est ei sed ẽ
eo calidius et oleũ narciscinũ ꝓximũ est in ṽtute ⁊
operatõe oleo anetino ſꝫ est acuti odoris et nõ ẽ cõ
ueniens hoibꝰ eo mõ quo oleũ anetinũ. In olõ ṽo
violaceo nõ est stipticitas ſꝫ est in ipso infr̃atio q̃-
dã. Oleũ ṽo rutaceũ est resolutiuũ. Nos autẽ non
dicẽus hic artificiũ oleoꝝ ĩmo dicẽus ea in antido
tario. Et nos etiã nõ dicẽus olea ꝯposita ex medi
cis pluribꝰ sicut oleũ costinũ ⁊ oleũ de darsisabã e
oꝝ cõpõnẽ et eoꝝ iuuamẽta nisi in antidotario. O
peratões ⁊ ꝓprietates. ¶ Olꝫ amigdalinũ ⁊ ꝓpe
amaꝝ apitiuũ. Et in oleo de pomis ⁊ cydonijs pro
prie est stipticitas ⁊ ĩfr̃atio. Oleũ ṽo camemilliuꝫ
sedatiuũ est doloꝝ ablatiuũ spissitudinũ resolutiuũ
vapoꝝ. Et oleũ de lilio est lenitiuũ ꝯfortãs mẽbra

⁊ cõfortat eã ⁊ infr̃at eã plusꝗ̃ illud de cydonijs ⁊ prohibet mãs aduenĩetes. Et oleũ de ruta est resolutiuũ inflatõis valde ⁊ est sicut oleũ laurinũ ꝫ est calidius eo ⁊ ambo sunt sedatiua doloꝝ antiquorũ ⁊ resolutiua ventositatũ. Oleũ de costo iuuat in diuersitatibꝰ dispositionũ pestilentie ⁊ efficit dolorẽ vasis ⁊ aeris bonũ. ¶ Decoratio. Oleũ laurinũ alopitie est vtile. Oleũ myrtinũ cõstringit origiẽs capilloꝝ ⁊ cõfortat eos ⁊ denigrat. oleũ costinũ ꝯseruat iuuentutẽ i capillis. oleũ ãigdalinũ cũ melle ꝓprie amaꝝ ⁊ radix lilij ⁊ cera liq̃fcã cõferũt aragdani in facie ⁊ pãno ⁊ vestigijs ⁊ silibus ⁊ cõfert quãdo linit̃ cũ decocto sup squamas ⁊ furfures. oleũ de kerua est bonũ lẽtigibꝰ ⁊ pãno. Et oleũ de fenugreco est bonũ colori corrupto ꝓprie in albis oculoꝝ. ¶ Apata ⁊ bothor. ¶ Oleũ amigdalinũ confert apati mãmille. oleũ de lilio duritiẽ antiꝗ̃ r̃solvit. ¶ Uulnera ⁊ vlcera. ¶ Oleum de kerua valet bothor grosso ⁊ scabiei. Et de fenugreco sahafati. oleũ myrtinũ cõfert vlceribꝰ. oleũ de costo r̃mouet scabiẽ et pruritũ velociter. ¶ Instr̃a iuncturaꝝ. ¶ Oleũ amigdalinũ cõfert lilgueti. oleũ camemillinũ cõfert laxitudĩ et oleũ de lilio etiã. et oleũ de aneto et etiã ei quẽ frigꝰ lesit. ¶ Mẽbra capitis. ¶ Oleũ amigdalinũ cõfert soda et pulsationi auris et tinnitui et sibilatõi in aure. oleũ amigdalinũ amaꝝ pl̃imi est iuuamẽti subtile ⁊ pl̃imi iuuamẽti ipsius est in aure ⁊ oppilatõibꝰ eius et tinnitui ipsius ⁊ v̾mibus factis in ea. ⁊ oleũ rosaceum est valde bonũ inflãmatõi stõi ⁊ principio appitõis apatũ ⁊ augmẽtũ efficit in v̾tutibus cerebri ⁊ in intellectu ⁊ est decliue ad eq̃litatẽ. Et ꝓpt̃ hoc dixit Gal. ꝙ ipꝫ calefacit corpus vehemẽtis fr̃itatis ⁊ infr̃at calꝫ. Et magis vincẽs ex iudicio eius apud me est ꝙ corpora calida q̃ ipꝫ tẽpat sũt pl̃a corporibus fr̃is q̃ ipꝫ calefacit. oleũ laurinũ ⁊ oleũ rutaceũ sũt bona doloribus capitis antiq̃s ⁊ oleũ de fenugreco cõfert furfuribus. oleũ de kerua cõfert alopitie et vlceribus in capite ⁊ apatibus factis in eo ⁊ dolori auris. ¶ Mẽbra nutrimẽti. ¶ Oleũ amigdalinũ est bonũ spleni ꝫ g̃uat stõuꝫ. ¶ Mẽbra expulsionis. ¶ Oleũ de urtica ⁊ oleũ de seĩe croci hortẽsis soluũt vẽtrẽ. ⁊ oleũ rosaceũ qñꝫ soluit .s. qũ inuenit mãꝫ q̃ indiget lubrificatõe ⁊ qñꝫ retinet solonẽ cholericã. oleũ de kerua soluit et educit ascarides oleũ amigdalinũ est bonũ doloribus renũ et difficl̃tati vrine ⁊ lapidi et doloribus vesice et mr̃icis ⁊ p̃focatõi mr̃icis. Et oleũ de lilio ptũ efficit facilẽ et sedat dolores mr̃icis bibitum et pessarizatũ. Et in oĩbus illis oleũ de fenugreco iuuatiuũ est et etiam duritiei mr̃icis et dubellet eiꝰ et difficultati ptus. Oleũ de kerua cõfert apatibus ani et pungitiuo dolori mr̃icis et eius cõuersioni. ¶ Febres. ¶ Oleũ camemillinũ in febribus ꝓlixis melius est oleo rosaceo. oleũ anetinũ bonũ est rigori. ¶ Permutatio Ponit̃ loco olei de balsamo myrrha liq̃da aut eq̃le põdus olei adedbij cũ medio pondere sui de oleo alneregil et q̃rta põderis sui de oleo antiquo et ꝑmutatio olei lauri est pix hũida ⁊ ꝑmutatio olei d̾ vrtica est oleũ de cartamo ꝫ est debilius eo. et loco olei de alcãna ponit̃ oleũ sansucinuꝫ. ⁊ loco olei rosacei oleũ nenufarinũ ⁊ oleũ violaceũ. ⁊ loco olei de kerua oleũ rhaphaninũ ⁊ oleũ lini preter conuersionẽ in oleo de lino.

De oliuis capitulum. d. xxix.

Oliue q̇d est. Oleũ qñꝫ exprimit̃ ex oliuis immaturis: ⁊ quandoqꝫ exprimitur ex oliuis vltime maturis. Et oleuꝫ omphacinũ est illud qđ. expssuꝫ est ex imaturis. Et qñꝫ exprimit̃ ex oliuis rubeis medijs inter imaturas ⁊ vltime maturas cꝰ opo est inter illas duas res: oleuꝫ p̃terea qñꝫ fit ex oliuis dõesticis: ⁊ qñꝫ fit ex oliuis silur̃ibꝰ. Oleũ ꝯ v̾o vetus in empl̃is in v̾tute est olei de kerua ⁊ olei de rhaphano ⁊ de lilio ꝫ est calidius ⁊ est ꝓpinquũ oponi ipsoꝝ. Qũqꝫ aliq̃s vult adurere ramos oliuaꝝ ⁊ folia eaꝝ oꝫ vt liniant̃ cũ melle. ¶ Electio. ¶ Oleũ sanis melius est onphacinũ ⁊ melior gũma ipsius est gũma silur̃is q̃ mordicat linguã: si enĩ nõ mordicat linguã tũc nõ est ꝑfecuũ in ipsa. ¶ Nã. ¶ Omphacinũ fr̃ꝫ est ⁊ siccũ in p°. Rufus v̾o in ipso dicit eẽ huĩtatẽ. Et ol̃ꝫ de oliuis vltĩe mat̃is ẽ cal̃ꝫ ꝯmẽrate ⁊ declinat ad humiditatẽ. Qđ si lauet̃ est tẽpatũ in huĩtate ⁊ siccitate ⁊ minus calidũꝫ. ⁊ vl̃r oliue mature sunt calide ⁊ eaꝝ oleũ ad huĩtatẽ declinat tpatã ⁊ ĩmature sũt fr̃e ⁊ ligna ⁊ folia eaꝝ sunt fr̃a. Qũ autẽ antiq̃t ol̃ꝫ omphacinuꝫ ualde fit in nã olei de oliuis dulcibus Opatões. ⁊ ꝓprietes. ¶ Oĩs olei spẽs corpora ꝯfortãt motũ alleuiant ⁊ sunt extinctiue. Et oleũ q̇dẽ de oliuis siluribꝰ decoquit̃ in vase ereo donec coagulet̃ ⁊ fit ꝓximũ v̾tuti licij. Et aq̃ de oliuis salitis fortior est aq̃ oliuaꝝ in mũdificatõe. Et oleuꝫ q̇dẽ sanis meliꝰ ẽ ol̃ꝫ omphacinũ: olei v̾o antiq̇ acuitas nõ cõsequit̃ mordicationẽ. Et oliue q̇dẽ sũt ex eis q̃ nutriunt parũp. ¶ Decoratio. ¶ Folia oliuaꝝ siluriuꝫ bõa st̃ panaricijs ⁊ ꝓhibẽt sudorẽ iuncta oleũ de oliuis siluribꝰ est sicut oleũ rosaceũ in pl̃imis intentionibus ⁊ confuat capillos ⁊ ꝓhibet velocitatẽ caniciei qũ admĩstrat̃ oĩ die. Et folia q̇dem oliue decoqunt̃ in aq̃ acreste donec fiat sicut mel ⁊ linit̃ sup dẽtes corrosos ⁊ euellit eos. ¶ Apostẽata ⁊ bothor. ¶ Et silur̃es herisipilã ⁊ formicã ⁊ scer̃ ⁊ apata cal̃a soluũt ⁊ huĩtas currẽs a lignis eaꝝ quꝫ inflãmantur cõuenit scabiei ⁊ ĩpetigi. Et fex olei ẽ medicamẽ apatũ calidoꝝ in glandulis et ꝓprie cuꝫ folijs suis. ¶ Uulnera et vlcera. ¶ Oleũ de oliuis siluribꝰ expssuꝫ de ĩmaturis cõfert vlceribus hũidis et siccis ⁊ scabiei. Et folia oliuaꝝ silur̃iũ ulceribus ambulatis et fraudulentis ⁊ sordidis ⁊ formice ⁊ scer̃. et qñ ꝑmiscet̃ fex olei cũ cameleũta sanat scabiẽ ita ꝙ etiã bestiaꝝ scabiei cõueniat ꝓprie ĩ infusione lupinoꝝ. Qũ ex oliuis de aq̃ cõditis cũ aq̃ et sale fit empl̃ꝫ ad adustionẽ ignis nõ vesicat̃ ⁊ purgat vlcera sordida. Et gũma oliuaꝝ silur̃iũ cõfert scabiei et vlceribꝰ et ĩpetigi ⁊ ponit̃ in emplastris vulneꝝ. ¶ Instr̃a iuncturaꝝ. ¶ Aq̃ oliuarũ salitaꝝ clisterizat̃ ad siccitatẽ. Et oleũ ablutũ est cõueniẽs doloribꝰ neruoꝝ et sciatice. ⁊ oleũ vetꝰ cõfert podagricis qũ liniunt̃ ex eo. ¶ Mẽbra capis Oleũ oliuaꝝ silur̃iũ est sicut oleũ rosaceũ in iuuamẽto suo soda. et assumit̃ succus silur̃iũ ⁊ exiccat̃ ⁊ fiunt ex eo trocisci ⁊ reuant̃ ad curañ fluxũ auris Et oleũ de oliuis siluribꝰ cõfert gingiue sanguĩee colluendo os ex eo ⁊ ꝯfirmat dẽtes motos. Et gũma silur̃iũ cõfert dolori dentiũ corrosoꝝ qñ iplentur ea. Et oleũ de scorpionibꝰ est ex sublimioribꝰ

medicis dolori auriū distillatū. ⁊ oliuarū siluestriū folia bona sunt cula masticata. ¶ Mēbra oculi. Fit collyriū ex antiquo tenebrositati oculi: ⁊ fex eius ponit in medicis oculi ⁊ folia earū adusta ponūtur loco tutie oculo. Et gūma earū antiq cōfert pāno ⁊ albugī et grossitudī ei⁹ et grossitudini cornee ⁊ succus foliorū earū egressioni oculorū et vlcerib⁹ cornee et fluxib⁹ sʒ domestica sunt cōuenientiora oculo ꝙ siluestria. ⁊ gūma earū etiā abstergit oculuʒ et sordes vlcerū ei⁹ ⁊ abstergit aqꝫ ⁊ albuginem.
Mēbra anhelitus ⁊ pectoris. ¶ Oliue nigre cum flore suo sunt ex summa vaporū q̄ fiunt asmati ⁊ egritudib⁹ pulmōis. ¶ Mēbra nutrimēti. ¶ Fex olei vtilis est sup ventrē hydropici. Et oliue q̄dē cū dispōe sua sunt difficilis digōnis. Et grosse earū salite subleuant appetitū ⁊ cōfortāt stōuʒ ⁊ generant hūorē stipticū. Et acetose magis receptibiles sunt digōis ꝙ oēs ⁊ ueloci⁹ ⁊ etiā oleū omphacinū bonū est stō. ¶ Mēbra expulsionis. ¶ Comeduntur cū muri an̄ cibū ⁊ leniūt ⁊ assumunt. ℥. ix. cum aq̄ calida aut aq̄ ordei ⁊ soluūt ⁊ coqunt cū ruta ad dolorē ventris pungitiuū ⁊ v̓mes ⁊ cōferūt colice apose ⁊ fit ex eo clistere colice facte ex fece ⁊ supponit succus earū fluxui mr̄icis ⁊ fluxui sanguīs ei⁹ et fit ex eis emplastrū cū farina ordei ad cursuʒ antiqū. Et oleū vetus ꝑpatū cū aq̄ acreste cōfert quʒ ex eo fit clister vlcerib⁹ ani itrinsecis ⁊ silr mr̄icis. Et earū gūma ꝓuocat utrūqꝫ ⁊ extrahit fetū. ¶ Uenena. ¶ Cū oleo ⁊ aq̄ cal̄a fiat nausea ⁊ rūpit v̓tutē neruorū. Gūma oliuarū siluestriū numeratur inter medicinas mortiferas.

De olibano capitulum. d. xxx.

Olibanū q̄d est. Notū est. Et ipsum q̄deʒ alterat cū gūmi ⁊ gūma pini sʒ olibanū inflāmat: gūma v̓o pini fumat ⁊ n̄ inflāmatur ⁊ silr oē adulteratū nō inflāmat. Et olibanū q̄dē q̄ddā est qđ est indū ad viriditatē decliue ⁊ qđdā est rotundū qđ colligit q̄dratū deiñ cōcutit i vase donec rotundū fiat ⁊ volubile: ⁊ hoc qñ inueterat fit rubeū ⁊ de eo est albū lene hūidū sicut mastix. qñʒ v̓o ex olibano admīstrant in anis minutū ⁊ cortex ⁊ fumus ⁊ ptes arboris ei⁹ om̄s ⁊ ꝓpe folia. ¶ Electio. ¶ Melius est masculū albū rotundū interi⁹ tenax ⁊ aureū qū frangit. ¶ Nā. ¶ Cortices ei⁹ sunt exiccatiui in ɓo ⁊ sunt parū friores olibano. Et olibanū calidū est in ɓo exiccatiuū in prio et cortex ei⁹ exiccatiuus est in termīs ɓi. ¶ Opationes ⁊ ꝓprietates. ¶ Nō inest ei exiccatio fortis nʒ stipticitas nisi debilis ⁊ exiccatio corticib⁹ eius inest: ⁊ in ipso q̄dē est maturatio ⁊ nō est in cortice eius acuitas ⁊ nʒ corrodit carnē ⁊ retiet sāguinē plim⁹ v̓o vsus eius adurit sanguinē. Et fum⁹ eius est vehemētioris exiccatōis et stipticitatis. Quidā autē dixerūt rubeū est magis abstersiuuʒ albo. Et v̓tus minuti est debilior v̓tute olibani. ¶ Decoratio. ¶ Ponit cū melle sup panaritiū ⁊ delet ipm ⁊ eius cortices sunc boni vestigijs vlcerū. Et cōferūt cū aceto ⁊ oleo liniti dolori q̄ noiat ꝯposit⁹ ⁊ ē dolor ex quo ꝓueniūt in corpore sicut v̓ruce cū q̄dā re q̄ est sicut ambulatio formice. ¶ Apata ⁊ bothor. ¶ Cuʒ chimolea ⁊ oleo rosaceo ponit super apata calida in māmillis et ingredit in emplis reouentib⁹ apata viscerū. ¶ Uulnera ⁊ vlcera. ¶ Cōsolidat valde et ꝓprie vulnera recentia ⁊ ꝓhibet fraudulēta dilatari. ⁊ sup ipetiginē ponit cū adipe anatis. ⁊ cū adipe porci sup uulnera ostracata. ⁊ super fissuras frigoris et est cōueniēs vlcerib⁹ fcīs ex adustōe. ¶ Mēbra capitis. ¶ Cōfert sensui ⁊ cōfortat ipʒ. Et q̄dā hominū sunt q̄b⁹ p̄cipit vt ex infusione ei⁹ ieiuni assuete in potu sumat sʒ ei⁹ plimus vsus facit soda ⁊ lauat ex eo caput et qñʒ miscet cū nitro et mundificat furfures et exiccat vlcera ei⁹ ⁊ distillat in aurē dolorosaʒ cū vino: ⁊ qñ ꝑmiscet cū oleo aut pice aut vino de vuis passis cōfert cōtritōi circuitus auris: linitū ⁊ abscidit fluxū sanguis nariū ⁊ eū q̄ est ex velaie et est ex medicis cōferētib⁹ cōtritōi auris. ¶ Mēbra oculi. ¶ Cōsolidat vlcera oculi et replet ea et maturat apa antiqū in eo et iterū fum⁹ ei⁹ cōfert apati calido ⁊ abscindit cursū huitatū q̄ sunt in oculo et cōsolidat ulcera mala et ꝓhibet cācrū i ocl̄o. ¶ Mēbra anheli⁹ ⁊ pec. ¶ Qñ ꝑmiscet cū chimolea ⁊ oleo rosaceo ꝓhibet apata calida q̄ accñt in māmillis mulierū et ingredit in medicamētis cāne pulmōis. ¶ Mēbra nutrimēti. ¶ Retinet vōitū. Et cortices eius confortant stōuʒ et stringūt eū et est magis calefaciens stōuʒ ⁊ in digōe magis iuuās ⁊ cortices magis colligūt stōuʒ mollificatū. ¶ Mēbra expulsionis. Retinet fluxū ventris ⁊ fluxū ventris cū sanguine ⁊ fluxū sanguīs ex mr̄ice et ano. Et cōfert dysenterie ⁊ ꝓhibet expansionē vlcerū malignorū i ano qū ex eo fit liciniū. ¶ Febres. ¶ Confert febribus antiq̄s phl̄aticis si ei⁹ vsus cū vino plimus sit iterficit et similiter cum aceto.

De origano capitulum. d. xxxi.

Origanū q̄d est. Est in potētia sicut hasce et sirupus ei⁹ est sicut sirup⁹ albasce. ¶ Electio. ¶ Qđ forti⁹ exit siluestre est. Nā. ¶ Est calidū et siccū in ɓo. ¶ Opatōes et ꝓprietates. ¶ Est resolutiuū carminatiuū subtiliatiuuʒ et est vehemētis abstersionis et in ipso est acuitas et illud ꝓpt illud qđ in ipso est de v̓tute adurēte. Decoratio. ¶ Est bonū cōcauatōi dentiū. ¶ Instrumenta iuncturarū. ¶ Cōfert dolorib⁹ vtriusqꝫ anche. ¶ Mēbra capitis. ¶ Masticat et sedat dolorē dentis et sanat gingiuā fluxā ꝓpt v̓tutē suaʒ adurentē. ¶ Mēbra anhelitus et pectoris. ¶ Oleū eius cōfert pectori et pulmōi. ¶ Mēbra nutrimēti. ¶ Cōfert epati et stō. ¶ Mēbra expulsionis. ¶ Prouocat vtrūqꝫ et extrahit vermes ⁊ ascarides.

De ossibus capitulum. d. xxxij.

Ossa. ¶ Opatōes et ꝓprietates. ¶ Ossa adusta sunt exiccatiua resolutiua. ¶ Decoratio. ¶ Dr̄ ꝙ calcāe⁹ porci qñ ex eo fit linimentū sup albaras cōfert. ¶ Instrīa iuncturarū. ¶ Dr̄ ꝙ ossa hoīs cōferūt in potu data dolori iuncturarū. ¶ Mēbra capitis. ¶ Dr̄ ꝙ homīs ossa in potu dant ad epilepsiā. Inq̄t Gal. Fuit hō q̄ secrete dabat hoc in potu et auferebat eorū epilepsia et est existiatio illius hoīs. ¶ Mēbra nutrimēti. ¶ Dr̄ ꝙ calcāe⁹ hirci cū oxymelle aufert splenē. ¶ Mēbra expulsionis. ¶ Dr̄ ꝙ calcane⁹ hircinus excitat coitū et crura vaccina adusta abscindunt fluxū sanguis et solutionem ventris.

De ostraco capitulum. d. xxxiij.

OStracū. ❡ Opatōes et ꝓprietates. ❡ Ca
ro ostraci siluſ̄ris qñ terit̄ ⁊ linit̄ ex ea cor
pus desiccat fortiter et qđ de ostraco pur
pureo adustū est v̄tutē hꝫ carminatiuā̄ abstersiuam
et v̄tus eius est v̄tus cadēs cito et in toto ipsius ē at
tractio eoꝝ q̄ carni infixa sunt et ossiū qñ admistra
tur cū dispōe sua. ❡ Decoratio. ❡ Dm̄s tunice o
straci ⁊ cortices ipsius quꝫ adurunt̄ abstergūt mor
phea ⁊ silr̄ ostracū cū dispōne sua extrahit astellas
magnas carni infixas. Et ostracū purpureū qū de-
coquit̄ cū oleo et inungunt̄ capilli ex eo retinet ca-
suꝫ eoꝝ. ❡ Apata et bothor. ❡ Uiscositas limaci
aꝝ q̄ noiat̄ virus eaꝝ cū olibano ⁊ aloe et myrrha
cōq̄ssata donec fiat in spissitudine mellis exiccat a-
postēata accn̄tia in radice auris. Et si inuenit huitā
tē ꝓfundā in ea extrahit eā et sanat ab ea. ❡ Uul
nera ⁊ vlcera. ❡ Qđ de ostraco purpureo adustū
est abstergit vlcera et cōsolidat ea et mūdificat ea
⁊ qđ de eo adustū est cū sale cōfert adustioni ignis
puluerizatū desup et dimissuꝫ donec exiccet̄ et to-
tū qđ adustū est de ostraco cōfert scabiei. Et ostra
cū q̇dē cū carne sua cōfert vulneribus ⁊ ꝓprie illis
q̄ sunt sup neruos cōtritū cū ture et myrrha ⁊ posi
tuꝫ sup ea ⁊ silr̄ cū puluere molendi. Et Gal. q̇dē
expertus est limatias sicut sunt. ❡ Instr̄a iuncturarū
Sedat dolorē podagre ⁊ apatū eius ⁊ fit emplastꝝ
ex eo sicut est sup oīa apata iuncturaꝝ. ❡ Mem-
bra capitis. ❡ Qđ adustū est de ostraco purpureo
abstergit dentes ⁊ p̄cipue qđ adurit̄ cū sale: ꝙ si o
stracū terat̄ sicut est cū aceto abscindit fluxū sangui
nis nariū. ❡ Mēbra oculi. ❡ Qñ abluit qđ adu
stū est de oī ostraco cū carne sua ⁊ ponit̄ in alcosol
delet grossitudinē palpebraꝝ ⁊ albuginē ī oculo et
pan̄ū ⁊ qñ adurit̄ caro eius qđ noiat̄ latalis antiq̇ ⁊
miscet̄ cū alkitrā ⁊ terit̄ ⁊ distillat̄ sup palpebraꝫ ñ
ꝑmittit pilos nasci ⁊ viscositas q̄ est sup illđ quod
siluſ̄re est facit coherere pilos ꝑmutatos sup palpe-
bras. Et viscositas limatiaꝝ q̄ dcā est añ qū ex ea
linit̄ frōs ꝓhibet mā̄s ad oculū effusas et facit pi-
los etiā adherere sup palpebrā. ❡ Mēbra nutri
mēti. ❡ Caro ostraci qđ noiat̄ carufis est bōa stō
et carnes ostracoꝝ nō decocte aq̄ nꝫ assate sedāt do
lorē stōi. Ostracū purpureū qñ bibr̄ cū aceto exte
nuat splenē. ⁊ qñ fit emplꝫ ad hydropisiꝫ ex ostra-
co nō sepet̄ donec minoret eā: ⁊ oꝫ vt dimittat̄ do
nec cadat ꝑ se ⁊ ostracū siluſ̄re est fortiꝰ in illo ꝓpt̄
vehementiā exiccatōis. ❡ Mēbra expulsionis.
Caro purpurei nō lenit̄ nāꝫ et caro ostraci nomiati
sentalis qū est recēs lenit ventrē ⁊ ꝓprie ius eius
⁊ silr̄ ius ꝑuoꝝ ostracoꝝ ⁊ qñ mr̄icis p̄focationē ha
bētes ex ostraco suffumigat̄ purpureo iuuant̄ ⁊ hᵒ
suffumigatū extrahit secundinā. Et suffumigatio e
ius qđ est aromatici odoris ⁊ albelili et pisci qđ ē
sup littora etiā cōfert in p̄focatōe mr̄icis ⁊ excitat
epilepticos etiā ⁊ in ipso est castoreitas in odore.
Et ostracū ꝓuocat mēstrua suppositū. Inq̇t ⁊ illud
qđ noiat̄ caugilel est abstersiuū qū adurit̄ sicut est
et est ꝑmistū cū cinere gallaꝝ viridiuꝫ ⁊ pipe albo
cōfert vlceribꝰ accn̄tibꝰ in intestis dū recētia ī̄ma
nēt ⁊ nō putrefiūt magnifice. Et pōdus q̇dē cieris
ostraci sit q̄ttuor ptes ⁊ gallaꝝ due ⁊ pipis ps. i. ⁊
puluerizet̄ sup cibū ⁊ in vino det̄ ad potandū. ❡
Uenena. ❡ Cōfert caro eiꝰ morsui caīs rabiosi.

De ordeo capitulum. d. xxxiiii.

ORdeū q̇d est. Est notū. Et siligo est spēs
eius sine cortice. Et eius opo est ꝓpinq̄ o
patōi ipsius. ❡ Nā. ❡ Est fr̄m ⁊ siccū ī
pᵒ. ❡ Opones ⁊ ꝓprietates. ❡ In ipso est abster
sio ⁊ eius nutrimentū minus est nutrimēto tritici.
Et aq̄ ordei est nutribilior sauich ipsius. Et ambo
frangūt acuitatē hūoꝝ. ⁊ aq̄ ordei alselech ē huior
Et oīs aq̄ ordei est inflatiua. ❡ Decoratio. ❡ Su
ꝑ pan̄ū admistrat̄ de eo epithima calidū. ❡ Apata
⁊ bothor. ❡ Fit ex eo decocto cū aq̄ sicut sorbitio
nes cū pice ⁊ colophōia emplꝫ sup apata dura ⁊ so
lo ⁊ cū furfure suo sup apata calida. ❡ Uulnera ⁊
vlcera. ❡ Qñ fit linimentū ex eo cū aceto forti et
ponit̄ more empli sup scabiē vlceratā sanat eā. ❡
Instr̄a iuncturaꝝ. ❡ Fit ex eo emplꝫ cū cydoniis ⁊
aceto sup podagrā ⁊ ꝓhibet fluxū huitatū ad iun-
cturas. ❡ Mēbra anhelitus ⁊ pectoris. ❡ Aq̄ eiꝰ
cōfert egritudibꝰ pectoris. ⁊ qñ bibr̄ cū seīe feni-
culi facit abundare lac ⁊ fit emplꝫ ex farina eius et
meliloto ⁊ cortice papaueris ad dolorē lateris et a
q̄ eius est mala stō. ❡ Mēbra expulsionis. ❡ E
ius sauich retinet ventrē ⁊ silr̄ decoctio sauich eiꝰ
⁊ furfur eiꝰ ꝓuocat vrinā sꝫ aq̄ furfuris tritici qñ
bibr̄ est vehemētioris ꝓuocatōis. ❡ Febres. ❡
Aq̄ eius est infr̄atiua hūectatiua febriū: in calis qđ
pura ⁊ in fr̄is cū apio ⁊ feniculo. Et dat̄ in potu et
illud qđ coctū est cū ficubꝰ ꝑmistū cum mellicrato
ad febres phlegmaticas.

De ohalmaran capitulum. d. xxxv.

OHalmarā q̇d est. Est scehesabrā albumei
mi. ❡ Nā. ❡ Inq̇t filius mesaugue. in
ipso est caliditas ⁊ est siccū in fo. Et plr̄es
hoīuꝫ dicūt ꝙ est fr̄m qū eiꝰ caliditate calefactus ñ
ledat̄ sꝫ iudiciū frigoris eiꝰ est in pᵒ: sꝫ qđ verius
est est ꝙ v̄tus eiꝰ est ꝯposita ex caliditate cū fr̄ita-
te ⁊ poſ̄e est vt sit fr̄itas in ipso vincēs. ❡ Opatō
nes ⁊ ꝓprietates. ❡ Cōfert calefactis ⁊ ꝓprie qñ
morat̄ sup ipꝫ aq̄ rof. ❡ Uulnera ⁊ vlcera. ❡ Fit
ex eo emplꝫ adustōi. ❡ Mēbra capitis. ❡ Con-
fert valde ad cola albumeimi ⁊ apit oppilatōes ce
rebri. ❡ Mēbra expulsionis. ❡ Albumeimi da
tur in potu semē frixū ad fluxū ventris antiqū cuꝫ
oleo rosaceo et aqua frigida.

Capitulum de littera. p.

De prunis capitulum. d. xxxvi.

PRuna q̇d sunt. Nota sunt. ❡ Ele
ctio. ❡ Illa q̄ hn̄t colorē palee sūt
fortiora nigris. Et citrina fortiora
rubeis ⁊ alba sunt magis ḡuia ꝑue
soſ̄onis. Et armena sūt meliora oi
bꝰ ⁊ vehementius soluētia ⁊ meliora sunt magna
pinguia. ❡ Nā. ❡ Fr̄a sunt in principio fi hūida ī
fine tertii. ❡ Opones ⁊ ꝓprietates. ❡ Eius gum
ma est subtiliatiua incisiua ⁊ glutinatiua ⁊ in dama
scenis est cōstrictio ⁊ stipticitas apud dia. nō apud
Gal. Et in crudis q̄ nō sunt matura est stipticitas ⁊
eoꝝ nutrimentū est paucū. Comedant̄ aūt añ cibū
⁊ bibat q̇ hūectatus est postea aq̄ mellis ⁊ vinū de
passis. ❡ Uulnera ⁊ vlcera. ❡ Eius gūma cōsoli
dat vlcera ⁊ cū aceto abscindit īpetiginē ⁊ ꝓprie si
fuerit cū ea mel aut zuccaꝝ ⁊ p̄cipue in pueris. ❡
Mēbra capitis. Quꝫ ex foliis prunoꝝ colluit̄ os

ꝓhibet fluxū fieri ad vtraq₃ amigdala ⁊ vua. ¶ Mēbra oculi. ¶ Eius gūma cōfortat visu₃ qū fit ex ea collyriū. ¶ Mēbra anhelitus et pectoris. Muza ex eis sedat īflāmationē cordis ¶ Mēbra nutrimēti. ¶ Que dulcia sunt ex eis mollificāt sto machū huitate et infl̄ant eū ⁊ penitus nō sunt ei ꝯ uenientia: muza v̄o ex eis forti⁹ resistūt choleī ꝙ illa. ¶ Mēbra expulsionis. ¶ Que ex eis sūt vl̄ cia vehemēti⁹ soluendo educūt cholerā ⁊ hūida et sunt vehemētioris solutōis ꝙ sicca et eoꝝ solutio fit ꝓpt̄ viscositatē eoꝝ. Damascena aūt stringunt ventrē ſm quosdā. Et in siluīib⁹ qū nōdū sunt de cocta valde est stipticitas ab oīb⁹ cōcessa. Inquit Gal. Errauit Dia. in v̄bis suis qū dixit damascēa cōstringūt imo soluūt ⁊ gūma eoꝝ stringit lapide₃ vesice ⁊ eoꝝ aq̄ ꝓuocat mēstrua ⁊ q̄to plus sī mi nora tanto plus est eoꝝ sol̄o minor.

De psilio capitulum. d. xxxvij.

PSiliū q̇d est. Est duoꝝ coloꝝ hyemale et estiuū ⁊ potio cuiuslibet illoꝝ sit pondus. ʒ. ij. ¶ Electio. ¶ Meli⁹ est illud q̄ð ē maius grossu₃ q̄ð submergit̄ in aq̄. ¶ Nā. ¶ Est fr̄m ⁊ hūidū in ſo. ¶ Opōnes ⁊ ꝓprietates. ¶ Q̄ð ex eo frixū est inuolutū in oleo rosaceo stipti cū est ⁊ sedat dolores more empl̄i suppositū cū ace to. ¶ Apata ⁊ bothor. ¶ Admistrat̄ cōq̄ssatū cu₃ aceto sup apata calida ⁊ formicā ⁊ herisipilā ⁊ pro prie q̄ sunt sub aure ⁊ sup phl̄atica. ¶ Instr̄a iun cturaꝝ. ¶ Fit ex eo emplastꝝ torsiōi neruoꝝ ⁊ ip soꝝ spasmo ⁊ podagre et dolorib⁹ iuncturaꝝ cal̄is cū aceto ⁊ oleo roſ. ¶ Mēbra capitis. ¶ Qui ex eo supponit suo capiti emplastꝝ cōfert soda ei⁹ ca lide. ¶ Mēbra anhelitus ⁊ pectoris. ¶ Lenit pe ctus. ¶ Mēbra nutrimēti. ¶ Eius mucilago cu₃ oleo rosaceo ꝯfert siti vehemēti cholerice ¶ Mē bra expulsionis. ¶ Eius q̄ð frixū est pōdus. ʒ. ij. inuolutū in oleo rosaceo stringit ⁊ cōfert dysente rie ⁊ ꝓprie infantiū ⁊ q̄ð ex eo mucilaginosū est ⁊ ipsa mucilago ei⁹ cū oleo violaceo soluūt. ¶ Fe bres. ¶ Bibatur et tunc sedabit inflāmationē fe brium acutarum.

De portulaca capitulum. d. xxxviij.

POrtulaca q̇d est. Nota est. ¶ Electio. Succus ei⁹ est illud q̄ð in ea est magis ul time opōnis. ¶ Nā. ¶ Fr̄a est in 3° hūi dū in fine ſi. ¶ Opōnes ⁊ ꝓprietates. ¶ In ea est stipticitas ⁊ ꝓhibet fluxū sanguis ⁊ flux⁹ antiquos ⁊ ipsius nutrimentū est puū illaudabile ⁊ est resi stens chol̄e valde. ¶ Decoratio ¶ Ex ea frican tur v̄ruce ⁊ eradicat eas ꝓprietate sua nō q̄litate. Apata ⁊ bothor. ¶ Fit ex ea empl̄₃ apatib⁹ calidis in q̇b⁹ timet̄ putrefactio ⁊ herisipila. ¶ Mēbra capitis. ¶ Cōfert bothor in capite abluto ex ea ca pite cōmista cū vino ⁊ delet stuporē dentiū ꝓpte rea ꝙ lenit aspitatē ⁊ sedat soda calidā pulsatiuā. Mēbra oculi. ¶ Cōfert ophthalmie ⁊ ingreditur in alcofol. ⁊ nimius vsus eius facit accidere pannū in oculo. ¶ Mēbra anhelitus ⁊ pectoris. ¶ Ei⁹ succ⁹ ꝓhibet fluxū sanguis ꝓpt̄ v̄tutē suā ponticā₃ Mēbra nutrimēti. ¶ Cōfert iflāmatōi stōi bibi ta ⁊ more emplastri supposita ⁊ cōfert epati inflā mato ⁊ ꝓhibet vōitū cholericū ⁊ debilitat appeti tū. ¶ Mēbra expulsionis. ¶ Fit ex ea clistere dy senterie intestinoꝝ ⁊ solutōi colirice ⁊ cōfert dolo ribus renū ⁊ vesice ⁊ vlcerib⁹ eoꝝ ⁊ abscindit ſm pl̄m desideriū coitus. Et existiauit fili⁹ mesangue ꝙ augmētū facit in coitu ⁊ vī ꝙ sit illud in ꝯpl̄one calida et sicca ⁊ ipsa retinet fluxū mēstruoꝝ ⁊ con fert vlcerib⁹ mr̄icis ⁊ cōfert aq̄ ei⁹ hemorroidi b⁹ sanguineis ⁊ eius succus extrahit ascarides. Et si asset̄ portulaca ⁊ comedat̄ abscindit solutionē. Febres. ¶ Confert febribus acutis.

De polypodio capitulum. d. xxxix.

POlypodiū q̇d est. Est lignū cineritiū no dosu₃ declinās ad rubedinē ⁊ nigredine₃ parūp minutos hn̄s ramos sicut v̄mis pl̄i moꝝ pedū. Et in sapore ipsius est dulcedo cū stip ticitate. Dixerūt q̇dā ꝙ nascit̄ sup arborē i nemo re ⁊ dixerūt ꝙ nascit̄ sup lapidē. ¶ Electio. ¶ Me li⁹ ex eo est ꝙ est fisticū interius grossū sicut anula ris ⁊ declinās ad rubedinē ⁊ citritatē solidū recens in quo est amaritudo occulta ⁊ bon⁹ sapor cū pon ticitate ⁊ in ei⁹ sapore est sapor gariofil̄. ¶ Nā. Calidū est in ſo siccū in 3° vltimū in exiccatōe. Opatōes ⁊ ꝓprietates. ¶ Est resolutiuū ventosi tatū ⁊ huitatū. ¶ Instr̄a iuncturaꝝ. ¶ Emplastꝝ factum ex eo confert torsioni neruoru₃ ¶ Mē bra expulsionis. ¶ Soluēdo educit mr̄ia₃ sine pū ctōe ⁊ soluit phlegma ⁊ chimū aquosū et decoquit in iure galloꝝ ⁊ iure pisciū ꝓpt̄ colicā aut in iure o leꝝ. Si ergo ſpgit̄ radix ei⁹ sup aq̄ alkarati ⁊ bi bit̄ soluit cholerā et phlegma. Et potio q̇dē ei⁹ sit vi. kermet: kermet enī est. vi. kerates imo sit u\ q₃ ad. ij. ʒ. Et o₃ vt bibat̄ cū sirupo de melle mi sto cū aq̄ ⁊ añ ip₃ aliq̇d de tarachis et in decocto fit vsq₃ ad. iiij. ¶ Permutatio. ¶ Loco ei⁹ ponitur epithymū ⁊ mediū pōderis ipsius de sale indo.

De papyro capitulu₃. d. xl.

PApryus q̇d est. Notus est. Et ex ip̄o q̇dē fiunt charte: ⁊ ipse q̇dē i potētia est char ta. et q̄ð ex eo adustū est vehemītioris ē exiccatōis. ¶ Nā. ¶ Est fr̄us et siccus. ¶ Opati ones ⁊ ꝓprietates. ¶ Cōfert fluxui sanguis ⁊ pro hibet eū ipsius cinis. ¶ Uulnera et vlcera. ¶ Pl̄ uerizat̄ sup vlcera recentia ⁊ cōsolidat ea: q̄n₃ v̄o infundit̄ in aceto ⁊ exiccat̄ et intromittit̄ fistulis et oīb⁹ vlcerib⁹ ambulatiuis ⁊ vulnerib⁹. ¶ Mē bra capitis. ¶ Eius cinis cōfert corrosioni oris. Mēbra anhelitus ⁊ pectoris. ¶ Eius cinis retinet sputū sanguis. ¶ Mēbra expulsionis. ¶ Suma tur ⁊ inuoluat̄ lino ⁊ dimittat̄ donec exiccet̄ deide ponat̄ sup hemorroidas et cōfert eis.

De polio capitulum. d. xli.

POliū q̇d est. Est ſpēs de sceba in q̄ est ca liditas ⁊ acuitas pauca. ⁊ q̄ð ex eo min⁹ est est acutius ⁊ amari⁹ ⁊ sunt in eo thyr si ⁊ flores ⁊ ip₃ est pilosu₃ albū decliue ad citritatē vsq₃ ad mēſa₃ palmi plenū seie ⁊ eius caput est si cut spera in quo sunt sicut pili albi ḡuis odoris cu₃ q̄dā aromaticitate: mai⁹ āt est debili⁹ q̄ð etiā est a maꝝ et in ipso est acuitas q̄dā ⁊ mōtanū est minus Nā. ¶ Minus est calidū in 3° siccū in ſo ⁊ maius est calidū ⁊ siccū in ſo. ¶ Operatōes et ꝓprietates Est aperitiuū subtiliatiuū ⁊ ꝓprie minus est ad api endū oppilatōes intrinsecas. ¶ Uulnera ⁊ vlcera Cōsolidat q̄ð ex eo viride ē plagas recētes ⁊ ꝓpe

maius ⁊ qđ ex eo est siccū vlcera fraudulenta p̄cipue minus siccū. ¶ Mēbra capitis. ¶ Facit soda capitis. ¶ Mēbra nutrimēti. ¶ Ipz cū aceto ē epithima cōueniēs apātib⁹ splenis ⁊ duritiei ipsi⁹ et nocet stō et cōfert ictericie nigre ⁊ ꝓprie decoctio ei⁹ qđ ex ipso maius est ⁊ cōfert hydropisi ⁊ ē ułr malū stō. ¶ Mēbra expulsionis. ¶ Prouocat vrinā ⁊ mēstrua et soluit ventrē ⁊ cōfert ascaridib⁹ valde. ¶ Febres. ¶ Cōfert febrib⁹ antiquis. Uenena. ¶ Cōfert pūcture scorpionis et decoctio maioris morsui v̇miū venenosoꝝ oīuz et eo suffumigat̄ et sternitur et fugat venenosa minora. ¶ Permutatio. ¶ Loco ei⁹ ponunt̄ in extractōe vermiū et ꝓuocatōe vrine et mēstruoꝝ pōdus eq̄le đ lignis ḡnati viridib⁹ et tertie due pōderis ipsi⁹ đ corticibus lignorum casie lignee.

De pellibus capitulum. d. xlij.

Pelles. ¶ Electio. ¶ Meliores ex eis sūt pelles lactentiū ꝓpt̄ huitatē ipsoꝝ. ¶ Operatōes et ꝓprietates. ¶ Nutrimentū eaꝝ est paruū viscosū et ꝓpinqū est in viscositate et dispōib⁹ suis nutrimēto pedū. et rasa q̇dē pellis capne qū ponit̄ super cursuz sanguis retinet eū. ¶ Decoratio. ¶ Pellis vipere adusta et linita super alopitiā cōfert. ¶ Apāta et botbor. ¶ Dr̄ ꝙ pellis eq̇ q̄ est in aq̄ qū ponit̄ super botbor infr̄at ipsū. Uulnera et vlcera. ¶ Ponit̄ cinis pellis mularuz et silu̅ū super adustōez ignis et vlcera calida qū nō sunt cū apāte ⁊ est medicamē excoriatōi pedum ex calciamēto et coxaꝝ et fistulis. ⁊ pellis recens ouis super percussionē ponit̄ in hora et ꝓhibet nocumētū ex ea et est cōueniens vlcerib⁹ fraudulētis ⁊ scabiei et prurituı. ¶ Mēbra nutrimēti. ¶ Pellis intrinseca q̄ ē in stōachis auiū et ī guttur̄ eaꝝ p̄cipue galloꝝ qñ siccat̄ et terit̄ et bibr̄ cū vino cōfert dolori stōi. ¶ Uenena. ¶ Dr̄ ꝙ recēs pellis calida cap̄ qñ ponit̄ super morsū vipe attrahit venenū.

De pice capitulum. d. xliij.

Pix q̇d est. Est duaꝝ spēꝝ: vna est maria nig̃ liq̇da q̄ ponit̄ in emplastris et est de genere picis: et alia est mōtana siluꝛ̄is: ⁊ siluꝛ̄is alia est liq̇da et est ex arbore aliēbut et modis alijs pini: in pª v̇o est spēs ei⁹ hūida deiñ desiccat̄ cū decoctōe: et pl̄m q̇dē ipsius est ex iembut et est arbor cadim korasc. Oleū v̇o picis primū est alchitrā. Et ei⁹ oleū fit vt distillet̄ ei⁹ hūidū vbi decoquit̄ vt desiccet̄ aut suspendat̄ supra ipz lana et madefiat ex vapor̄ eius ⁊ qū madefca fuerit exprist̄ in vase alio. Qū tñ sit possibile vt distillet̄ ī cucurbita et alembico melius ꝙ illo mō et magis ꝓuat̄ illud qđ sublimat̄. ¶ Opōnes et ꝓprietates. Est maturatiua hūoꝝ grossoꝝ abstersiua calefactiā Et hūida est vehemētius maturatiua et sicca forti⁹ est desiccatiua et ponit̄ in emplastris. ¶ Decoratio. ¶ Extirpat albedinē vnguis et attrahit sāguinē ad mēbra et impinguat ea ꝓprie quz iteratur eius adherētia ⁊ euulsio subito cū uiolētia et linitur sup fixuras pedū et reliquoꝝ mēbroꝝ vt sanet eas Et emplastꝝ fcm̄ ex ea facit nasci pilos in alopitia Apāta et bothor. ¶ Lenit apāta dura et ꝓprie hūida et admīstrat̄ cū farina ordei super scrofulas et ꝓhibet qū ꝑmiscet̄ sulfuri aut cortici arboris aliēbut ambulationē formice et ꝓhibet exituras glandulaꝝ oīuz. ¶ Uulnera et vlcera. ¶ Delet impetiginē et generat carnē in vulnerib⁹ ꝓfundis ꝓp̄e cū puluer̄ turis et cū melle et mūdificat vlcera corruptaꝝ huitatū et sicca in hoc ⁊ in vulnerib⁹ ē vehemētioris exiccatōis. ¶ Instr̄a iuncturaꝝ. ¶ Cōfert apātib⁹ in lacertis. ¶ Mēbra capitis. ¶ Sicca et hūida bona est vlceri bus capitis. ¶ Mēbra oculi. ¶ Fum⁹ picis bonū efficit marginē oculi et facit oriri pilos palpebraꝝ et ꝓhibet lachrymas eius et īplet vlcera in oculo et cōfortat visum. ¶ Mēbra anhelitus ⁊ pectoris. ¶ Cōfert tussi frigide ⁊ sicce ⁊ ꝓprie cū āigdalis ⁊ zuccaro in pl̄esi ⁊ pipneumōia ⁊ facit sputū facile ⁊ matat ⁊ sil̄r cū oleo āigdalino ē eius maturatio pl̄ima. Sola v̇o qū est tunc eius mūdificatio est minor maturatione ei⁹ ⁊ cū zuccaro est ecōtra. Et ꝓhibet sputū sanguis ⁊ ꝓhibet sputū saniei qū lambit̄ ex ea ꝗtitas. ℥. ⁊. ʃ. cū melle. Ex pice aūt hūida qū linit̄ palatū est vtil̄ p̄focatōi. ¶ Mēbra expulsionis. ¶ Lenificatiā ē ⁊ pl̄imus vsus eius soluit ⁊ fit ex ea enema ad apāta calida ⁊ dura in intestīs ⁊ mr̄ice ⁊ testiculis. Et ponit̄ in medicis vulneꝝ orificij vesice. Et qñ linitur pix sup fixuras ani sanat eas. ¶ Uenena. ¶ Resistit venenis ⁊ ꝯfert qū linit̄ sr̄ morsū vipe.

De porro capitulum. d. xliiij.

Porrū q̇d est. Porri aliud est scemiū ⁊ aliud ē nabathiū: ⁊ aliud est qđ dr̄ porruz siluꝛ̄e. Et est illud qđ est inter porꝝ ⁊ alleū qđ est meli⁹ ī medicia ꝙ ī cibo sz nabathiū magis ingredit̄ in curatōib⁹ ꝙ scemiū. ¶ Nā. ¶ Nabathiū est calidū ī 3° siccū in 2°. Et siluꝛ̄e est calidius ⁊ siccius ⁊ ꝓpt̄ illud est deteri⁹. ¶ Decoratō. Scemiū cū sumach cōfert v̇rucis. ¶ Apāta ⁊ bothor. ¶ Scemiū cū sumach delet essere. ¶ Uulnera ⁊ vlcera. ¶ Scemiū cū sale cōfert vlceribus fraudulētis. Et qđ ex eo est siluꝛ̄e vlcerat cor⁹. Mēbra capitis. ¶ Abscindit fluxū sanguis ex narib⁹ ⁊ suffumigat̄ ex seie ei⁹ cū alchitran dēs in q° est v̇mis ⁊ interficit v̇mē ⁊ eijcit illū ⁊ ipsius comestio facit soda ⁊ facit imaginari et videre somnia mala ⁊ ipsius cinis cū oleo rosaceo ⁊ aceto vini est cōueniēs auri dolorose. Et est ex eis q̄ corrūpunt gingiuā ⁊ dentes ⁊ findit eos ⁊ ꝓprie scemiū: ¶ Mēbra oculi. ¶ Nocet visui. ¶ Mēbra anhelitus ⁊ pectoris. ¶ Cū aq̄ ordei cōfert asmati fcō ex mā grossa ⁊ ꝓp̄e nabathiū ⁊ ꝓprie cū melle ⁊ ꝯfert ad apāta pulmōis et maturat ea ⁊ dant̄ ex seie eius. ʒ. ij. cū eq̄li pōdere sui de ḡnis myrti ad sputū sanguis. ¶ Mēbra nutrimēti. ¶ Est malū stō ⁊ siluꝛ̄e est deteri⁹ dōestico qm̄ est amarius ⁊ acuti⁹ ⁊ magis mordicatiuū ipso: ⁊ porꝝ q̇dē totū est inflatiuū: oz ergo vt elixet̄ in duab⁹ aq̇s qr̄ alleuiant̄ inflatio ⁊ nocumentū ipsi⁹. Ruffus v̇o dixit ꝙ ipz abscindit eructuationē acetosaz ⁊ est vł̄r tarde digōis. ¶ Mēbra expulsionis. ¶ Prouocat vrinā ⁊ mēstrua ꝓprie nabathiū ⁊ siluꝛ̄e ⁊ nocent ambo vesice ⁊ renibus vlceratis ⁊ cōfert hemorroidibus qđ ex eo elixum est comestuz ⁊ mor̄ empl̄i suppositū ⁊ cōmouet coitū ⁊ sil̄r ei⁹ semē torrefactū. Et semē q̇dē eius torrefit cū ḡnis myrti ad tenasmō ⁊ sanguinē ani ⁊ sedet̄ in decoctōe foliorum eius cū aq̄ ⁊ cōfert coartatōi mr̄icis ⁊ duritiei q̄ est ī ipa ⁊ đcoctio radicis ei⁹ cū issidebeget cū oleo đ

cartamo aut oleo amigdalino aut sisamino confert colice ⁊ eius succus siccus est ex sūma eoꝝ q̄ soluūt sanguinē. ¶ Venena. ¶ Succus eiꝰ cū mellicrato est conueniens morsibus.

De piris capitulū .d. xlv.

PIra q̄d sunt. In ipsis sunt terreitas et aq̄itas ⁊ in nr̄a q̄dē terra est spēs q̄ vr̄ scēabrud ⁊ hꝫ magnā capacitatē ⁊ est vehemētis rotunditatis ⁊ subtilis corticis boni coloris quasi puiū ⁊ q̄i ipꝫ sunt aq̄ zuccari coagulata congelata plīmū sꝫ nō ꝓpt̄ spissitudinē subē boni odoris valde q̄ꝺ qū ab arbore sua cadit sup terrā destruit̄ et ista sunt in q̄bꝰ nō est nocumentū de spēbꝰ pirorū Nā. ¶ Pira q̄ noīant̄ scemia sunt fr̄a i pº sicca in fo: scenabrud v̇o tēpate hūida. ¶ Opatōes ⁊ ꝓprietates. ¶ Oīs spēs eius sunt stiptice intrantes in emplis retentōis materieꝝ. Et q̄nꝫ abstergūt parū p ⁊ eoꝝ hūor est plīmꝰ ⁊ laudabilior hūore pomoꝝ f̄m q̄ dixit ruffus. Ea aūt q̄ dcā sunt scenabrud i terra corasceni absq; aliīs sunt lenitiua nature ⁊ boni chimi valde. ¶ Vulnera ⁊ vlcera. ¶ Cōsolidant uulnera ꝓprie siluꝛ̄ia exiccata. ¶ Mēbra nutrimēti. ¶ Sūt ꝑpantia stōm̄ ⁊ scemia ꝓprie cōfortāt stōm̄ ⁊ abscindūt tussiꝫ ⁊ sedāt cholaꝫ. ¶ Mēbra expulsionis. ¶ Cōstringūt ventrē ꝓprie q̄ sunt exiccata: ⁊ in piris q̄dē est ꝓprietas faciendi euenire colicā q̄r oꝫ vt bibat̄ pꝰ ipsa hydromel cū spēbꝰ q̄ sunt vt pip ⁊ cinnamomū ⁊ his silia. ⁊ eorū rob cōfert fluxui ventris cholerico. ¶ Venena. Cinis spēi eoꝝ vehemētis stipticitatis ⁊ tarde maturatōis est cura fungoꝝ mortificātiū. Et q̄n coquūtur isti fūgi cū piris miorat̄ nocumentū ipsoꝝ.

De pedibus capitulum .d. xlvi.

PEdes. ¶ Opatōes ⁊ ꝓprietates. ¶ Generāt hūorē viscosū nō grossū sꝫ ipse est laudabilis ⁊ paucaꝝ supfluitatū. ¶ Mēbra anhelitus ⁊ pectoris. ¶ Cōfert tussi calide ꝓprie cū pultibꝰ ordei. ¶ Mēbra nutrimenti. ¶ Boni sunt digōi boni chimi viscosi nō grossi. Et significatio bonitatis digōnis eoꝝ est velocitas inflatōis ipsoꝝ ⁊ dissolutōis in decoctōe: veꝝ eoꝝ nutrimētū nō est multū. ¶ Mēbra expulsionis. Soluūt cū viscositate q̄ est in eis.

De palma capitulum .d. xlvii.

PAlma q̄d est. Est arbor dactiloꝝ nota ⁊ ōnes ptes eius sunt stiptice ⁊ sermo dactilorum iam preteriīt.

De petroleo capitulum .d. xlviii.

PEtroleū q̄d est. Albū note spēi est ⁊ nigꝝ est colamentuꝫ picis babylonice ⁊ reliq̄ꝝ Nā. ¶ Calidū est ⁊ siccū vsq; ad q̄rtū. Opatōes ⁊ ꝓprietates. ¶ Est subtile ⁊ ꝓprie albū resolutiuū liq̄factiuū apitiuū oppilationū. ¶ Instr̄a iuncturaꝝ. ¶ Cōfert doloribꝰ anchaꝝ ambarū et doloribꝰ iuncturaꝝ ⁊ ꝓprie albū. ¶ Mēbra capitis. ¶ Petroleū variū cōfert doloribꝰ auris fr̄is. Mēbra oculi. ¶ Cōfert albugī oculi ⁊ aq̄ descendenti ⁊ nigꝝ ex eo etiā. ¶ Mēbra anhelitus ⁊ pectoris. ¶ Cōfert asmati ⁊ tussi antiq̄: bibr̄ eni parū ex eo cū aq̄ calida. ¶ Mēbra expulsionis. ¶ Sedat dolorē ventris pūgitiuū ⁊ ventositates. Et q̄n fit ex eo liciniū interficit v̇mes ⁊ ꝓprie nigꝝ. et cōedere pōdus .ʒ. i. de eo frangit ventositatē venice ⁊ frigus m̄ricis. ¶ Venena. ¶ Cōfert punctu re epithimatum.

De pentaphilone capitulum .d. xlix.

iз v̓o dixit q̃ arbor cãpestris egredit̃ in desertis ƀm
q̃titatẽ cubiti ⁊ sup folia eiꝰ dñat̃ albedo. Et eius

fructus est sicut pip ⁊ silat̃ eiꝰ g̃nũ g̃no assũnati qꝺ
est g̃nũ de quo exprimit̃ ol̃z. Et nos iã locuti fui-
mus de g̃no assũnati. ¶ Nã. ¶ Est calidũ ⁊ siccuꝫ
in 3°. ¶ Opatões ⁊ ꝓprietates. ¶ Canabis cãpe-
stris resoluit ventositates ⁊ exiccat fortiter ⁊ hu-
mor eius est paucus malus. ¶ Apata ⁊ bothor. ¶
Canabis cãpestris qñ eius radix decoquit̃ et fit ex
ea empl̃z apatibꝰ calidis in locis duris in q̇bꝰ sunt
chimi viscosi sedat caliditatẽ ⁊ resoluit duritiẽ. ¶
Mẽbra capitis. ¶ Facit soda sua caliditate ⁊ eius
succus distillat̃ ad dolorẽ auris oppilatiuũ ⁊ ad hũi
tatẽ auris ⁊ sil̃r oleũ eius et folia eius eradicãt sur
sures in capite. ¶ Mẽbra oculi. ¶ Obtenebrat
visũ. ¶ Mẽbra nutrimẽti. ¶ Nocet stõ. ¶ Mẽ
bra expulsiõis. ¶ Exiccat spma. Et lac q̇dẽ alsehe
denigi cãpestris soluit cũ facilitate ⁊ medietas lib̃r
de succo eius resoluit cõstrictionẽ ⁊ solutõe educit
phl̃a ⁊ cholerã ⁊ ꝓcedit s̃m semitã seĩs croci hor-
tulani in constrictione.

De seitaragi capitulum. dclxi.

Seitaragi q̇d est. Ille q̇ est indus est frusta
ligni ꝑua subtilia ⁊ cortices sicut gariofi
li. Et ille q̇ est fructus declinat ad rubedi
nẽ ⁊ nigredinẽ. Et aseitaragi q̇dẽ orit̃ in pietibꝰ an
tiq̇s ⁊ vbi nõ ningit et hꝫ folia sicut sunt folia na-
sturtij. Et in estate sunt folia pl̃ima ⁊ minorant̃ et
augmẽtat̃ minoratio adeo vt forsitan nõ appeat ⁊
nõ sit in eo odor et est sicut nasturtiũ cꝰ sapor et o
dor silant̃ cordumeni et folia eiꝰ sunt ipsi sil̃ia. ¶
Nã. ¶ Est calidus et siccus in fine s̃i. ¶ Opatões
et ꝓprietates. ¶ Est acutus apitiuus. Silat̃ eñi sa
por et odor cordumeni et sil̃r v̇tus eiꝰ. ¶ Deco-
ratio. ¶ Cõfert linitus cũ aceto sup morpheã al-
bã et albaras. ¶ Uulnera et vlcera. ¶ Linit̃ sup
excoriationẽ et scabiẽ cũ aceto et eradicat eã. ¶ In
strumẽta iũcturaꝝ. ¶ Bibĩ ad dolorẽ iũcturaꝝ et
cõfert. ¶ Mẽbra nutrimẽti. ¶ Linit̃ sup splenẽ
et extenuat ip̃z. ¶ Mẽbra expl̃. ¶ Suspẽdit̃ eius
radix sup aurẽ eius q̇ hꝫ dolorẽ vesice ⁊ sedat ipm
s̃m ꝙ dĩ. ¶ Permutatio. ¶ Loco eiꝰ põit̃ rubea.

De sceilem capitulum. dclxij.

Sceilẽ. ¶ Nã. ¶ Sal̃. ponit ꝙ est in p°
calefactõis. ¶ Opatões et ꝓprietates.
Est subtile abstersiuũ r̃solutm̃. Decora
tio. ¶ Linit̃ sup morpheã cũ sulfure et cõfert. ¶
Apata et bothor. ¶ Resoluit apata ⁊ scrofulas cũ
seĩe lini et disrũpit ea cũ stercore colũbino ⁊ semie
lini. ¶ Uulnera ⁊ vlcera. ¶ Linit̃ illud qꝺ oritur
cũ tritico sup vlcera ⁊ puluerizat̃ sup ea ⁊ cõfert ⁊
linit̃ sup ĩpetiginẽ ⁊ qñꝫ ponit̃ sup vlcera cũ cortici
bꝰ rhaphani vt empl̃z et confert. ¶ Instr̃a iũctu-
raꝝ. ¶ Decoquit̃ cũ mellicrato ⁊ fit inde empl̃m
sciatice. ¶ Mẽbra capitis. ¶ Sedat scotomiã.
Mẽbra expl̃. ¶ Qñ fit ex eo euaporatio adiuuat
ad inpinguandũ ⁊ ꝓprie cũ ordeo.

De sceba capitulum. dclxiij.

Sceba q̇d est. Sceba sunt due spẽs: vna e
aꝝ est spinosa hñs folia sedreia cõcauũ li
gnũ ⁊ nõ admĩstrat̃ nisi in suffumigatõe.
Et alia hꝫ folia ut tamariscus. Et repit̃ ei spẽs 3ª q̃
noiat̃ serbun armena citrina ⁊ noiat̃ apsinthiũ ma
rinũ. ¶ Electio. ¶ Melior est armena. ¶ Nã.
Est cal̃a in s̃o sicca in 3°. ¶ Opatões ⁊ ꝓprietates
Om̃s spẽs eiꝰ sunt incisiue resolutiue ventositatuꝫ
Et in ipsa est stipticitas minor stipticitate apsinthij
⁊ eiꝰ calefactio maior est cal̃itate ipsius ⁊ amaritu
do est maior. Et in ipsa est salsedo. ¶ Decoratio
Eius cinis cũ oleo aut oleo amigdalino linitus con-
fert alopitie. Et eiꝰ oleũ facit nasci barbã q̃ tardat̃
Apata ⁊ bothor. ¶ Sedat apata ⁊ carbunculos.
Uulnera ⁊ vlcera. ¶ Prohibet herpetẽ estiome-
nũ. ¶ Mẽbra capitis. ¶ Facit soda. ¶ Mẽbra
oculi. ¶ Fit vaporatio ex aq̃ eiꝰ ĩclinan° caput ad
ophthalmiã ⁊ resoluit eã. ¶ Mẽbra anhelitus et
pectoris. ¶ Cõfert difficultati anhelitus. ¶ Mẽ
bra nutrimẽti. ¶ Nocet stõ ⁊ ꝓprie 3ª. ¶ Mẽ-
bra expl̃. ¶ Extrahit v̇mes ⁊ ascarides ⁊ interfi-
cit eos ⁊ ꝓuocat mẽstrua ⁊ vrinã ⁊ est fortior ap-
sinthio ĩ i°. ¶ Febres. ¶ Eiꝰ oleũ ꝯfert frigori ri
goris. ¶ Uenena. ¶ Confert puncture scorpio-
num ⁊ rutele ⁊ venenis.

De sciniar capitulum. dclxiiij.

Sciniar q̇d est. Est lactuca asini hñs folia q̃
sunt sicut folia lactuce acuta. Et est spino
sa ad nigredinẽ declinãs: ⁊ in estate rube
fit eius lignũ sicut sanguis ita ꝙ tingit manuꝫ. ¶
Electio. ¶ Folia eiꝰ sunt debiliora q̃ sunt in ipsa.
Nã. ¶ Fr̃a est ⁊ sicca in p° vsq̃ꝫ ad s̃m. ¶ Opatõ
nes ⁊ ꝓprietates. ¶ Illa q̃ noiat̃ apsinthiũ est sti-
ptica ⁊ in ipsa est amaritudo ⁊ illa q̃ noiat̃ fulusia ẽ
vehemẽtioris stipticitatis. et illa q̃ noiat̃ anulꝰ ue
hemẽtioris est q̃ꝑ ãbe ⁊ est acrior: ⁊ illa q̃ nomẽ ñ
hꝫ ꝓpinq̃ est ei et in oibꝰ eis est stipticitas ⁊ exicca
tio ⁊ qñ miscet̃ cũ oleo ⁊ fit inunctio ex ipsa cõpri-
mẽdo facit sudare. ¶ Decoratio. ¶ Linita ꝯfert
morphee ⁊ ictericie. ¶ Apata ⁊ bothor. ¶ Fit ex
ea empl̃z scrofulis cũ adipe ⁊ linit̃ sup excoriatõeꝫ
⁊ cũ farina ordei sup herisipilã ⁊ ꝓprie spẽs q̃ no-
minat̃ anulus. ¶ Uulnera ⁊ vlcera. ¶ Incarnat
vlcera qñ in cerato admĩstrat̃. ¶ Mẽbra capitis
Est res q̃ magis ꝯfert dolori auris. ¶ Mẽbra nu
trimẽti. ¶ Cõfert ictericie bibita ꝓprie acuthia ⁊
ꝓprie doloribꝰ splenis ⁊ cortices eiꝰ ꝑpat̃ stõuꝫ.
Mẽbra expl̃. ¶ Qñ in potu dat̃ de ea q̃ nomẽ nõ
hꝫ aur̃. i. 5. cũ cordumeni aut isopo ⁊ nasturtio ex
trahit v̇mes ⁊ ascarides: ⁊ illa q̃ noiat̃ acuthia con
fert dolori renũ. ¶ Uenena. ¶ Illa q̃ noiat̃ anu-
lus cõfert morsui uipe valde qñ admĩstrat̃ vt em
pl̃z ⁊ bibita: ⁊ iª q̃ nom̃ ñ hꝫ ẽ illi ꝓpinqua.

De scel capitulum. dclxv.

Scel q̇d est. Est medicina inda sil̃is zinzi-
beri. ¶ Nã. ¶ Cal̃a est ⁊ sicca in 3°. ¶
Opatões ⁊ ꝓprietates. ¶ Est amara sti-
ptica acuta disrũpit ventositates ⁊ est in v̇tute mel
lis et etiã est resol̃o mirabilis et subtiliatio. ¶ In
str̃a iũcturaꝝ. ¶ Cõfert venenis ⁊ cõtritõibus.

De sucaram capitulum. dclxvi.

Sucarã q̇d est. Inq̇t dia. Crus hꝰ plãte est
sicut crus ferule ⁊ folia eiꝰ sunt sicut fo-
lia cucũeris ⁊ hꝫ florẽ albũ ⁊ semẽ sicut a
nisũ. Ruffus v̇o dixit folia eiꝰ sunt sicut folia man
dragore ⁊ minora ⁊ vehemẽtioris citritatis et ra
dix eius est minuta fructũ nõ hñs. Et semẽ eiꝰ exi
stit in colore ameos sꝫ est maius eo sine sapore ⁊ si
ne odor̃ ⁊ hꝫ mucilaginẽ. Inq̇t mesaia. Est q̃dã spe
ties albes ⁊ nõ beñ dixit. Ego aũt dico ꝙ in libris

inuentum fuit ꝙ est eufobium in greco et trāsla-
tū fuit sucarā ⁊ iā translatū fuit albes: qñ eni pro
portionātur ad euforbiū accñtia albes ⁊ hoies diu
sificant in eis. ¶ Nā. ¶ Fīm est ⁊ sicū in 3° vsqꝫ
ad q̄rtū. ¶ Opatōes ⁊ ꝓprietates. ¶ Prohibet
fluxū ⁊ cōgelat sanguinē ⁊ stupefacit. ¶ Decora-
tio. ¶ Qñ linit ex eo super locum euulsionis pilo
rū ꝓhibet frītate sua nasci pilos ꝟo et fit ex eo em
plꝫ mamille ⁊ nō magnificat. ¶ Apata et bothor.
Succus eiꝰ sedat herisipilā et formicaꝫ. ¶ Instrā
iuncturaꝝ. ¶ Linit sup podagrā calaꝫ. ¶ Mēbra
oculi. ¶ Succꝰ eiꝰ admistrat in doloribꝰ oculi.
Mēbra capitis. ¶ Succꝰ eius est bonus huītati-
bꝰ q̄ accñt in aure. ¶ Mēbra anhelitus ⁊ pecto-
ris. ¶ Fit ex eo emplꝫ mamille ⁊ nō magnificat ⁊
ꝓhibet exuberationē lactis. ¶ Mēbra expul.
Retinet mēstrua ⁊ cōfert dolori mrīcuꝫ. Et fit ex
eo emplꝫ testiculo ⁊ nō magnificat. Et iungunt ex
eo mēbra spmatis ⁊ ꝓhibet pollutionē. ¶ Venēa
Est venenū mortale. Et eius cura est vinū puꝝ.
De secacul capitulum. dclxvij.

Secacul. ¶ Nā. ¶ Est calidū in ꝟo ad hu
miditatē q̄dā tendēs. ¶ Opatōes ⁊ ꝓp
etates. ¶ In ipso est lenitas ⁊ v̄tus eius
q̄ꝺ nutritū est est sicut v̄tus baucie. ¶ Mēbra ex
pulsionis. ¶ Excitat appetitū coitus. ¶ Permu-
tatio. ¶ Loco eius ponitur buzeiden.
De sehemenigi capitulum. dclxviij.

Sehemenigi q̄d est. Est iurasabrā cape-
stre. ¶ Nā. ¶ Calidū est ⁊ siccū in 3°.
Opatōes ⁊ ꝓprietates. ¶ Est resolutiuū
⁊ subtiliatiuū valde. Et qñ ponit sub ceruicali in-
fantiū cōfert fluori oris eoꝝ. ¶ Instrā iuncturaꝝ.
ꝯfert palysi linitū ⁊ caputpurgio ex eo fcō cū vio
Mēbra capitis. ¶ Qñ fit caputpurgiū ex aq̄ eius
mūdificat cerebꝝ ⁊ cōfert etiā torture ⁊ epilepsie
bibitū cū vino. ¶ Mēbra nutrimēti. ¶ Cōfert
huītatibꝰ stōi ⁊ fluori oris īfantiū qñ ponit sup ca
pita eoꝝ ꝟm ꝙ existiauerūt q̄dā. ¶ Mēbra expl.
Confert ventositatibus matricum.
De suchaba capitulum. dclxix.

Suchaba. ¶ Mēbra capitis. ¶ Cōferūt
ipsa ⁊ radix eiꝰ ⁊ fructus ipsius dolori u
ue. ¶ Mēbra nutrimēti. ¶ Cōfert stō
⁊ epati. ¶ Mēbra expl. ¶ Decoctio radicis eius
ꝓhibet fluxū mulieꝝ ⁊ ipsa supposita ⁊ encatisma-
te fcō in eo cōfert apatibꝰ ani. ¶ Febres. ¶ Con
fert febribꝰ antiq̄s ⁊ ꝓprie infantium.
De scebram capitulum. dclxx.

Scebrā q̄d est. Orit in hortis hñs canam
subtilē eq̄lē ⁊ hꝫ pilos ⁊ foliā sīt sicut tar
cō ꝟm ꝙ existimo ⁊ hꝫ lac. ¶ Electio.
Illud q̄ꝺ meliꝰ est est leue ad rubedinē declinās si
cut cutis inuoluta subtilē hñs corticē ⁊ illud q̄ꝺ est
cū duabꝰ canis ⁊ est leuis carnis ⁊ grossū pue rube
dis ⁊ duꝝ: et q̄ꝺ est vt filū est malū ⁊ psicū ē ma-
lū ⁊ nō oꝫ vt aliq̄d de eo admistret. ¶ Nā. ¶ In
q̄t huāiꝫ. Est calꝫ in principio ꝟi siccū in fine tertij.
Lac v̄o eiꝰ est vltimū in ambobꝰ sil' imo in q̄rto ḡ
du. ¶ Opatōes ⁊ ꝓprietates. ¶ In ipso sunt sti-
pticitas ⁊ acuitas ⁊ disruptio orificioꝝ uenaꝝ ⁊ illꝺ
est vnū ꝓpt q̄ꝺ repellit ⁊ qñ rectificat nō est iuua
mētū in eo in suo loco ꝓpt illud q̄ꝺ diximꝰ et ē ex

toto nociuū ⁊ ꝓprie ꝯplonibꝰ calidis. ¶ Mēbra
capitis. ¶ Lac eius adiuuat in eradicādo dētes. ¶
Mēbra nutrimenti. ¶ Nocet stō ⁊ epati ⁊ dat ad
bibeñ in curatōe hydropisis. Et oꝫ q̄dē vt prius ī
fundat in succo endiuie ⁊ feniculi ⁊ solatri tribꝰ di
ebꝰ deiñ exiccet ⁊ fiat iñ trocisci cū modico salis in
di ⁊ turbit ⁊ myrobal. aut aloes ⁊ est fortis iuuam
ti. ¶ Mēbra expl. ¶ Soloe educit mlīaꝫ ⁊ phla
⁊ aq̄. Et antiq̄tus q̄dē fuit eiꝰ admistratio ꝯsueta
in solutīs deiñ fuit dimissū ꝓpterea qr nocet coitui
⁊ spmati ⁊ qr disrūpit venas ani ⁊ qñ rectificat nō
est iuuamētū in ipso ⁊ illud iō q̄m eius rectificatio
fit hoc mō. Infundit nō cōtritū in lacte recēter ml'
cto die ⁊ nocte ⁊ renouat illud multotiēs ⁊ illꝺ est
ex eis q̄ debilitant ipꝫ ⁊ destruūt opationē eiꝰ ī hu
moribꝰ malis. Qui v̄o excusationē nō inuenit quī
ipso vtat pmisceat ipsi anisū ⁊ feniculū et cyminū.
Et q̄ꝺ de eo in potu sumit sit ab vno danich vsqꝫ
ad q̄ttuor. Et hec q̄dē de herba eiꝰ. In lacte v̄o ipi
us nō est bonitas: ⁊ nō vr mihi ꝙ sit in potu dādū
⁊ qū eiꝰ solo supfluit ex eis q̄ ipsa abscindūt est se-
dere in aq̄ frā: ⁊ qñ in potu dat colice bibr cū āmo
niaco et bdellio ⁊ ꝟapino et modico stercoris adib
narrato in ca° colice. ¶ Febres. ¶ Repellit ꝓpte
rea qr generat febres. ¶ Venena. ¶ Pondus. ʒ
ij. de ea interficit.
De selgem capitulum. dclxxi.

Selgē q̄d est. Est napus qui iam dictus est
ante in capitulo de lem.
De scerbin capitulum. dclxxij.

Scerbin q̄d est. Est arbor alkitran. ⁊ nos
q̄dē iā locuti fuimus de alkitran. Nunc
v̄o narremꝰ opatōes q̄ sunt ꝓprie arbo-
ri ipsius. Et hec q̄dē arbor est de gener arboris pi
ni ⁊ hꝫ fructū silēꝫ fructui cupssi sꝫ est minor eo et
hꝫ spinas et est duaꝝ spēꝝ: q̄ꝝ vna est lōga: ⁊ alte
ra curta. ¶ Opatōes et ꝓprietates. ¶ In cortice
hꝰ arboris est stipticitas. ¶ Mēbra capitis. ¶ Si
q̄s de fructu hꝰ arboris plīmū assumit facit soda ꝓ
pt calcfactionē ⁊ ꝓpterea qr coicat stō in mordica-
tōe quā ei facit. et qñ colluit os ex aceto in quo de
coqunt folia eiꝰ sedat dolorē dentiū. ¶ Mēbra an
helitus et pectoris. ¶ Fructus eiꝰ cōfert tussi. ¶
Mēbra nutrimēti. ¶ Fructus eiꝰ est malus stōa
cho mordicās ipꝫ sꝫ ipse cōfert epati. ¶ Membra
expl. ¶ Eius fructus cōfert distillatōi vrine. Et
si bibat cū pipe ꝓuocat vrinā. Et qñ ex cortice eiꝰ
fit suffumigatio extrahit fetū ⁊ secundinā et qñ bi-
bit stringit ventrē ⁊ qñꝫ stringit vrinā. ¶ Venēa
Dat in potu fructus eiꝰ cū vino ad potum leporis
marini. Et simisceat cū adipe cerui ⁊ iungat ex eo
corpus nō approximant ei v̄mes venenosi.
De sceneschic capitulum. dclxxiij.

Sceneschic q̄d est. Est silis abrotano in v̄
tute. ¶ Nā. ¶ Est calidū et siccū in ꝟ°.
Mēbra capitis. ¶ Cōfert epilepsie ⁊ ab
scindit fluorē saliue currētis et ꝓprie ex oribꝰ pue
roꝝ. ¶ Permutatio. ¶ Loco eiꝰ in iuuamēto fit
epilepsie ⁊ alijs ponitur sansucus.
De sucudus capitulum. dclxxiiij.

Sucudus. ¶ Nā. ¶ Virtus eiꝰ est cala.
Opatōes et ꝓprietates. ¶ Bibitur eius
succꝰ ad dolores. ¶ Decoratio. ¶ Recēs

cū vino linit̃ sup morphea. ¶ Uulnera et vlcera. ¶ Facit coherere vlcera antiq̃ et puluerizatur sup carnē addita. ¶ Instr̃a iūcturaꝝ. ¶ Linit̃ cuꝫ aceto sup podagrā ⁊ fit ex eo ceratū ad dolorē dorsi. ¶ Mēbra anhelitus et pectoris. ¶ Fiūt ex eo cū dulcibꝰ buccelle ad tussiꝫ. ¶ Mēbra nutrimenti. ¶ Bibunt̃ ex eo. ʒ. ij. cū hydromelle ad mordicationē stōi. ¶ Mēbra expl̃. ¶ Due. ʒ. cū hydromelle valent ad dysenteriā et difficultati vrie. Et qñ mulier subijcit sibi ipꝫ ꝓuocat mēstrua.

De spina alba capitulum. dclxxv.

Spia alba q̇d ē. ē bedeoard. ¶ Nã. ¶ Fr̃a ē et sicca in p°. ¶ Instr̃a iūctaꝝ. ¶ Eiꝰ decoctio ꝯfert instr̃is iuncturaꝝ et podagre. ¶ Mēbra nutrimēti. ¶ Cōfert mollificatōi stōi.

De spina indica capitulum. dclxxvi.

Spina indica. ¶ Nã. ¶ Est cal̃a. ¶ Opatōes ⁊ ꝓprietates. ¶ Est subtiliatiā resolutiā. ¶ Instr̃a iūcturaꝝ. ¶ Cōfert alcuzeꝫ. ¶ Mēbra capitis. ¶ Colluit̃ os ex decoctōe eiꝰ ad dolorē molariū. ¶ Mēbra anhelitus et pectoris. ¶ Confert sputo sanguinis.

De spina egyptia capitulum. dclxxvij.

Spina egyptia. ¶ Nã. ¶ Est fr̃a in p° sicca in s°. ¶ Opatiōes et ꝓprietates. Est abstersiua abscindēs catarros. ¶ Ulnera et vlcera. ¶ Radix eiꝰ et ꝓpe semē vehemētis sūt cōsolidatōis. ¶ Mēbra anhelitꝰ et pectoꝛis. Cōfert apãti gutturis. ¶ Mēbra nutrimenti. ¶ Confert apostemati stomachi.

De sinapi capitulum. dclxxviij.

Sinapis. ¶ Nã. ¶ Cal̃a ē et sicca vſꝫ ad 4m. ¶ Opatōes et ꝓpetates. ¶ Incidit phl̃a et oleū eiꝰ ē caliꝰ oleo rhaphani. Et fugiūt ex fumo eiꝰ oēs venenosi: ⁊ illa q̃ est siluestris generat hūorē malū ⁊ in ipsa sūt abstersio ⁊ r̃soꝛ: ⁊ hoies q̇dē cōedūt folia eiꝰ ⁊ radicē ipsiꝰ elixata. ¶ Decoratio. ¶ Mundificat faciē ⁊ aufert occultationē ⁊ vestigia sanguis mortui: ⁊ siluestris ē emplꝫ bonū sorditiei et exiccat linguā ⁊ ꝯfert alopitie. ¶ Apãta ⁊ bothor. ¶ Resoluit apãta cal̃a ⁊ oē apã antiquū ⁊ ponit̃ cū caulibꝰ sup scrofulas.

¶ Uulnera ⁊ ulcera. ¶ Cōfert scabiei ⁊ ipetigini. Instr̃a iūcturaꝝ. ¶ Cōfert dolori iūcturaꝝ ⁊ sciatice. ¶ Mēbra capitis. ¶ Mūdificat hūitates q̃ sūt in capite ⁊ fit ex ea emplꝫ capiti eius q̇ patit̃ lethargiā. Et aq̃ eiꝰ distillat̃ ad oēꝫ dolorem auris ⁊ molaris ⁊ sil̃r eiꝰ oleū ⁊ ꝓpe qñ decoquit̃ in ea assa ⁊ ē de medicis apiētibꝰ colatoriū oppilationē. Et dixerunt quidā ꝙ si bibatur a ieiuno itellectuꝫ efficit bonuꝫ. ¶ Mēbra oculi. ¶ Admistratur in alcofol oculi ad pãnuꝫ ⁊ aspitatē. ¶ Mēbra anhelitus ⁊ pectoris. ¶ Si terat̃ ⁊ bibatur cū aqua mellis aufert asperitatē ãtiquā in cãna pulmonis.

¶ Mēbra nutrimēti. ¶ Extenuat splenē ⁊ facit sitiꝫ. ¶ Mēbra expul̃. ¶ Confert prefocationi matricis ⁊ facit desideriū coitꝰ. ¶ Febres. Cōfert febribus periodicis ⁊ antiquis.

De Strangulatore adib. Capm. dclxxix.

Straugulator adib quid est. Prefocat adib ⁊ porcos ⁊ canes ⁊ est prefocatiuus ⁊ nō admistratur īterius neqꝫ exterius.

De Strangulatore leopardi. Capm dclxxx.

Strangulator leopardi quid est. Suffocat leopardos ⁊ lynces ⁊ reliqua. Et nō admistrat̃ intꝰ neqꝫ extra. Et dicit̃ ꝙ qñ apropiquat scorpioni congelat euꝫ. ¶ Uenena. ¶ Ipse iterficit adib. ⁊ iam dictum est de eo.

De Salice Capm. dclxxxi.

Salix quid ē. Quãdoqꝫ egredit̃ ex foliis eius qñꝫ findit̃ gūma fortis. ¶ Opatiōes ⁊ proprietates. ¶ Fructꝰ ⁊ folia eiꝰ sūt stiptica sine mordicatōe. ⁊ inest eis exiccatio sufficiēs. ¶ Et cinis eius ē uehemētis exiccatōis. ⁊ qñ ex ea fit ēplꝫ retinet fluxuꝫ sãguinis. ⁊ qñꝫ findūt folia eius ⁊ egredit̃ gūma ab ea uehemētis abstersionis subtiliatiua. ¶ Decoratio. ¶ Eius cinis eradicat uerucas linitus cū aceto. ¶ Ulnera ⁊ ulcera. ¶ Fit ex eo ēplꝫ ad ulnera magna ⁊ ꝓprie ex fructu eius ⁊ foliis eiꝰ ⁊ cinis eius remouet formicaꝫ qñ linit̃ cū ea cuꝫ aceto. ¶ Mēbra capis.

¶ Quod est eiꝰ superius ⁊ aqua eius sunt sedantia soda. ⁊ nō est aliq̇d magis ultimū ꝙ̃ succus folioꝝ eius in cura saniei que currit ex aure. ¶ Mēbra oculi. ¶ Ponūtur fructus ⁊ aqua eius sup ꝑcussionē pupille. ⁊ eius gūma cōfert ualde uisui debili. ¶ Mēbra nutrimenti. ¶ Aqua eius cōfert oppilationi epis ⁊ ictericie. ¶ Mēbra expussiōis. ¶ Fructus eius cōfert habētibꝰ fluxū sãguinis.

De Scarabeo. C. dclxxxii.

Scarabeus. ¶ Mēbra capis. ¶ Oleum in quo frigit̃ ualet ad dolorē auris qñ in eā effundit̃ ⁊ sil̃r corpus eius quod optie ꝯtritū ē.

De. Scoria. C. dclxxxiii.

Scoria. ¶ Electio. ¶ Scoria fortioris exicationis ē scoria ferri. ¶ Natura. Scoria ferri ē sicca in 3°. ⁊ scoria eris est ei ꝓpinqua. relique uero scorie sūt minus calide.

¶ Opationes ⁊ ꝓprietates. ¶ Omnes sūt exiccatiue. ⁊ que fortioris est exiccationis eis oībus est scoria ferri. ⁊ omnes exiccãt humiditates. ¶ Apãta ⁊ bothor. ¶ Scoria ferri resoluit apãta cal̃a

¶ Ulnera ⁊ ulcera. ¶ Scoria argenti cōfert scabiei ⁊ sahafat ⁊ cōsolidat ulcera ⁊ ꝓhibet fluxū hemorroidaꝝ ⁊ fistulaꝝ. ¶ Mēbra oculi. ¶ Scoria ferri cōfert asperitati palpebraꝝ. ⁊ scoria stanni cōfert ulceribus oculi ⁊ in hcc loco merdasegni.

¶ Mēbra nutrimēti. ¶ Scoria ferri confortat stomachū ⁊ exiccat supfluitates eiꝰ ⁊ remouet mollificationē eius qñ i potu datur in uino ãtiquo aut bibit̃ cū uino. ¶ Mēbra expulsionis. ¶ Scoria ferri ꝓhibꝫ fluxū hemorroidaꝝ ⁊ ꝓpe qñ sedet̃ i uino ãtiquo ei admisto: ⁊ ꝓhibet imp̃gnationem ⁊ abscidit fluxū sãguinis mēstrui ⁊ est in eo ultima ⁊ similit̃ i urina. ⁊ coarctat anū linita. ¶ Uenena ¶ Scoria ferri cū oxymelle cōfert nocumēto medicine que nominatur conitum.

Capitulum de littera. T.

De Tri. C. dclxxxiiii.

Tri quid est. ¶ Est sicut corrigie factuꝫ ex azymo quod coquit̃ in aqua cū carne ⁊ sine carne ⁊ nominat̃ in terra nostra rusne. ¶ Natura. ¶ Est calidum. Et humiditas eius est supflua. ¶ Opatiōes ⁊ ꝓprietates. ¶ Non est dubiū quin sit tarde digestionis ⁊ descēsionis a stomacho qm̃ ē azymū nō

fermẽtatū. Et coctū sine carne ē leuius apd̄ quosdã
sed fortasse ĩs nõ est ƀz ꝙ dñt. ⁊ qñ cū eo ꝑmiscet̃
piperis paꝝ ⁊ oleū amigdalinū rectificatur eius di
spositio paꝝ. ⁊ qū digerit̃ multiplicat̃ ei⁹ nutrimẽ
tū ualde. ¶ Mẽbra anhelitus ⁊ pectoris. ¶ Cõ
fert pulmoni remouẽdo tussiz ⁊ sputū sãguinis et
ꝓprie qū dequoquit̃ cū portulaca. ¶ Mẽbra ex-
pulsionis. ¶ Est lenificatiuū uentris.

De Terb̃ithina. C. dclxxxiiii.

Terb̃ithina. Dicetur in caplõ de grano
uiridi.

De Tarcon. C. dclxxxv.

Tarcon quid est. ¶ Est notū. ¶ Et dixe-
rūt ꝙ piretrū est radix altarcon montani
Nã. ¶ Manifestū ē ꝙ est calm̃ ⁊ siccuz
in scd̃o ꝙuis sit in ipso uirt⁹ stupefactiua. Quidaz
uero dixerūt de quib⁹ nõ est curãdū ꝙ ipsū ē frĩm
⁊ siccuz. ¶ Operationes ⁊ ꝓprietates. ¶ Est desic
catiuū hūiditatū ⁊ exiccatiuū eaꝝ. ⁊ in ipso ē ĩfri
gidatio quedã. ¶ Mẽbra capitis. ¶ Confert co
la qū masticat̃ ⁊ tenetur ĩ ore. ¶ Mẽbra anhelit⁹
⁊ pectoris. ¶ Facit accidere dolorẽ gutturis. ¶
¶ Mẽbra nutrimẽti. ¶ Est difficil' digestionis.
¶ Mẽbra expul'. ¶ Abscĩdit desideriū coeūdi.

De Taraxacon. C. dclxxxvi.

Taraxacon quid est. ¶ Notū ē: ē spẽs en
diuie. ¶ Nã. ¶ Frigus eius ē plus hūi
ditate ipsius cū hoc ꝙ in ipsa est hūiditas
¶ Operationes ⁊ ꝓprietates. ¶ Est infrĩdatiua a-
pitiua. ¶ Mẽbra oculi. ¶ Eius lac abstergit al-
buginẽ. ¶ Mẽbra nutrimẽti. ¶ Eius succus cõ
fert hydropisi ualde ⁊ aperit oppilationes epatis.
¶ Uenena. ¶ Resistit uenenis. ⁊ ex ea fit empl'z
ad pūcturas ⁊ ꝓprie ad pūcturã scorpionis.

De Tamarisco. C. dclxxxvii.

Tamariscus. ¶ Operationes ⁊ ꝓprietates.
In ipsa ē stipticitas ⁊ abstersio ⁊ mūdifi-
catio absq; exiccatiõe uehemẽti. ⁊ eius a
qua ē abstersiua desiccatiua cuius abstersio est plus
exiccatione eius. Et ipsius exiccatio est cū stiptici-
tate, sz ē fruct⁹ ei⁹ uehemẽtioris stipticitatis ⁊ in ta
marisco q̇dẽ est subtilitas pauca ⁊ in reliquis reb⁹
aliis admĩstratur loco galie uiridis. ¶ Decora-
tio. ¶ Eius decoctio admĩstratur in embroca ad
pediculos ⁊ interficit eos. ¶ Apata ⁊ bothor. ¶
¶ Ex eius foliis fit empl'm super apata fluxa.
¶ Uulnera ⁊ ulcera. ¶ Eius fumus exiccat ulce-
ra humida ⁊ uariolas ⁊ spargit̃ quod ex ea tritū ē
⁊ cinis eius super adustionẽ ignis ⁊ ulcera humi-
da ⁊ fructus eius ⁊ cinis ipsius exiccant ulcera dif
ficilia ⁊ corrodūt carnem additaz. ¶ Mẽbra ca-
pitis. ¶ Decoctio folioꝝ eius cū uino cõfert do
lori dentiū zcolluto ore ex ea ⁊ ꝓhibet corrosiõez
eoꝝ ꝓprie fructus eius. ¶ Mẽbra oculi. ¶ Ei⁹
fructus stat loco licii ⁊ galle in egritudinibus ocl'i.
¶ Mẽbra anhelitus ⁊ pectoris. ¶ Confert spu
to antiquo ⁊ ꝓprie fructus eius. ¶ Mẽbra nutri
menti. ¶ Eius rami dissoluti in aceto cõferūt sple
ni empl'o ex eis facto. ⁊ ad splenẽ bibit̃ uinū ĩ quo
decocta sunt folia eius ⁊ ipsius uirgulta. ⁊ faciunt
splenetici ex ligno eius uasa. ¶ Mẽbra expul'.
¶ Confert solutioni antique ⁊ sedẽt in decoctiõe
eius ad cursum matricis ⁊ supponit̃ granū ei⁹ ei ⁊
bibitur fructus eius etiã. ¶ Uenena. ¶ Confert
fructus eius morsui uipere.

De tarathit. C. dclxxxviii.

Tarathit quid ē. Crusta ligni nodosi gros-
situdinẽ digiti hñtis ⁊ ei⁹ lõgitudo ē mi
nor. Et plurimuz eius est stiptici saporis
⁊ est cinericii coloris. Et uirtus eius est sicut uirt⁹
balaustie. ⁊ dicitur ꝙ ipse affertur ex ruribus.
¶ Operationes ⁊ ꝓprietates. ¶ Est stipticus ⁊ ꝓ-
hibens motum sãguinis ĩ mẽbris omnibus. ¶ In
strumẽta iūcturaꝝ. ¶ Confortat iūcturas molli-
ficatas. ¶ Mẽbra nutrimẽti. ¶ Confert molli-
ficatõi stomachi ⁊ epatis. ¶ Mẽbra expulsionis
¶ Stringit ⁊ retinet fluxū sãguinis ⁊ descẽsionẽ sã
guinis in egõne ⁊ dysenterie bibitū ĩ lacte capraꝝ
decocto. ¶ Permutatio. ¶ Medietas ponderis
eius de cortice oui adusto abluto ⁊ sexta põderis
eius de gall' ⁊ decima põderis de gūmi arabico.

De Talk. C. dclxxxix.

Talk quid est. ¶ Dixerūt quidã ꝙ ĩ bi
bitione eius est timor ꝑꝑ illud qd̃ ĩ ipso
est ex retẽtione sui cū ꝑtibus stomachi ⁊
uillositate eius ⁊ cū gutture ⁊ meri. Et qñ necessa
riū ē ut soluat̃ soluat̃ ĩ pãno ĩ quo ponat̃ frusta gla
ciei aut lapides ⁊ percutiat̃ donec resoluatur ⁊ si
fuerint lapides necessariū est ut submergantur in
aqua. ⁊ si uoluerit homo dimittat ipsuz ĩ pãno de
ind̃ excutiat ipsum ĩ uase ⁊ accipiat quod excussū ē
⁊ utat̃ eo cum aqua gūme ⁊ erit bonū sue intentio
ni. ¶ Electio. ¶ Quod ex eo calcinatū est ē for
tius ⁊ subtilius. ¶ Nã. ¶ Frĩm est ĩ primo. sic
cū in scd̃o. ¶ Operationes ⁊ ꝓprietates. ¶ Stipti
cū est ⁊ retinẽs sãguinẽ. ⁊ admĩstratur in psilotro
sicut existiauit Paulus ⁊ alij. ut sit eius desiccatio
maior. Ipsū eni ñ adurit ignis nisi cuz arte. ¶ A
postemata ⁊ bothor. ¶ Prohibet apata mamilla
rū ⁊ testiculoꝝ ⁊ que post aures sunt ⁊ reliquaruz
carniuz laxaꝝ ĩ principio. ¶ Mẽbra anhelitus ⁊
pectoris. ¶ Retinet sputū sãguinis cū aqua plãta
ginis. ¶ Mẽbra expul'. ¶ Retinet sãguinẽ ma
tricis ⁊ ani bibitū. ⁊ quod ex eo ablutū est ⁊ linitū
confert dysenterie.

De Talisafar. C. dcxc.

Talisafar quid est. Est cortices indi ĩ qui
bus ē stipticitas ⁊ acuitas, ⁊ odoris boni
paꝝ ⁊ ĩ ipsis ē substãtia terrea plurima ⁊
subtilitas pauca. ¶ Nã. ¶ Apud Gal'. non est o-
stẽsū ipsos habere calitatẽ neq; frĩtatẽ de qua sit cu
rãdū. Quidaz autẽ dixerūt ꝙ sūt calidi ⁊ sicci in
scd̃o. ¶ Operationes ⁊ ꝓprietates. ¶ In ipsis sūt
stipticitas ⁊ exiccatio fortes ⁊ resolutio. ⁊ sūt com
positi ex substãtiis plibus. ⁊ terreitas ĩ eis ē plus
¶ Mẽbra expul'. ¶ Cõferūt dysenterie ⁊ ulceri
bus ĩtestinoꝝ ⁊ fluxui sãguinis matricis ⁊ ani. ⁊
cõferunt hemorroidibus.

De Tarifilon. C. dcxci.

Tarifilon quid est. Planta nascens ĩ uere
⁊ flos eius est simil' croco hortulano. ¶
Uenena. ¶ Decoctio eius qū effundit̃
super morsū uipere sedat dolorẽ eius. Et si effū-
ditur sup mẽbꝝ sanū facit ĩ ipso cõtigere simile il
li quod cõtigit ex morsu uipe de dolore.

De tuberibus. C. dcxcij.

T Ubera qđ sūt. ¶ Sūt ex substātia terrā
plus ⁊ aquea minꝰ. Et in ipīs est aereitas
⁊ subtilitas pauca. ⁊ sūt priuata sapore.
¶ Electio. ¶ Meliora eoꝝ arenosa alba in qbꝰ
nō est odor malus ⁊ q̄ ex eis sūt sicca deteriora sūt
humidis ⁊ illa q̇dē que elixātur post excoriationē
⁊ scissionē cū cultello cū aqua ⁊ sale deīde coqūtur
cū oleo ⁊ almuri ⁊ spēbus cōdiētibus aut altit sunt
meliora. Et deteriora eoꝝ genera sūt fūgi ⁊ ꝓpri
e qū nascūtur sub arboribꝰ ⁊ ī terra mala. ¶ Opa
tiones ⁊ ꝓprietates. ¶ Sūt grossa ualde ⁊ p̄bent
nutrimētū grossū ml'icuz ⁊ nō apꝓpiquat eis ī hoc
aliq̇d. Et eoꝝ quidē tyriaca sūt uinū puꝝ ⁊ cōdiē-
tes spēs. Et si elixētur deīde coquāt cū eis genera
tur nutrimētū grossuz nō malū. neꝝ tn̄ saporē non
habēt. ¶ Instrumēta iūcturaꝝ. ¶ Timetur ex e-
is palysis. ¶ Mēbra capitis. ¶ Timet̄ ex eis ap
pl'ia. ¶ Mēbra oculi. ¶ Eoꝝ aqua sicut est ab-
stergit oculū. ⁊ hoc q̇dā laudauerūt ⁊ cōcessit illđ
musaia medicus ⁊ alii. ¶ Mēbra nutrimēti. ¶
Sūt tarde digestionis īpediētia grauātia stomachū
grossi chimi. Gal'. uero ī quodā loco ait nō sūt ma
li chimi. ¶ Mēbra expul'. ¶ Faciūt icurrere coli
cā ⁊ difficultatē urine.

De Tinctura. C. dcxciii.

T Inctura quid est. ¶ Electio. ¶ Melior
est illa q̄ est leuioris pōderis ⁊ magis in
tēse nigredis. ¶ Nā. ¶ Omnis ē cal'a e
xiccatiua nisi īda qm̄ indi ⁊ paulus numerāt eā int̄
īfriantia. ¶ Opatōes ⁊ ꝓprietates. ¶ Omnis ē
exicatiua. ¶ Apata ⁊ bothor. ¶ Existimauit q̇daz
ꝙ inda ponit̄ sup āpata cal'a ⁊ cōfert eis. ¶ Uulne
ra ⁊ ulcera. ¶ Illa q̄ assumit̄ ex fūmo ligni pini cū
gūma ⁊ bdellio ponitur sup adustionē ignis dōec
cadat.

De testudine. C. dcxciiij.

T Estudo. ¶ Mēbra capitis. ¶ Sāguis e
ius q̄ siluestris est iā dictū est ꝙ cōfert e-
pil'ie adherens. Et fel testudis ualz ad co
la ⁊ distillat̄ ī nares epilepticoꝝ. ¶ Mēbra anheli
tus ⁊ pectoris. ¶ Ouuz eius ualet ad tussiz īfantiū
⁊ fel ipsius illinitū ad scrofulas. ¶ Uenena. ¶ Il
la q̄ est marina cū coagulo ē bona morsui uermium
uenenosoꝝ ⁊ ei qui bibit lacticinium.

De Tamarindis. C. dcxcv.

T Amarindi. ¶ Electio meliores sūt teneri
recentes q̇ nondū senescūt ⁊ nō exiccātur
⁊ quoꝝ acetositas est uera. ¶ Nā. ¶
Frigidi sūt ⁊ sicci in s°. ¶ Opatōes ⁊ ꝓprietates.
Sūt solutiui ⁊ sūt meliores prunis. ⁊ minoris hū
ditatis. ¶ Mēbra nutrimēti. ¶ Cōferunt mul-
titudini uoitus ⁊ siti ī febribꝰ ⁊ stringūt stom mol
lificatū ex ml'titudine uomitꝰ. ¶ Mēbra expul'.
Sol'one educūt chol'az. Et potio ex decoctiōe eorū
sit ꝓpinqua medie libre. ¶ Febres. ¶ Cōferūt
febribꝰ hn̄tiuz sincopim ⁊ cōturbationē ⁊ ꝓprie qū
necesse est naturam linire.

De Tuderi. C. dcxcvi.

T Uderi quid ē. ¶ Inq̇t. Di. Est herba
hn̄s folia similia foliis prassij ⁊ radicē qua
dratā ⁊ eiꝰ radix mēsuraz habet medij cu
biti. ⁊ hz capita in q̇bꝰ sūt seīa lōga nigra ⁊ ē hec
usitata tuderi. Siluestris v̇o semē est rotūdū.

¶ Nā. ¶ Calida ē in s°. humida ī primo. ¶ O
patōes ⁊ ꝓprietates. ¶ Inest ei acredo nasturtij.
Et in ipā est ulceratio. ¶ Apata ⁊ bothor. ¶ Cō
fert cācris q̇ nō sūt ulcerati linita cū aqua mell'. Et
cōfert oībus āpatibus duris ⁊ fit ex ea empl'z sup
tumorē. ¶ Instrumēta iūcturaꝝ. ¶ Fit ex ea em
pl'z sup duritiē podagre. ¶ Mēbra capitis.
Cōfert āpatibus radicū auriū. ¶ Mēbra oculi.
Qū ex ea fit collyriū cū mell' mūdificat ulcera oculi
¶ Mēbra anhelitus ⁊ pectoris: ¶ Adiuuat quā
do ponit̄ in electuarijs ī expuēdo humores postꝙ
īfundit̄ ⁊ bullitur ī aqua deīde ponit̄ ī uase ⁊ assat̄.
¶ Mēbra expul'. ¶ Adiuuat ī coitu ⁊ ꝓprie ī đ
cocto quod est ex uino.

De Tenub. C. dcxcvii.

T Enub quid est. ¶ Arbor nota ⁊ causi est
spēs eius ⁊ casmecoras ē semen arboris e
ius ⁊ pix siluestris ex ea assumit̄. ¶ Opa
tiones ⁊ ꝓprietates. ¶ Semen autē eiꝰ casmeco
ras. ⁊ uirtus ipsius est stiptica. ⁊ est subtilis cale
factionis. ¶ Apata ⁊ bothor. ¶ Ex foliis huius
arboris fit empl'z āpatibꝰ cal'is. ¶ Uulnera ⁊ ulce
ra. ¶ Folia ⁊ semē eiꝰ qn̄ miscēt̄ cū adipe anseris
⁊ merdasengi ⁊ cū farina turis cōferūt ulceribus
manifestis. ⁊ qū ꝑmiscet̄ cū cera ⁊ oleo myrtino ꝯ
fert ulceribꝰ teneroꝝ corpoꝝ ⁊ oībus ulceribꝰ re
cētibus cal'is. ⁊ cortex eius est cōueniēs ulceribus
pulnerizatus. ⁊ qn̄ admistrātur folia eiꝰ sup ulce-
ra recētia ꝓhibēt corruptionē eoꝝ. ¶ Mēbra ca-
pitis. ¶ Colluit̄ os ex ea ⁊ decoctiōe eius ⁊ ꝓpri
e cū aceto ad dolorē dētiū ⁊ qn̄z findit̄ lignū eius
⁊ coquit̄ ī aceto ad illud. ¶ Mēbra oculi. ¶ Fu
mus eius in alcofol cōfert oculo. ¶ Mēbra anhe
litus ⁊ pectoris. ¶ Semē eius qđ est casmecoras
adiuuat ad spuēdū ex pectore. ⁊ gūma q̇dem tenub
maximi est iuuamēti ad tussi antiquā ualde. ⁊ est
spēs picis. ¶ Mēbra nutri. ¶ Cōfert ad ea pōdꝰ
aur̄ cū aqua mellis ad epar lesū. ¶ Mēbra expul'
Si bibatur strīgit ⁊ retinet uētrem.

De Tereiabim. C. dcxcviij.

T Ereiābim quid est. ¶ Hic est ros q̇ pl'z
cadit in corasceni ⁊ ī locis qui sūt ultra flu
uiū ⁊ plurimū casus eius in regione nr̄a
ē super lapides. ¶ Electio. ¶ Melior est recēs
albū. ¶ Nā. ¶ Est equale ad cal'itatē pueniens.
¶ Opationes ⁊ ꝓprietates. ¶ Est lenitiuū cōue
niēs ad abstergēđ. ¶ Mēbra anhelitꝰ ⁊ pectoris
Confert tussi ⁊ lenit pectus. ¶ Mēbra nutrimē-
ti. ¶ Sedat sitim. ¶ Mēbra expul'. ¶ Sol'one e
ducit cholerā facile. ⁊ eiꝰ solutio est cū ꝓprietate
que est in ipso ⁊ eius quidē potio est a. x. aur̄ usq;
ad. xx. aur̄.

De Tutia. C. dcxcviiij.

T Utia quid est. ¶ Origo tutie est fu-
mus qui eleuat̄ ubi purificat̄ es a lapidi-
bꝰ qui ei admiscēt̄ ⁊ a stanno quod ei ad
miscetur. ⁊ qn̄z sublimatur climia ⁊ illud qđ sub
limatur est tutia bona ⁊ quod residet inferius est
climia que nominat̄ succudus. tutia uero alia est al
ba ⁊ alia est citrina ⁊ alia ad rubedinē declinās. et
inda quidē est illud quod ī ablutione tutie agrega
tur sicut fex sub aqua qua ipsa abluitur ⁊ illud est
succudus differētia v̇o int̄ succudū ⁊ tutiā ē ꝙ tutia

sublimaẗ ⁊ illō nō sublimatur ſꝫ remanet īferius
in canalibꝰ p quod currit es ⁊ hoc ē ſicut climia e-
ris ⁊ qñ hoc ſublimaẗ ſublimaẗ ex eo tutia. ¶ E
lectio ¶ Melior eſt alba uolatilis. deīde citrina
deīde que hꝫ colorē ſiſticoꝝ alcarmeni. ⁊ illa que
ē minus uetuſta oībꝰ ē melior. ¶ Nā. ¶ Fria ē
in primo ſicca ī ſᵒ. ¶ Opatōes ⁊ ꝓprietates. ¶
Eſt deſiccatiua ſine mordicatōe. ⁊ illa q̄ eſt ablu-
ta eſt melior deſiccatiū. ¶ Decoratio. ¶ Cōfert
lēdibus. ¶ Uulnera ⁊ ulcera. ¶ Illa que ē ablu
ta cōfert ulceribꝰ itaq̨ ulceribꝰ cācerosis ¶ Mē
bra oculi. ¶ Cōfert dolori oculi ⁊ ꝓhibet ſuper-
fluitates fraudulētas coactatas ī uenis oculi pene-
trare ī tunicas ꝓprie illa q̄ eſt abluta. ¶ Mēbra
expulſionis. ¶ Cōfert ulceribus ani ⁊ teſticuloꝝ
⁊ apoſtematibus eorum.

De Tincar. C. dcc.

Tincar. quid eſt. ¶ Aliud eſt minerale.
⁊ aliud eſt artificiale ⁊ diciẗ capiſtꝝ auri
Mēbra capitis. ¶ Confert dolori mo-
laris ⁊ corroſioni dētiū ſua ꝓprietate.

De Taſmarach. C. dcci.

Taſmarach. ¶ Nā. ¶ Calidū ē ⁊ ſiccuꝫ
Opationes ⁊ ꝓprietates. ¶ Eſt ſtipticū
fortiter.

De Tinſa. C. dccii.

Tinſa. ¶ Mēbra oculi. ¶ Stercus eiꝰ
cōfert albugini oculi ¶ Uenena. ¶ Fit
emplꝫ ex adipe eius ſup morſū ipſius ⁊ ſe
datur dolor eius ſtatim.

De Tembul. C. dcciii.

Tembul. ¶ Nā. ¶ Fridum ē ī primo ſic
cum ī ſᵒ. ¶ Opationes ⁊ ꝓprietates.
¶ Eſt ſtipticū exiccatiuū. ¶ Mē-
bra capitis. ¶ Cōfortat carnē que ē īt dētes ⁊ ma
ſticaẗ ipſū indi ad illud ſēper. ¶ Mēbra nutri-
mēti ¶ Cōfortat ſtoᵐ ⁊ ꝓp illō maſticaẗ ſēp īdi

De Teſiſie. C. dcciiii.

Teſiſie q̇d eſt ¶ Eſt gūma rute agreſtis
⁊ iā dictū fuit in the. ¶ Electio. Non
cōfert niſi que eſt recēs. et qū ſup ipā ꝑtraſit ānus
debilitaẗ. Et nō ē in ipſa iuuamētū ꝓp reſolutionē
humiditatū q̄ ſūt in ipā ſupfluaꝝ. ¶ Nā. ¶ Eſt
cal'a ualde aduſtiua fortis calefactōis ⁊ exiccatōis.
Et ī ipſa ē hūiditas ſupflua extranea cā cuius non
mordicat ſtati. ¶ Opatōes ⁊ ꝓprietates. ¶ Eſt
mūdificatiā ſolutiua maturatiua diſruptiua ⁊ ꝓp
humiditateꝫ ſuā ſupfluā nō adurit niſi poſt horaꝫ
⁊ ē ex eis q̄ attrahūt uehemēter ⁊ uiolēt ex ꝓfun-
do corporis. ſꝫ poſt ſpatiū ꝓp hūiditatē ſuā ſupflu
ā. ⁊ nō ē ei par ī alterādo cōplōnē ad calitateꝫ.
¶ Decoratio. ¶ Facit naſci pilos ⁊ cōfert alopi-
tie ualde ⁊ raro īueniẗ par ei in illo. ⁊ iā diximus
admiſtratōeꝫ eiꝰ in caplo ipſius. ⁊ cōfert occulta-
tioni ſāguinis. ſꝫ nō dimittiẗ ſup ipāꝫ preter ho-
rā. Et ſilr cōfert ueſtigiis ⁊ pano ⁊ albaras. ¶
Inſtrumēta iūcturaꝝ. ¶ Iūgūtur cū cōpſliōe ſup
mollificatōeꝫ neruoꝝ ⁊ ſup podagrā ⁊ ſup iūctu-
ras frigidas ⁊ cliſterizaẗ cū ea ad arteticā. ¶ Mē
bra anhelitus ⁊ pectoris. ¶ Cōfert ſputo ſaniei ⁊
difficultati anhelitus. ⁊ cōfert dolori āboꝝ lateꝝ
⁊ ꝓprie dolori ipoꝝ antiquo linita ⁊ ut ēplꝫ ſīpoſi
ta ⁊ cū ea euacuādo ⁊ adiuuat ad expuēdas ſīfluita
tes linita ⁊ ſubtilitate repta ī admiſtrādo eā ī elec
tuariis. ¶ Mēbra expul. ¶ In radice eiꝰ ⁊ cor
ticibꝰ ipſius ⁊ lachryma eiꝰ ē ſolutio. ¶ Febres.
Sumaẗ de corticibus eiꝰ tres auẗ. ⁊ de ſuccis tres
anulusat ⁊ de lachryma eiꝰ auẗ. ӱ. ⁊ qū multiplica
ẗ eiꝰ uſꝰ nocet ¶ Permutatio. ¶ Loco eius po-
nūẗ due tertie pōderis eiꝰ de dragāto ⁊ tertia eius
de euforbio.

De Turbit. C. dccv.

Turbit. ¶ Electio ¶ Melius eſt albuꝫ
uiſibiliter ⁊ cōtritū hñs foramia que ſūt
ſicut cāne ſubtilis foramiā ⁊ planū ueloci
ter frāgibile ⁊ nō eſt groſſū ⁊ ipſū corrodiẗ ⁊ debi
litaẗ. ⁊ leue ualde ⁊ ꝑforatū ē debile ſꝫ eiꝰ recti-
ficatio ē ut fricet cortex eiꝰ cinericius donec rema
neat albus ⁊ cōiūgaẗ quod de eo cōtritū ē cū oleo
amigdalino. ¶ Opationes ⁊ ꝓprietates. ¶ Acq̇-
rit uſus eius ſiccitatē ⁊ exiccatōeꝫ ī corpoꝛ qm̄ ex
trahit hūitates ſubtiles ⁊ ꝓp hoc admiſtraẗ cū oleo
amigdalino. ¶ Inſtrumēta iūcturaꝝ. ¶ Cōfert
egritudinibꝰ neruoꝝ. ¶ Mēbra expul. ¶ Solu
tiōe educit phl'a plimū. ⁊ ſoluit aliquid ex humori
bus aduſtis paꝝꝑ. ⁊ hoc qñ aſſumiẗ tritū decoctū
v̇o ecōtrario. Inquit Meſaugue. ſolōne educit
humores uiſcoſos groſſos. Et dixerūt q̇dā ſolōne
educit humorē crudū ex anchis. Et quod uerīꝰ ē.
ē q̨ ſolōne educit phl'a ſubtile ⁊ ſi cōforteẗ cū ziʒi
beꝛ ⁊ eo q̄ hꝫ acuitatē v̇tutis educit groſſū ⁊ cru-
dū humorē. Solū v̇o nō ſoluit groſſū niſi īueniat
ī ſtomacho fixū ⁊ ī īteſtis. Sitq; potio eiꝰ uſq; ad
ʒ. ӱ. ⁊ ī decoctionibꝰ uſq; ad iiii.

De Turſie. C. dccvi.

Turſie q̇d eſt. ¶ Eſt āmoiacū ⁊ iam dic-
tuꝫ eſt de eo ī caplo aliſ.

De Tubel. C. dccvii.

Tubel quid ē. ¶ Fortius tubel eſt tubel
ferri. deīde eris ⁊ eſt illud q̄ cadit ex ꝑ
cuſſione ſup ea. Et ōe quidē ē exiccatiuū
Et iā quidē dictū ē de eo.

De Thymo. C. dccviii.

Thymū. ¶ Nā. ¶ Semē eiꝰ eſt fortis
caliditatis. ¶ Mēbra expul. ¶ Prouo
cat ⁊ extrahit ēbryonē mortuū ⁊ ſolōne
educit ſāguinē ⁊ humorē colicū. Et potio eius ſit
medietas. ʒ. ⁊ extrahit uermes.

De Theil. C. dccix.

Theil quid eſt. ¶ Diciẗ q̨ eſt teideken.
Nā. ¶ Frigida eſt ⁊ ſicca ī primo. ⁊ ꝓ-
prie radix eiꝰ recēs. ¶ Opationes ⁊ ꝓ
prietates ¶ Uirtus eius eſt ſtiptica. Et in ipā eſt
mordicatio ⁊ ꝓhibꝫ eiꝰ ſuccus attractionem ma-
terieꝝ ad uiſcera. ¶ Uulnera ⁊ ulcera. ¶ Cōfert
uulneribus recētibꝰ qñ poniẗ ſup ea ⁊ ꝓprie radix
eius ⁊ ī ipā ē cōſolidatio. ¶ Mēbra capitis. ¶
Prohibꝫ catarros oēs. ¶ Mēbra oculi ¶ De ſu
co eiꝰ ⁊ ipā decocta ī uino ⁊ melle ī pōdere equa-
liẗ ſūptū poniẗ ī medicamīe quod ad oculū ē bonū
Et illiꝰ quidē medicamīs cōpoſitio ē hec. ¶ Su-
miẗ ſuccus ⁊ q̄tū ē medietas eius de myrta ⁊ ter-
tia eius de pipere ⁊ tertia ipſius de olibano ⁊ ꝑmi-
ſceẗ ⁊ eſt medicamē bonū. ⁊ oportet quidē ut re-
ponaẗ ī uaſe ereo. ¶ Mēbra nutri. ¶ Abſcindūt
ſemen ⁊ radix eiꝰ uomitū. Et ꝓhibēt attractionē

fieri ad stomachū ⁊ semē eiꝰ oīo est cōueniēs sto-
macho. ¶ Mēbra expulsiōis. ¶ Semē eiꝰ de-
glutitū ē ꝓuocatiᵐ ⁊ disruptiᵐ lapidis pp illd qd
ī ipo ē de siccitate aut amaritudie. Et silr radix eiꝰ
⁊ dcoctio eiꝰ ꝯfert ulceribꝰ uesice.

De Thesisie. C. dccx.

Thesisie qd ē. ¶ Iā dcūz ē ī the. Et iā dixi
mus eam.

De testiculo uulpis. C. dccxi.

Testiculus uulpis qd ē. ¶ Est qdda bonuz
dulce ¶ Nā. ¶ Est cals ī pº hūidꝰ ī ipo ⁊ ī
ipo ē hūiditas supflua. ¶ Instrta iūctura
rꝫ. ¶ Cōfert spasmo ⁊ tetano q sūt ī posterioribꝰ
⁊ palysi. ¶ Mēbra expl. ¶ Facit appetitū coitꝰ ⁊
adiuuat ad ipz ⁊ ꝓprie cū uino. ⁊ stat loco stinci.

De Testiculo canis. C. dccxii.

Testicl'us canis qd ē. ¶ Est sicut testiculus
ulpis ⁊ ē duarꝫ spērꝫ. Una earꝫ ē minor ⁊ ē
hn̄s mollitiē ⁊ ē duorꝫ pariū quorꝫ unū pā
ē iferiꝰ ⁊ alid par ē sursū ⁊ unū eorꝫ ē molle ⁊ alte
rꝫ ē plenū. ⁊ ē spēs maior. ⁊ ī spē maior ē hūiditas
supflua. ¶ Apata ⁊ bothor. ¶ Resoluit apata phla
tica. ¶ Uulnera ⁊ ulcera. ¶ Mūdificat ulcera ⁊
ꝓhibz formicā dilatari. ⁊ aperit fistulas ⁊ īcarnat
ulcera frauduléta corrosiua. ¶ Mēbra capitis. ¶
Cōfert alcola. ¶ Mēbra expl. ¶ Qn̄ uir maio
rē aborꝫ sūit fit masculꝰ fortior. Et si mulier sūat
debiliorē fit magis feia. ⁊ dr ꝙ ille q ē hūidꝰ facit
augmtū ī coitu ⁊ siccꝰ abscīdit ipz. ⁊ unꝰqsqꝫ abo
rū destruit alteriꝰ opatōez ⁊ iā dictū ē totū illd in
maiore ⁊ minore.

De Testiculo. C. dccxiii.

Testiculus qd ē. ¶ Est de gn̄e carnis moll
¶ Electio. ¶ Melior testiculꝰ ē illiꝰ cu
iꝰ bonus ē testiculꝰ. ⁊ q ē adolescētiū. Et
testiculus q ē magnorꝫ hircorꝫ ⁊ q̄ eis silat de ari
etibꝰ ⁊ tauris nō digerit. ⁊ n̄ ē sicut testiculꝰ gallo
rꝫ p̄cipue ipiguatorꝫ. nā ipe ē bonꝰ ualde. ¶ Opa
tiōes ⁊ ꝓprietates. ¶ Nō hꝫ bonitatē nutrimēti
mamillarꝫ nisi testiculꝰ gallorꝫ ipiguatorꝫ. Ipe nā
qꝫ ē boni nutrimti pliz. ⁊ oēs spēs testicli qn̄ di-
gerūt ꝓpe q sūt difficil digestiōis pliz. ¶ Mēbra
nutrimti. ¶ Pli iporꝫ sūt difficil digōis pli nutri-
mti ⁊ ꝓprie q sūt de aialibꝰ magnis grosse carnis.

De Testa. C. dccxiiii.

Testa. ¶ Opatiōes ⁊ ꝓprietates. ¶
Est exiccatiā abstersiua ⁊ ꝓprie testa oli
bai. ⁊ subtilior qdē testa ē testa cācri ma
rini. ⁊ tegla qdē ē ī uirtute folii. ¶ Decoratio.
Testa cācri marini ē exicatiā ⁊ abstergit panū ⁊ lē
tigies. ¶ Apata ⁊ bothor ¶ Fit ex testa ceratū
sup scrofulas. ¶ Uulnera ⁊ ulcera. ¶ Emplz fac
tū ex testa ē fortis cōsolidatiōis. ⁊ cōfert ulceribꝰ
⁊ ipa abstergit scabiē ⁊ ꝓprie testa cācri marini ¶
¶ Instrumēta iūcturarꝫ. ¶ Testa olibani. ¶ Tin
git sup podagrā. ¶ Mēbra ocli. ¶ Cōfert cū sa
le metallino ūgle.

De Thalio. C. dccxv.

Thalium quid ē. dictū ē de eo ī caplo de
structiōe.

De littera. U.

De Usnee. C. dccxvi.

Usnee. qd ē. ¶ Corticea tenues subtiles
circūuoluti sup arborē ferētē glādes ⁊ pi
nū ⁊ nucē. ⁊ hꝫ odorē bonū. ¶ Electio q̄
ex ea bona ē ē alba. ⁊ nigra mala ē. ¶ Nā. ¶ In
ipa ē frigiditas pauca ⁊ ad debilitatem declinans ⁊
stipticitas equal. ⁊ existimauerūt qdā ꝙ ē calida ī
primo ⁊ sicca ī 2º. Inqt Alcazi. Est fria uehemētis
siccitatis. ¶ Opa. ⁊ ꝓp. ¶ Insūt ei uirtꝰ stipti-
ca ⁊ resolo siml. ⁊ leificatio. ⁊ p̄cipue q̄ ē de pino
⁊ eiꝰ stipticitas ē equal. ⁊ aromaticū eiꝰ apit oppi
latōes ⁊ strigit cānes mollificatas. Apata ⁊ bothor
¶ Linit sr apata calia ⁊ sedat ea ⁊ resoluit duriti-
es ⁊ sedat apata cānosa fluxa. ¶ Instrta iūcturarꝫ.
¶ Cadit ī ūctionibꝰ laxitudis ⁊ rsoluit duritiez
iūcturarꝫ. ⁊ silr eiꝰ decoctio. ¶ Mēb. capi. ¶
Qn̄ ifūdit ī uino facit dormire potātē ipz. ¶ Mē
bra ocli. ¶ abstergit uisū. ¶ Mēb. anhe. ⁊ pcc.
Cōfert tremori cordis. ¶ Mēb. nutri. ¶ Reti-
net uoitū ⁊ cōfortat stomachū ⁊ remouet iflatōez
eiꝰ p̄cipue eiꝰ ifusio ī uio stiptico. ⁊ cōfert dolori
epatis debil ¶ Mēb. expul. ¶ Apit oppilatiōez
matricis. Et qn̄ sedet ī aq̄ eiꝰ cōfert dolori matri
cis ⁊ ꝓuocat mēstrua. ¶ Permutatio. ¶ Pōdus
ipius de cordumeni.

De Uchuen. C. dccxvii.

Uchuen qd ē. ¶ Ex ea alia ē alba ⁊ alia ē
citrina. sꝫ alba ē fortior. Et ē uirge miu
te sup quas sūt flores alba hn̄tes folia si
miles floribꝰ maro acuti odoris ⁊ saporis. ¶ Nā
Est calia ī 3º ⁊ sicca ī 2º. ¶ Opa. ⁊ ꝓp. ¶ Est di
gestiā ⁊ apitiua oppilatōuz. ⁊ ī ea q̄ ē rubea ē stip
ticitas ⁊ ꝓhibitio ipērꝫ solutionis cū eo qd ī ipa ē
de resolutiōe sꝫ eiꝰ stipticitas ē pp ipiꝰ exiccatōez
⁊ ē ꝓuocatiā sudoris. ⁊ silr eiꝰ oleū iūctū ⁊ apit o
rificia uenarꝫ resolutiuū subtiliatiuū. ¶ Electio.
Recēs uiridis. ¶ Apata ⁊ bothor. ¶ Resolit a-
pata calia ī stoº ⁊ sāguinē cōgelatū ī ipo ⁊ cōfert a
patibꝰ fris. ¶ Uulnera ⁊ ulcera. ¶ Cōfert fistu
lis ⁊ excoriat cortices ⁊ ulcera ⁊ cōfert ulneribus
neruorꝫ. ¶ Instrta iūturarꝫ. ¶ Cōfert torsioni
neruorꝫ qn̄ ī decoctōe ipiꝰ ifūdit spōgia ⁊ pōit sup
eos. ¶ Mēb. capi. ¶ Facit subet ⁊ qn̄ odoratur
hūidū eiꝰ facit dormir ⁊ eiꝰ olꝫ cōfert doloribus
auris. ¶ Mēb. anhe. ⁊ pectoris. ¶ Cōfert asma
ti qn̄ bibit sicca sicut bibit epthymū. ¶ Mēb. nu
Mala ē ori stomachi uerꝫ tn̄ rsoluit ⁊ exiccat qd ad
ipz attrahit. ⁊ resoluit sāguinē cōgelatū ī eo. ¶
Mēb. expl. ¶ ꝓuocat fortit ⁊ resoluit sāguinē ꝯ
gelatū ī uesica cū aq̄ mell ⁊ frāgit lapidē. ⁊ qn̄ bi-
bit cū flore suo ⁊ cū eo qd ē sup ipz ī uino ꝓuocat
mēstrua. ⁊ silr suppositoriū oli eiꝰ. ipz. n. fortit
ꝓuocat ⁊ suppositoriū oli eiꝰ ēt resolit duritiē ma
tricis ⁊ apit oppilatōez matricis. ⁊ ipa qdē bibitur
sicca ī oxymelle sicut epithymum ⁊ soluit meliam
⁊ phla ⁊ cōfert apatibꝰ ani calidis. ⁊ apit hemor-
roidas ipa ⁊ eiꝰ oleū. ⁊ cōfert ramici ex aq̄ postꝙ
scīdit. ⁊ cōfert colice ⁊ doli uesice ⁊ duritiei spleis

De Usnē. C. dccxviii.

Usnē qd ē. Est pluriū spērꝫ subtilior earꝫ
ē alba ⁊ noiatur stercus passerꝫ ⁊ calidior
earꝫ ē uiridis. ¶ Opa ⁊ ꝓp. Est abster
siua mūdificatiā apitiā. ¶ Mēb. expul. ¶ Pō-
dus. 3. 5. ipiꝰ resoluit difficultatē urie. Et pondus

ʒ. v. deijcit ptū uiuū ⁊ mortuū ⁊. ʒ. ſ. pſice uſqꝫ ad. ʒ. i. ꝓuocat mēſtrua. ⁊ pōdꝰ. ʒ. iii. ſoluēdo e-ducit equoſitatē hydropiſis. ¶ Uenena. ¶ Pōdꝰ ʒ. x. eiꝰ ē uenenū piciosū ⁊ ex ſuffūigatiōe eiꝰ q̄ ex ipa ē uiridis effugiūt uenenosa pua.

De Urtica. C. dccxix.

URtica qd ē. ¶ Color ſemis eiꝰ ē ſil'is colori porri ſꝫ tñ ē minꝰ ⁊ ſubtiliꝰ ⁊ nō ē in eiꝰ lōgitudie ⁊ mordicat qꝺ ei obuiat i-ta ꝙ ēt ītestia. Nā Urtica ⁊ ſem̄ eiꝰ ſt̄ cal'ia ipn cipio 'ttii. ⁊ ſicca i ꝑo. ſꝫ ſem̄ ē mioris ſiccitatis ꝙ̄ ipa. ¶ Opa. ⁊ ꝓp. ¶ Eſt attractiā ulceratiā reſo lutiā ⁊ i ṽtute aduſtiā. ⁊ ſūt qdā̄ q dicūt calefactio nē eiꝰ nō ēē fortē. ſꝫ i ipa qdē ē ṽtus apitiā. ⁊ ī ipa ē abſterſio fortis. ⁊ i ipa nō ē mordicatio ulceꝝ. ⁊ qñ cū carne coq̄t caro ſoluit ī t urticā ⁊ opatōez eiꝰ ¶ Apata ⁊ bothor. ¶ Emplꝫ eiꝰ cū rhaphano diſ rūpit dubellet ⁊ cōfert eis ⁊ cōfert duritiebꝰ ⁊ cō fert ſemē eiꝰ cācro i ēpl'o. ⁊ ſil'r eiꝰ cinis. ¶ Uul-nera ⁊ ulcera. ¶ Eiꝰ cinis cū ſale cōfert ulceribꝰ q̄ accñt a morſura canū ⁊ ulceribꝰ malignis ⁊ cācͦ. ¶ Inſtr'a iūcturaꝝ. ¶ Emplꝫ ex ea cū ſale cōfert torſioni neruoꝝ. ¶ Mēb. capis. ¶ Eiꝰ folia cō trita abſcidūt fluxū ſāguis ex naribꝰ ⁊ ſemē eiꝰ cō fert ſtrictur̄ nariū ⁊ apit oppilatōes colatorii forti ter ⁊ ex ſemie eiꝰ ſcīūꝫ ēplꝫ facit eradicatōez dētiū facilē. ⁊ ēplꝫ ex ea cōfert apatibꝰ q̄ ſūt poſt aurē ⁊ ē abſterſiuū. ¶ Mēbra anhe. ⁊ pec. ¶ Qñ bibi t̄ cū aq̄ ordei mūdificat pectꝰ ⁊ cū decoqnūt folia e ius i aq̄ ordei educit hūores groſſos q ſūt i pector̄ ſꝫ eiꝰ ſemē ē fortiꝰ ⁊ ipꝫ remouet aſma ⁊ ipaꝫ di latatōez ⁊ frida pl'eſiꝫ. ¶ Mēb. expl'. ¶ Excitat coitū ꝓprie ſemē eiꝰ cū uino ⁊ apit orificiū matri cis q̄r matrix recipit ſpma. Et ſil'r ſi comedat̄ cū ce pis ⁊ ouis ⁊ qñ ſuppōit̄ cū myrrha ꝓuocat mēſtru a ⁊ aperit mr̄icē ⁊ ſil'r ſi bibat̄ eiꝰ decoctio cū myr rha ⁊ folia eiꝰ recētia reducūt matricē exeūtē lo-co ēpl'i poſita ⁊ ſoluēdo educit phl'a ⁊ hūorē crudū ſua abſterſiōe nō cū ṽtute ſolutiā q̄ ſit ī ipa ⁊ oleū eiꝰ plus ſoluit phl'a ꝙ̄ oleū cartami ⁊ decoctio foli oꝝ cū oſtracis lenit uētrē ⁊ ſi uis ut ipa faciliꝰ ſol uat accipe medulla ſeis eiꝰ ⁊ cōter̄ ipaꝫ cū ſauich ⁊ ꝓijce ea ī uino ⁊ bibe ea ⁊ oportet ut poſt eius auſtum bibatur aliquid de oleo roſaceo ne a-durat̄ guttur bibētis. Et qñꝫ fiūt ex ipa collyria cū melle ⁊ ſupponuntur ⁊ ſoluūt.

De Uiola. C. dccxx.

UIola qd ē. ¶ Nota ē eiꝰ eēñtia. ⁊ opatio radicis eiꝰ ē uicia opatōi ipiꝰ. ¶ Nā. frīa ē ⁊ hūida i pͦ ⁊ dñt qdā ꝙ ē cal'a i primo. ſꝫ ī frītate folioꝝ eiꝰ nō ē dubitatio. ¶ O patōes ⁊ ꝓp. ¶ Dicit̄ ꝙ ipa generat ſāguinē eq̄-lē. ¶ Apata ⁊ bothor. ¶ Sedat apata cal'a moꝛ̄ ē plaſtri ſuppoſita cū ſauich ꝺ ordeo ⁊ ſil'r eiꝰ folia. ¶ Uulnera ⁊ ulcera. ¶ Uiola epithimata bona ē ſcabiei. ¶ Mēb. capi. ¶ Sedat ſoda ſāguinea o dorata ⁊ illita. ¶ Mēb. oculi. ¶ Cōfert ophthal mie cal'e. ¶ Mēb. anhe. ⁊ pec. ¶ Cōfert tuſſi cal'e ⁊ leit pectꝰ ⁊ ꝓpe q̄ ex ea cōtrita ē cū zuccaro ⁊ ipiꝰ ſirupꝰ cōfert pl'eſi ⁊ plmōi ⁊ ē melior ꝙ̄ iu leb i hoc cͦ. ¶ Mēb. nu. ¶ Ualet iflatōi ſtoma chi. ¶ Mēb. expl'. ¶ Sirupus eiꝰ cōfert dolo-ri renū ⁊ ꝓuocat urinā. Et q̄ ex ea ſicca ē ſoluēdo educit chol'aꝫ. Et ipiꝰ ēt ſirupꝰ lenit nāꝫ cū facilita te ⁊ confert eminentie ani.

De Urina. C. dccxxi

URina qd ē. ¶ Nota ē. ¶ Electio. Ex uris iuuatis magis ē urina cameli a-rabici q ē anegib. Et urina hoīs ē debili-or urinis tñ ea ſūt debiliores urine porcoꝝ dome ſticoꝝ caſtratoꝝ ⁊ eis fortiores ſūt āti ⁊ uria qꝺ̄ caſtrati oīs gñis ē debilior ⁊ ex uris magis abſter ſiā ē uria hoīs. ¶ Nā ē calida ⁊ ſicca. ¶ Opati. ⁊ ꝓpe. ¶ Oēs abſtergūt ⁊ uria qdē hoīs pnit̄ cuꝫ ciner̄ uitis ſup locū fluxus ſāguis ⁊ ſiſtit̄. Uria ṽo cameli cōfert furfuribꝰ ablutiōe fcā ex ea. ⁊ ſil'r uria tauri. ¶ Decoratio. ¶ Abſtergit morpheā ¶ Uulnera ⁊ ul. ¶ Urina aſini cōfert ulceribꝰ ā bulatis ⁊ hūidis. ⁊ uria hoīs ēt ꝓprie ātiqua ⁊ cō fert excoriatiōi ⁊ prurituī ⁊ albaras ⁊ p̄cipue cū ni tro ⁊ aq̄ acetoſe. ⁊ fex urie pōit̄ ſup heriſipilā et ꝯ fert ⁊ cōfert līta ſcabiei ⁊ ſahafath ⁊ ulceribꝰ ṽioꝛ̄ ⁊ ulceibꝰ peꝺ q̄ migit̄ ⁊ dittit̄ dōec ſanet̄. ¶ Inſtr'a ta iūcturaꝝ. ¶ Cōfert doloribꝰ neruoſis ⁊ p̄cipu e uria capraꝝ domeſticaꝝ ⁊ mōtanaꝝ ⁊ ꝓprie ſpaſ mo ⁊ extēſiōi ⁊ ſil'r fit caputpurgiū extēſiōi. ¶ Mēb. capi. ¶ In uria tauri qū diſſoluit̄ myr-rha ⁊ diſtillat̄ i aurē ſubtilit̄ ſedat dolorē eiꝰ. Et ſil'r urina capraꝝ ſola ⁊ cū myrrha. Et uria hoīs ā tiq̄ ꝓhibet fluxū putredīs ab aure. Et urina came li cōfert fetori nariū ⁊ aperit oppilationes colatori i cū uehemēti uirtute. ¶ Mēb. oculi. ¶ Coagu let̄ in uaſe ereo ⁊ cōfert albugini ⁊ ſcabiei ⁊ ꝓpe urina pueroꝝ ⁊ ſil'r cocta cū porris. ¶ Membra anhelitꝰ ⁊ pectoris. ¶ Urina īfātiū lactentiū con fert dilatatōi ābelitꝰ. ¶ Mēb. nu. ¶ Quidā hō ſpleneticus ſōniauit ꝙ p̄cipiebat̄ ei in ſōno ut uri nā ſuā biberet omni die ter ⁊ ſanaret̄. q expt̄us ē illud ⁊ īuenit mirabile. Et urina qdē hoīs ⁊ urina cameli cōferūt hydropiſi ⁊ ea linit̄ ſplē p̄cipue cuꝫ lacte cameli. et uria capraꝝ ualꝫ hypoſarche eaꝝ p̄ cipue q̄ ſūt mōtane ⁊ p̄cipue cū ſpica boni odoris ⁊ ſil'r urina ātiqua porcoꝝ i huiuſmodi ē bona cū ui no forti. ¶ Mēb. expul'. ¶ Urina porci frāgit lapidē ī renibꝰ ⁊ ueſica ⁊ ꝓuocādo educit ex ābo-bus. ⁊ urina aſini cōfert dolori renum. Et urina hoīs decocta cū porris cōfert doloribꝰ matricū qñ ſedēt in ea mulieres unaq̄qꝫ q̄nqꝫ dieꝝ ſemel. ¶ Uenena. ¶ Urina hoīs cōfert morſui uipere bibita ⁊ effūditur ſup eū ⁊ ꝓprie uipere petroſe ⁊ cū nitro ſup morſū caīs rabioſi ⁊ ī oī morſui ⁊ pū cture ualet. Et q̄ ex ea antiqua ē cōfert uenenis oī bus ⁊ lepori marino.

De Uiſco. C. dccxxii.

UIſcus qd eſt. ¶ Eſt notus. ⁊ eiꝰ qdem fructꝰ eſt ſil'is ciceri nigro nō ſīcere rotū ditatis uirgulatus frāgibil' ex quo manꝰ īuiſcantur. eius aūt minera ē arbor ferēs glādes ⁊ malꝰ ⁊ purus i quo ſūt uirtus aerea ⁊ aquea mul tiplicate ualde. ¶ Electio q ex eo bonus ē eſt re-cens planus coloris puri īterius uiridis exteriꝰ te rit̄ ⁊ lauat̄ deīde coq̄tur. ¶ Nā. ¶ Nō calefacit niſi poſt morā lōgaꝫ ſicut gūma ruthe agreſtis ⁊ ē debilior ea in hoc ⁊ in ipſo qdē eſt humiditas ſup fluens nō digeſta et eſt calidus et ſiccus in ʒͦ. ¶ Opationes et ꝓp. ¶ Eſt reſolutiuus. reſoluit eiꝫ

humiditates grossas ex ꝓfūdo pretꝰ fortitudinē v-
tutis attractiue et lenit et dixerūt quidā. nō inest
ei opō in hūiditatibus tenuibꝰ. ¶ Decoratio.
¶ Eradicat ungues malos qū sup eos ponitꝰ cū ar
senico. ¶ Apata et bothor. ¶ Resoluit aposte-
mata frīa ⁊ ꝓprie cōfortatus cū calce ⁊ cōfert sy
rie ⁊ filiabus noctis. ¶ Uulnera et ulcera. ¶ Le
nit ulcera antiqua et ulcera mala. ¶ Instrā iūctu
raꝝ. ¶ Lenit iūcturas cū tanta cera ꝙtus ipse est
et suo equali pōdere de resina pini. ¶ Mēb. ca.
¶ Cōfert apostematibꝰ frīs post aures mistus cū
gūma pini et cera ¶ Mēb. nu. ¶ Extēuat sple
nē qū ponitꝰ sup ipsū cū aliquibus rebus ipsū cōfor
tantibus sicut est calx.

De Uerme. C. dccxxiii.

Uermis quid est. ¶ Est uermis grane et
ē uermis tictoꝝ cuiꝰ uirtus est sicut vtus
ceruse. uerūtn̄ ē subtilior ⁊ magis uadēs i
ꝓfundū. quidā autē dixerūt ꝙ colligitur hic uer
miculus ex rebus plībus. ita ꝙ colligitur ex arbo
ribus glādes ferētibus. ¶ Nā. ¶ Uermiculus ḡ
ne recēs īfrigidatiuus est. ⁊ i ipō est siccitas ꝙtita
tē hn̄s ¶ Opa. ⁊ ꝓpe. ¶ Uermiculus grane q̄
est uermis tictoꝝ ē purpureus ⁊ exiccat sine mor-
dicatōe. Et Galꝰ. quidē dicit ꝙ i ipso ē stipticitas
tēpata. ¶ Uulnera ⁊ ulcera. ¶ Uermiculus grāe
cōfert uulneribus neruoꝝ tritus cū uino aut aceto
cū melle. dicitꝰ aūt ꝙ uermis pluriū pedū qui mo
ratꝰ sub lagenis sꝫ ꝙ dicitꝰ qū bibitur ex eo auſꝰ re-
mouet spasmū ⁊ alcuzez nocētes. ¶ Mēb. capitis
¶ Uermis pluriū pedū qui est sub āphoris qū te
ritꝰ cū cortice granati ⁊ cū oleo. ro. ⁊ distillatꝰ i au
rē sedat dolorē. ¶ Mēb. anhe. ⁊ pe. ¶ Uermis
rubeus qui est sub urceis aq̄ q̇ habet pedes pluri-
mos ⁊ qū tāgitur rotundatur qn̄ cū eo tāgitur pa
latum cū melle ualet p̄focatiōibus. ⁊ silrꝰ qū come
ditur cōfert asmati ⁊ dilatationi anhelitus sꝫ ꝙ
dicitꝰ. ¶ Mēb. nu. ¶ Predictꝰ habēs plures pe
des cōfert ictericie bibitus cū uino. ¶ Mēbra
explꝰ. ¶ Uermis pluriū pedū q̇ est sub cisternis ⁊
urceis bibitus cū uino ē bonus difficultati urīne.
¶ Uenena. ¶ Uermis oleꝝ cōtritus linitꝰ sup pū
cturā uermiū uenenosoꝝ ⁊ confert ei.

De Uzifur. C. dccxxiiij.

Uzifur q̇d est. ¶ Dixerūt quidā ꝙ eius v̇
tus est uirtus ceruse. ⁊ dixerūt alii uirtꝰ
eius est uirtus alscedenegi. ¶ Nā. ¶ Ue
rius est ut sit calꝫ ⁊ siccū ⁊ ut quasi sint abo i fie fi
qꝺ aūt dicitꝰ pretꝰ hᵒ ē dictū p ignoratiaꝫ. ¶ Opa.
⁊ ꝓp̄. ¶ Apud quosdā eius stipticitas est fortior
ꝙ ipsius acuitas ⁊ apud alios eiꝰ acuitas est fortior
stipticitate ipsius ¶ Uulnera ⁊ ulcera. ¶ Cōso
lidat uulnera ⁊ generat carnē i ulceribus ⁊ ꝓhibet
adustionē ignis ⁊ ostracositatē. ¶ Mēb. cap.
¶ Prohibet corrosionē dentiuꝫ.

De Uitro. C. dccxxv.

Uitrū quid ē. ¶ Uitruꝫ inter lapides est
sicut stultus inter hoīes declinat eniꝫ ad
omnē tincturā ⁊ tingitur ea ⁊ frāgitur ⁊
absciditur cū eo. ¶ Nā. ¶ Calꝫ ē i ꝑmo siccū in
fo. ¶ Decoratio ¶ abstergit dētes ⁊ facit oriri pi
los qn̄ cū oleo sābciano iungitur. ¶ Opa. ⁊ ꝓp.
¶ In ipso est stipticitas ⁊ subtilitas. ¶ Mēbra.
capitis. ¶ Mūdat furfures qn̄ cū eo fit ablutio ⁊
abstergit dētes. ¶ Mēb. oculi. ¶ Abstergit o-
culuꝫ ⁊ delet eius albuginē ⁊ adustū est fortius.
¶ Mēb. explꝰ. ¶ Quod ex eo tritū est ⁊ adustū
cōfert ualde lapidi uesice ⁊ renū qū bibitꝰ cū uīo.

De Uua passa. C. dccxxvi.

Uua passa dicetur in caplō de uua.

De Uentre. C. dccxxvij.

Uenter. ¶ Opa. ⁊ ꝓp̄. ¶ Parui est nu-
trimēti mali chimi ⁊ siliter quod silatur
ei ex uisceribus ꝙuis eius bona fiat di-
gestio. uerūtn̄ pluris est nutrimēti ꝙ pulmo. Uen
siccitas aggr̄gat ⁊ stringit: ⁊ sunt ptes cōstrictiōis ⁊ dilatationis velociores ⁊ cum sua finitate non euacuatur ab vndositate quadam quoniam cerebrum est substantia humida. Et quandoq; accidit pulsibus eoꝝ vt dilatentur aliquotiens ⁊ magnificentur ꝓpter necessitatem ⁊ vt frequentes fiant ⁊ diuersificentur in partibus loci ⁊ tremāt: ⁊ illud quidem est ex eis que nuntiant sincopim nisi sit genus tremoris ⁊ diuersitatem ⁊ tremorem faciant durities venarū ⁊ fortitudo virtutis quoniaz tūc non nūtiant illud ⁊ quandoq; accidit pulsui ipōruz vt sit spasmosus ⁊ nūtiet spasmū. ¶ Qūq; vides signa egritudinum acutarū ⁊ febres prauas ⁊ stringitur natura tunc illud nūtiat sirsen. Et est quasi ex nuntijs fortibus: ⁊ p̄cedunt karabitus obliuio rei ꝓpinque ⁊ tristitia sine causa ⁊ somnia mala ⁊ soda multa ⁊ grauitas ⁊ repletō et antecedūt ip̄m fm plurimū citrinitas faciei ⁊ vigilie ꝓlixe ⁊ somnus inquietus. ¶ Et accidentia hec fiunt fortiora dum medicine ꝑseuerāt in itinere ꝑueniendi ad caput ⁊ reuoluūtur in venis suis ⁊ subtiliantur. Et qum aꝓpinquant ei ⁊ biberit cerebrū materiam īueniunt principium doloris in posteriore parte capitis apud locū in quo est cōiunctō colli ⁊ capitis ⁊ ꝓprie in cholerico. ¶ Et qum incidunt in ip̄m ⁊ apostematur cerebrū desiccantur primū oculi eoꝝ vehemēter: deinde accidunt lachryme ⁊ ꝓprie ex vno oculorū. Et multotiens accidit vt uene ip̄oꝝ forti afficiantur rubedine. Et quandoq; succedunt eis distillatiōes sanguinis ex naribus. Et plerūq; fricant oculos suos ⁊ declinant ad quietem ⁊ req̄eȝ in maiori parte corporis nisi in manibus: quoniaz cū eis fortasse inquirunt ⁊ colligunt uillos ⁊ fit illud plurimū cū clausiōe oculoꝝ. Et quandoq; fit cū pupillatiōe ⁊ querela. Et quandoq; pigri fiunt in loquendo manifeste non addentes sup motum lingue. Et quandoq; accidit eis distillatō vrine cū cognitiōe ip̄oꝝ: aut absq; cognitiōe ⁊ ē ī febribus de significatiōibus fortibus q sirsen est presens. Et obliuiscuntur doloris si est in membris ip̄oruz immo si aliquid de membris ip̄oꝝ dolorosis impetuose tangitur non ꝑcipiunt ip̄m. Nos vero addimus ⁊ dicimus q quando apostema fit in parte anteriore corrumpit imaginatiōem. Dum ergo ē illud incipiunt colligere villos ex vestibus ⁊ paleas ⁊ q̄ sunt similia illis ex parietibus ⁊ imaginā̄t aliquas phantasias que non inueniuntur: q si sit in medio corrūpit cogitatiōem ⁊ turbatur in eo qd̄ agit ⁊ loquitur cū alienatiōe plurima ⁊ qum cadit in eo quod est coram posteriore obliuiscitur eius quod videt ⁊ agit in dispositiōe ita vt quandoq; petat aliquid ⁊ presentetur ei ⁊ non recordetur se quesiuisse illud: ⁊ plurimum petat peluiz vt mingat in ip̄a ⁊ ponatur coram ip̄o ⁊ obliuiscatur eiꝰ. ¶ Si aūt apostema comprehendat sup partes oēs apparēt hec oīa signa. Et si cū eo apostemēt cer̄brū rubea fit ipsius facies ⁊ oculi ⁊ exeunt oculi exterius vehementer: ⁊ fiunt rubei si materia faciens apostema sit sangnis: aut citrini fiunt si materia faciens apostema sit cholera pura. Factum vero ex humoribus ꝓpter cōmunitatem significat euentū eius subito: ⁊ cōsequētia malitie dispositiōis mēbri alterius: ⁊ poxismus qui est ī exacerbatiōe fortitudinis eius ⁊ minuūtur cū diminutiōe in dispositione alterius ⁊ augmentātur ipsius augmentatiōe. Et factum a sirsen cerebri accidit paulatim paulatī ⁊ sequitur vel adheret. Et signa sirsen veri inseꝑabilia antecedunt: deinde accidit egritudo. Nō verum aūt p̄cedunt egritudines alioꝝ membroꝝ deinde apparet signa eius. ¶ Factum aūt ex partibus velaminis distinguentis ⁊ lacertoꝝ pectoris antecedunt signa hirsen ⁊ pleuresis que sunt dolor pungitiuus in latere apud anhelitum ⁊ strictura anhelitus ⁊ pulsus serinus ⁊ tussis plurimū sicca deinde humectatur secūdum plurimum ⁊ expuit: ⁊ fit cū febre cōtinua cuius plurimum caloris tendit ad partes pectoris. Et ī vero ad partes capitis cū quo multiplicatur extensio ossium pectoris ad superiora. Et ꝓprius fit eis sensus doloris super vertice non cōprehendens. Et non fiunt signa predicta eius in eo qd̄ preterijt fortia ⁊ multa: ⁊ eius spiritus fit diuersus. debilitatur enim quandoq; ⁊ fit frequens ⁊ magnificatur alia vice ⁊ fit ei simil' ⁊ paruus ⁊ debilis plus. Et fit quandoq; sicut intus. Sed in karabito vero fit sp̄us maior īmo fit magnus. Et duo quidem sirsen cōicant in fortitudine humorum. Uerūtamē sirsen sequens differt a sirsē vero ī hoc qd̄ seq̄tur ī fortitudine sua fortitudīem se. ⁊ alleuiāt cū alleuiatiōe se. ¶ Lū eo aūt quod fit ꝓpter humorem in ore stomachi sentit mordicatiōem in ore stomachi ⁊ nauseam ⁊ sitim ⁊ amaritudinem oris. ¶ Et factuȝ ꝓpter apostēata membroꝝ ⁊ alioꝝ scitur ꝓpter illud qd̄ apparet de dispositiōibus eius. Quoniam dum non sunt apparentes ⁊ manifeste non ducit ad ꝑmistionem intellectus ⁊ sirsen manifestum. ¶ Et nūc q̇dem rememoremur signoꝝ sp̄eꝝ ueri siren. Dicemus ergo q primū signoꝝ facti a sanguine est q cōicans accidentium eius predictoꝝ cōium accidit cū risu ⁊ accidunt ei distillationes sanguinis ex naribus ⁊ magnificatur eius spiritus ⁊ distillant oculi eius ⁊ lippitudinem patiuntur ⁊ non sunt vigilie que accidūt ei cū hoc supflue. Et est asperitas ligue in ip̄o tendens ad rubedinem decliuem ad nigredinem: deinde nigresit ⁊ fit lingua in ip̄o grauis. ¶ Et quandoq; pigrescit a locutione ꝓpter grauitatem lingue. Et sunt phantasie eius quas videt rubee: ⁊ vene frōtis ⁊ oculoꝝ eiꝰ sūt plene. Et accidit eis frequentia sedendi ⁊ standi absq; necessitate quam inde habet. Quod aūt fit ex cholera rubea pura vigiliā̄ plurimū facit ⁊ aliēantur euȝ eo oculi valde ⁊ exaspatur lingua fortiter ⁊ citrinatur prius: deinde nigrescit ⁊ febris fit fortis. Et multiplicatur desideriuȝ ⁊ amor tergēdi oculos. Et imaginantur quedam tendentia ad citrinitatem ⁊ ingreditur in mores eorum rapacitas ⁊ melīe ꝓprietas ⁊ audacia in disceptando ⁊ est quasi in forma eius qui vult litigare et attenuantur nares eorum ⁊ ꝓprie ip̄arum extrēitates. Et accidit eis in frōtibus suis attractō fortis ad superiora. Eius autem quod fit ex cholera adusta ⁊ est illud quod pimit signa sunt q cōitas accidentium accidit cum demonio ⁊ rixa ⁊ sp̄us magnificatur ⁊ magnificatur inquisitō. Et sunt oculi eorum cōturbati ⁊ eiꝰ causa est sibare ⁊ est quasi ip̄a. Signa vero ꝑmutationis eius sunt ista. Naȝ si ꝑmutāt in lethargiā

⁊ illud est quod in eis expectatur: Vides oculos ꝓſūdari in clauſiōe cuꝫ lachrymis ⁊ ſaliua currit ⁊ pulſus tardatur ⁊ leuis fit. Signa vero ꝑmutatio nis eius in ſacaculos eſt apoſtema cerebri ſunt ꝙ apparent ſacaculos ſig̃. ⁊ occultatur nigredo oculorū ⁊ apparet albedo quandoqꝫ ⁊ non diligit dormire niſi reſupinus ⁊ inflatur venter eius. Et extenduntur oſſa pectoris eius ⁊ multiplicantur tremor membrorū eius. Et ſig̃ ꝑmutatiōis eiꝰ i ethicam ſunt ꝓfunditas oculorum ⁊ ſedatō febris ⁊ nigredo corpis ⁊ paruitas pulſus ⁊ durities eius.

¶ Signa vero permutatiōis eius in ſpaſmuꝫ nos afferemus in caplo ſpaſmi.

De cura ſpeꝝ eius. C. iij.

Communis quidem ſpeꝝ eius veraruꝫ eſt phlebotomia ex cephalica ⁊ egreſſio ſanguinis aliquantula immo multa valde. Et incipiatur in hoc loco ſicut incipiunt humores ſi nihil forte fuerit quod ꝓhibeat. Et oportet vt ſit eius phlebotomia cum cautella in cognoſcendo diſpoſitiōem ipſius ex ſincopi ſi cecidit in ip̄am aut ſit ei vicinus ⁊ retineatur ſanguis qm̄ ſincopis adeſt ꝓpinquitas ⁊ ingenietur in cognitiōe illius. Nam in eis non apparet diſpoſitō icolūitatis a diſpoſitione lipotomie multum manifeſte: ſed pulſus quandoqꝫ ſignificat ip̄am. Nam qm̄ tremit ⁊ deſcendit ⁊ diuerſificatur abſqꝫ ordine ita vt inuenias vnam magnam ⁊ aliam paruam ſignificat ꝓpinquitatem ſincopis. ¶ Et oportet vt ſit cautella i ligatiōe vite ſuper ip̄am ita vt ſit firmata quā motus ipſius ⁊ agitatō irratiōnabiles non ſoluant. Quandoqꝫ enim ſoluit eam ⁊ eijcit ꝑ ſe ipſum ꝓpter imaginatiōem corruptam ducentem eum ad illud. ¶ Deinde poſt hoc phlebotoma venas frontis ſi uirtus fuerit fortis ⁊ fecerit oportere illud diſpoſitō ⁊ fortitudo egritudinis: ꝙ ſi virtus ⁊ diſpoſitiōes non cōſentiūt vt fiat phlebotomia eius vniuerſalis ⁊ ex manibus eius aut non eſt tibi poſſibile habere manus eius ⁊ ꝙ addr̄ ei ex hoc ducit ip̄m ad inquietudinem ⁊ rixaꝫ fortem: tunc phlebotoma eum in frōte. ¶ Et pōe ſuper caput eius in principio oleum roſ. cū aceto infrigidatuꝫ niue ⁊ reliqua que numeraui tibi ex expreſſiōibus infrigidantibus. ¶ Et cholericus quidem iuuatur ſi fiat capiti eius empl̄m ex folijs ſn̄ticis valde. ¶ Et fac eum quieſcere in domo temꝑata in aere puro in quo non ſunt picture neqꝫ forme. Nam ip̄e diligit intueri imaginatiōes earuꝫ ⁊ illud eſt ex eis que ledunt cerebrum eius ⁊ velamina ipſius cerebri. Et oportet vt in domo eius ⁊ iuxta ip̄m ſit multitudo redolentium frigidoꝝ ſicut nēufar viola ⁊ roſa ⁊ canfora que nūerauius tibi in canōe. ¶ Et aſſocia ei amicos ſuos prudentes ſibi caros ⁊ miſericordes eius: ⁊ ex quo vere cūdetur ⁊ ceſſet ꝓpter ip̄m a ſua ꝑmiſtione ⁊ agitatione que ei nocent. Et ſtude vt ip̄m facias dormire ⁊ vt fiat hoc aliquid opij duobus cornibus frontis eius a ꝓpinqua ⁊ naſo ipſius ſi uirtus ē fortis ⁊ ſi non caue quoniam illud eſt ꝑimēs: Immo ſine opio ſis contētus. Sed adminiſtra qđ ſit ſicut ſirupus de papauere. Et fac empl̄m capiti eius ex lactuca. Et potes eum ſemine papaueris ⁊ aqua ordei. Uerūtamē rectius eſt vt expellas ꝑ phlebotomiam ſi tollerat eam hora ⁊ non fuerit in poſtr̄mo eius timor: fac illud in principio duobus diebus aut tribus diebus. Amplius qm̄ phlebotōatur ſi eſt poſſibile non ꝑueniat: donec non remaneat i corpore ſāguis quo cōfortetur natura ad reſiſtendum vaporibus ⁊ defectui nutrimenti ſi fecerit hora illud oportere. Et poſtq̄ phlebotomaueris eum: tunc oportet vt ip̄m cliſterizes cliſteri valde leni ſicut oleum roſ. cū aqua ordei ⁊ aqua ⁊ oleuꝫ: ꝙ ſi eges hoc ⁊ quod ſit fortius hoc poſtq̄ ſit in g̃du lenitatis fac ⁊ trahe materiam ad inferiora omnio fricatiōe pedum ⁊ reliquis. Et fund̄ ſuper eos aquā calidā: Immo ligando ⁊ ſtrigēdo ⁊ pōendo uētoſas ſup eos ⁊ ꝓprie i diſpoſitiōe d̄ſcenſionis ⁊ grauitas fortitudinis febris ſi adeſt ei illud qn̄qꝫ facit oporter̄ pricipio egritudis diſpoſitionis vt ponantur ventoſe in loco q̇ dicitur cheelen. ¶ Et primo incipe nutrire ip̄m ſubtili nutrimento ita vt ſis contentus oxymelle: deinde poſt hoc die vno aut duobus ꝑmuta ip̄m ad aquam ordei ſubtilem cū oxymelle: deinde ad groſſam ⁊ cōſidera in hoc virtutem ⁊ egritudinem: ⁊ quotiens videris accidentia egritudinis fortiora incipe in pricipio a ſubtiliatiōe cibi multa niſi virtutis caſus timeatur. Tunc enim nutriantur. Et aliena eos ab aqua vehementis frigoris ꝓprie ſi fuerit in velamine diſtinguēte apoſtema aut in viſceribus. Et ſicut videbis egritudinem declinare gradatim in nutrimento ꝓcede aut ex ip̄o adde ⁊ pone vt ip̄m ſit ex cucurbita ⁊ herbis frigidis ⁊ almes ⁊ granis frigidis: aut effiteiati: aut acetoſuꝫ cū fructibus frigidis: ⁊ in hac hora iuuantur pane ſimile in fuſo i aqua frigida ⁊ iuleb infrigidato cū niue vehementer. ¶ Et oportet quidem vt in principio adminiſtres repcuſiua pura niſi ſit de genere magno ex quo apoſtemantur vene que ſunt extra caput cuꝫ cōmunitate velaminis. Illic enim oportet te incipere ab eo in quo ſit parum mollificatiōis ⁊ ſedatiōis doloris deinde ſtiptica. Et ſit tibi ſecuritas multa in cliſteribus: deinde adminiſtra ſecundum plurimū embrocas infrigidantes non cū ſtipticitate. Et miſce in eis parum papaueris vt dormire facias ⁊ parum camemille etiam vt reſiſtat papaueri ⁊ reſoluat reſolutiōe modica. Qūqꝫ egritudo fuerit finita his medicaminibus ⁊ remanſerit alienatō: tunc mulge ſuper caput lac ex vbere ⁊ mamilla. Si virtus quidem in ip̄o eſt fortis lac caprarum. Et ſi debilis quidem fuerit lac mulierum ⁊ omni mulſiōi moranti ſuper ip̄m vna hora fac ſuccedere ablutionem cuꝫ embrocis equalibus in quibus ponantur viole ⁊ radices lilij ⁊ camemilla cū reliquis infrigidatiuis ſicut videbis in antidotario: ꝙ ſi egritudo ꝓlongatur ⁊ non r̄mouetur medicinalibus iſtis aut grauis eſt faciens ſubet ⁊ pertranſierit terminum pricipij ⁊ quies in ea fuerit maior motu tunc aliena ei ea que vehementer infrigidant ⁊ ꝓprie papauer ⁊ adde ei in embrocis tunc poſt ſeptimam balſamitam ⁊ mentaſtrū ⁊ rutam ⁊ expreſſiōem mente ⁊ melilotum ⁊ pōe ſup caput mucilagines ſeminis lini cū oleo ⁊ aqua ⁊ unge corpus cū oleo calefacto aſſidue. ¶ Qūqꝫ videris ꝙ virtus ꝯſeruatur poſt longitudinem egritudinis ⁊ poſtq̄ ꝑtranſierit ſeptimanam ⁊ quod eſt

supra ip̄m tibi inest ut potes ip̄z parū vini pmisti.
Et multotiens accidit eis vomitus ⁊ iuuantur eo.
Et quandoq̧ potantur quidam ip̄orū aqua pmista
cū oleo. Et sit ip̄oꝝ vōitus facilis ⁊ hūectat eos.
Et qum non mingunt ꝓpter defectum intellectus
⁊ debilitatem sensus inūge eoꝝ vesicas cū oleo te
pido. Et melius est oleum de oliuis: aut embro
ca ip̄os cū aqua calida ⁊ aqua in qua cocta sit came
milla: deinde super eas comprime donec vrina ꝓ
uocetur. Et sis sollicitus cū hoc ex eis omni hora
⁊ comprime vesicas eorum in omni hora sperans
in ip̄o vrinam ꝓuocari. Si aūt illud non respondz
administra embrocas secundum ꝙ dictum est. Et
oportet vt stringas eos ligando si inueneris eos
multiplicare pmutatiōem ⁊ agitatiōem: ⁊ ledun
tur ab eis vehementer ⁊ ꝓprie qum phlebotōas
eos ⁊ scissura nōdum est cōsolidata. Amplius qum
ꝓcedunt in declinatione ⁊ exitu a fortitudine egri
tudinis plurimū reges eos regimine cōualescentiū
⁊ adhibe eis restaurantia leuia. Et aliena ip̄os ab
aeribus ⁊ ventis malis ⁊ calidis ⁊ canicularibz die
bus ⁊ sole vt non incurrant recidiuam. Quz vis
aūt eos balneare balnea ip̄os in aquis sapidis bal-
neatiōibus lenibus vt facias eos dormire: nam in
dormitiōe eoꝝ cōsistit iuuamentum plurimuz. Et
ciba eos carnibus leuibus. Et hic quidem est ſmo
vniuersalis ī cura ip̄oꝝ. Eius vero quod diuersi
ficatur aliud est cholericuz aliud sanguineū. Cho
lericum enim indiget in sui cura eductiōe cholere
cū solutiōe plurima ⁊ phlebotomia minore. Et sit
qđ soluēdo educit choleram ex eo potus ex lubri-
cantibus subtilibus predictis ex purgantibus san-
guinē: ⁊ tibi iest vt ponas ī eis fumūterre si sciue
ris ꝙ natura obediens sit secūdum oēm dispositō
nem. Et quandoq̧ ponunt in eis scamoneam qum
cōsidunt de obedientia nature secūdum cōsuetudi
nem egri. Et cholericus qum phlebotomatur non
cōsequatur ꝓpinquitatē sincopis. Sed phleboto-
metur phlebotomia bona cū cautella inde habita:
deinde solutiōe euacuetur. Et etiam cōueniens est
vt ponas cibos eius frigidos ⁊ humidos. Cibi aūt
sanguinei sint frigidi. Et pertransit vt sint stipti-
ci quando facta est euacuatō ex solutiōe ⁊ clisteri-
bus ⁊ cibi sint sicut qui fiunt cū acresta ⁊ ribes ⁊ g̃
natis ⁊ cydonijs ⁊ pomis. Cholerico aūt nō conue
niunt isti. Sed qui sunt sicut qui fiunt ex cucurbi
ta ⁊ alchelketi. s. facto ex ordeo excoriato ⁊ qui si
unt ex spinahijs ⁊ atriplicibus ⁊ almuiati. Et est q̇
sit ex almes ⁊ similibz ill'. Et eoꝝ acetositas sit ex
aceto ⁊ zuccaro: aut ex prūis ⁊ q̄ sūt illis simil'. Et
scias ꝙ cholericus indiget extinctiōe plus ⁊ sangui
neus resolutiōe plus. Et in cholerico non timetur
omnis cautella infrigidatiōis que timetur in san-
guineo: ⁊ nō aliēat aqua frigida omnino. Et opor
tet vt plurimum sis sollicitus in somno ip̄orū. Et
illud erit sicut embroce humectantes ⁊ cū admini
stratiōe oleoꝝ sicut olei lactuce ⁊ cucurbite ⁊ que
ipsis similantur faciendo caputpurgium. ¶ Et in
cholera que est adusta multiplicetur studium cum
humectantibus ⁊ cū administratiōe enematum in-
frigidantium ⁊ humectantium in eis quantum pos
sibile est.

De phlegmone accidente ipsi substantie cerebri
C. iiij.

Plurimū quidem accidit ex sanguine pu-
trido apostemante cerebrū. Et quādoq̧
sepat cōmissuras ⁊ rarificat: ⁊ forsitan ca
put cū ea disrūpitur ⁊ scinditur ⁊ dolor cum ip̄a fit
fortis ⁊ oculi fiunt rubei exeuntes valde ⁊ maxyl
le valde rubescunt. Et quandoq̧ accidit cū ea spas
mus: ⁊ quandoq̧ accidunt vomitus ⁊ nausea ꝓ-
pter cōitatem stomachi ⁊ declinatur ad resupinati
onem valde secūdum cōtrarium cōsuete resupina
tiōis ⁊ secūdum diuersitatez ordinis. Et est secun
dum plurimū pnecans in tertō. Si aūt ip̄m ꝑtran
sierit fidutia habetur. Et scias ꝙ egritudo non est
vehementer parua: alioquin membrum non tolle
rat ip̄am cū hac essentia ⁊ cū hac sublimitate. Et ip
sius q̇dē cura est cura sirsen ⁊ fortior. Et cōfert ei
phlebotomia vene que est sub lingua vehemen-
ter. Et illud post phlebotomiam vene cōis ⁊ ue-
narum aliarū.

De herisipila ⁊ impetigine accidētibus in cerebro
⁊ vsacro. C. v.

Quandoq̧ ēt accidūt in ip̄o cerebro heri
sipila ⁊ vsacro. Et fit dolor fortis ⁊ in-
flāmatō vehemens. In facie vero quan
doq̧ accidit frigus ꝓpter occultatiōem caliditatis
⁊ citrinitas ꝓpter illud ⁊ ꝓprie in oculis: deide ca
lesit subito ⁊ rubificatur. Verūtamē secūdum plu-
rimum fit tendens ad citrinitatez ⁊ frigus ⁊ est sic
citas vehemens in ore. Et cū eis non est tantuz ex
subet quantum accidit in phlegmōe. verūtamē ac
cidētia in eis sunt terribiliora ⁊ febris est fortior ⁊
earum cura est cura sibare. ¶ Et plurimū eis per
necat in tertō. Si aūt non iterficit in tertō euadit.
Et pueris quidem quandoq̧ accidit herispila in ce
rebro ⁊ ꝓfundatur cū ip̄a synciput ⁊ oculi ⁊ mino
ratur oculus ⁊ desiccatur totum corpus. ¶ Me-
dicētur ergo ex vitello oui cū oleo ros. infrigida
to ⁊ pmutato omni hora ⁊ cū expressiōibus ⁊ her
bis humidis ⁊ frigidis super caput ꝓprie cū cucur
bita ⁊ corticibus melonis ⁊ cucumeris.

De sibare. C. vi.

Dicitur sibare demonium supfluum acci-
dens cū sirsen calido cholerico ita vt ho
mo cū hoc ꝙ habet sirsen alienet ꝓpter
demonium agitatiuum. Et cū karabito quidem pu
ro fit alienatō ⁊ ratiōis pmistio ⁊ non est cū ip̄o d̄
monium si aūt est demonium est sibare: ⁊ est etiā
quasi mania cōposita cū karabito sicut karabitus ē
quasi mľia composita cū apostēate calido ⁊ febre.
Et multotiens quidem antecedit in ip̄a demoniuz:
deinde succedit ei apostema ⁊ febris. Et non fit si
bare nisi quz karabitus est a cholera rubea pura ⁊
adusta. Nam qum ip̄a ad cerebrum impellitur cū
principio sue applicatiōis facit ꝓuēire demoniuz:
⁊ cū ip̄o aut post ip̄m ꝓuenit apostema ⁊ est causa
sibare. In karabito aūt est demonium accidens ab
apostemate ⁊ in sibare apostema ⁊ demonium ꝓ
ueniunt simul a materia neq̧ vnū eoꝝ est causa al
terius ex quo aliud inueniatur: sed si quandoq̧
fiat vnumquodq̧ ip̄orum causa additionis alte-
rius. ¶ Qūq̧ sibare incipit apparere vigilie sunt
ꝓlixe ⁊ somnus inquietus ⁊ timor est in somno ⁊
oscitatio ⁊ spiritus magnus frequens ⁊ obliuio ⁊

responsio non similis interrogatiōi ⁊ oculi rubescūt ⁊ ipoꝝ agitatō adest ⁊ grauitas est ī eis ⁊ sunt quasi lupi. Et quandoqꝫ est in eis secūdum ꝙ diximus citrinitas ⁊ fit illic sensibilitas extēsiōis apud spondiles ⁊ dolor ꝑpter eleuationem vaporis: ⁊ fit etiam in eis cursus lachrymaꝝ inuoluntarie ex vno oculo. ¶ Deinde qum sistitur egritudo induratur febris ⁊ exasperatur lingua ⁊ siccatur: ꝺ inde in postremo ipsius quiescunt motus palpebrarum ꝑpter debilitatem ⁊ grauitas motus ꝑuenit vsqꝫ ad motum palpebrarum: ⁊ remāet ex demonio alienatō intercisa cū defectu sermonis ⁊ paucitate ipsius: ⁊ secūdum hoc ꝑuenit plurimū colligere villos ⁊ paleam. Et in pulsu fit augmentum debilitatis ⁊ minoratiōis ⁊ durities ꝑpter siccitatē. ¶ Et quandoqꝫ fit sibare que non est simplex pura. Quare ipsorum dispositiones diuersificantur ī sermone ⁊ memoria ⁊ motibus: plerunqꝫ enī fiūt ordīati ⁊ plerunqꝫ īordinati. Et ipsius quidem cura est cura sirsen cholerici cū additiōe in humectādo multa. Et oportet vt extremorum ligatō assiduetur.

De lethargia que est sirsē frigidum cuius interpretatō est obliuio. C. vij.

Lethargia dicitur apostēa phlegmaticū factum intra craneum ⁊ est sirsē phlegmaticum ⁊ plurimum quidem eius fit in meatibus substantie cerebri absqꝫ velaminibus ⁊ vētriculis ⁊ substantia cerebri: quoniam phlegma raro cōgregatur ⁊ penetrat in panniculos cerebri ꝑpter ipsorū duritiem neqꝫ in substantiām cerebri ꝑpter ipsius viscositatem sicut etiam pleuresis secūdum plurimū est cholerica ⁊ raro fit phlegmatica ꝑpter ꝑuitatem penetratiōis phl'atis in substantiā sifachiam. i. sifac neruosam duram. Licet sit possibile vt fiat illud in paucis ambarum: possibile est enim vt cadat hoc apostema in substantia cerebri ⁊ in eius velaminibus. ¶ Et hec quidem egritudo nominatur nomine sui accidentis. ¶ Uerūtamē lethargia vniuersaliter est obliuio. Et hanc egritudiem cōmitatur obliuio ⁊ ꝑpter nomē eius errant ī ipa plures medicorum ignorantes ꝙ intētio in ipa est egritudo facta ex apostemate frigido immo existimant ꝙ hec egritudo in seipa sit obliuio. Et ꝙ quidā medici sunt qui nominant lethargiam omne apostema frigidum in cerebro siue sit melancholicum siue phlegmaticū. Uerūtamē plures antiquorū phlegmaticū hoc nomine appropriauerūt ⁊ tuū est vt in ipo nomines vtrūqꝫ. Et huiusmodi quidem egritudinis materia ꝑpinqua est materie sadur: sed est vehementius confirmata. ¶ Et hec egritudo generatur ab omni quo generatur humor phlegmaticus ⁊ in quo sunt vaporatō ⁊ putrefactō. Quapropter plurimum generatur a comestione cepaꝝ. Et generatur ex repletione nimia stomachi ⁊ multitudine potus ⁊ multitudine comestionis fructuum.

De signis eius. C. viij.

Sunt soda leuis ⁊ febris lēta: necessaria ei est febris in omni apostēate facto ab hūorē putrefacto. Et propter hoc separatur a subet. Uerūtamē ipa est lenta quoniam materia ē phl'atica. Et hec quidem febris quandoqꝫ non sentitur cū ea ⁊ fit cū ea subet grauis: Sicut enim habens eam aperit oculum sic claudit ⁊ fit cū ea obliuio: ⁊ spūs est rarus ⁊ tardus valde debilis. Et fit quasi cū strictura spūs parūper ⁊ cū sputo ⁊ multa oscitatiōe ⁊ aptiōe oris ⁊ ipsius clausione: ⁊ quandoqꝫ remanet eius os post oscitatiōem apertum ꝑpter obliuiōem ꝙ oporteat eum ipm claudere ⁊ ꝑpter pigritiam ab ea ⁊ si velit ipm claudere. Et adest ei singultus ꝑpter cōmunitatem stomachi. Et albedo in lingua ⁊ pigritia in respōsione ⁊ in motu palpebraꝝ ⁊ cōmistio intellectus. Et egestō secūdum plurimum est humida ⁊ si siccatur siccatur leuiter ⁊ temperate. Et vrina est sicut vria asinorum. Et quandoqꝫ accidit ei tremor ⁊ sudor extremitatum. ¶ Et sunt cū diuersitate habentiū karabitum. Ipi eniꝫ in lectis suis p̄cipitati iacēt: karabitum vero habentes eleuantur. Et pulsus ipsorum sunt magni multum rari tardi tremuli vndosi similes pulsibus pipneuōnicorū. Uerūtamē sunt minoris latitudinis ⁊ longitudinis ⁊ tardiorēs ⁊ fortius rari ⁊ minoris diuersitatis: quoniam nocumentum cordis ab ea factum est minus. Et cadit in pulsu eius cadens in medio plus quoniā virtus vitalis in ipa est sanior ⁊ febris cū ea est mīor ꝑpter longitudinem ipsius a corde. Sed eius obliuio est maior quoniam materia hec est in ipo cerebro ⁊ in pipneūonia eleuatur ex apostemate pulmonis: ꝙ si melancholicum dicatur lethargia sūt eius signa ꝙ dolor fit fortior ⁊ fiunt cum ea rixa ⁊ alienatō ⁊ oculi sunt aperti intuentes in vno loco. ¶ Et qum lethargia est in substantia cerebri: subet est fortior ⁊ difficultas motuum est maior. ⁊ albedo lingue est in ipa valde vehemens ⁊ oculi ad exitum tendunt ⁊ difficultas motus ⁊ dolor ad laxitatem tendunt. Si aūt est in velaminibus dolor est fortior ⁊ motus sunt leuiores. Et accidit in eis multotiens retentio vrine ꝑpter obliuionem ⁊ ꝑpter debilitatem lacerti vrinalis. ¶ Ex signis aūt incessus hominis ad lethargiaꝫ est multitudo tremoris capitis cū pigritia ⁊ grauitate. Nunqꝫ fortiora fiunt accidentia lethargie ⁊ multiplicatē sudor valde est tunc pimens ꝑpterea ꝙ sudor deꝗcit virtutem: Et qum spūs dilatatur ⁊ fit bonus ⁊ declinant accidentia tunc tendit ad salutem ⁊ ꝑprie si apparent apostemata post aureꝫ: plurimum enim crisis eius fit ꝑ eam.

De cura. C. ix.

Si non fuerit qđ ꝑhibeat phlebotometur prius: deinde administra eis clisteria acuta ⁊ attrahatur materia ad inferiora. Et fac eum vomere cū pēna sinapi ⁊ melle illinita. ¶ Et fac eum quiescere in domo luminosa ⁊ ꝑhibe ipm ne in subet ꝑfundetur assidue excitādo ipm. ¶ Et in principio rei repelle materiaꝫ cū ol'o ros. ⁊ aceto. Deīde post duos dies a pricipio sui misceatē eis castoreum ⁊ sit acetum squilliticū. Et non potes aqua frigida ipm nisi parūper ⁊ ī principio proprie Et apud statum eius ⁊ ꝑprie in fine sui ⁊ ꝑhibe illud: deinde in unge corpus eius ol'o ⁊ nitro ⁊ semine vrtice ⁊ laureole ⁊ pipere ⁊ piretro ⁊ similibus. Et administra embrocas fortis resolutiōis ⁊ odoramenta ⁊ sternutamenta ⁊ gargarismata subtiliatiua in quibus sunt hasce ⁊ isopus

⁊ calamentum ⁊ origanum. Et gargarismata cum
melle ⁊ squilla ⁊ reliquis que sciuisti in cāone. Et
qū squillaꝫ super caput eius administras ꝓprie hu
midam valde ea iuuatur. Et administra etiam reli
qua rubificantia super caput ⁊ linimentum fac ex
sinapi. ¶ Et frica extremitates eius ⁊ comprime
eas donec rubescant ⁊ doleant quoniaꝫ est magni
iuuamenti ⁊ fiat illud assidue. ¶ Qum aūt in su-
bet ꝓfundi fiunt extende capillos ipoꝝ ⁊ euelle
quosdam eorū: ⁊ pone etiam apud nocram vento
sas multas cū igne absq̄ īcisiōe. Et forte incisio ti
bi necessaria est qum est necessitas euacuatiōis san
guinis. ¶ Et qum nutris nutri eos cū aliquibus q̄
sint sicut aqua lupinoꝝ ⁊ aqua ciceris cū ordeo fra
cto. ¶ Qūq̄ eos cibaueris cōprie extrema ipoꝝ
aliquibus horis vt vapor ad superiora non traha
tur. ¶ ꝙ si tibi necessarū fuerit ꝓpter egritudinis
longitudiuem vt potes ipm solutiuo ⁊ ꝓprie quā
do cū ipo apparet tremor pota ipm duabus tertijs
aui. ex castoreo cū pauca scamonea que sit minus
pondere vnius danic. Et si timetur superfluitas fe-
bris aliena scamoneam ⁊ sis cōtentus castoreo ⁊ ꝑ
mutatiōe complexionis absq̄ euacuatiōe. Et meli
or euacuationum illa est que fit cum clisteri. Si
aūt alia fuerint tibi necessaria da ei ad potandum
hirepicre pondus. ʒ. vnius quartam. ʒ. vnius de
pulpa colloquintide ⁊ tribus. ʒ. myrobalanorum
⁊ danic vno masticis: ⁊ si febris non est vehemē
tis caloris ⁊ cōfidis ꝙ soluat: ꝙ si non cōfidis pro
pter illd̄ fac ei suppositoria aut collyria ut due cāe
ad illud faciendū se inuent: deinde excita ipm ⁊ p̄
cipe ei vt ꝑmutetur ad egerendum. ¶ Et quꝫ ei
accidit obliuio vrine ⁊ stercoris embroca vtraq̄
emūctoria ⁊ ventrem cū aquis in quibus cocta sint
camemilla ⁊ melilotum ⁊ viola ⁊ radices lilij ⁊ cō
prime vesicam vt vrinam emittat. ¶ Deīde qū
finitur egritudo administra restauratiua ⁊ fac euꝫ
tollerare terminum exertitij parui ⁊ adhibe ei re-
gimē cōualescentiuꝫ.

De aqua intra craneum. C. x.

Quoniam quandoq̄ aggregantur humidi
tates aquose intra craneum ⁊ extra ipm:
tunc si fuerint extra craneum signabit eas
qd̄ ꝓpinque dicemus. ¶ Et si sunt intra craneum
⁊ locus earū supra pāniculum duꝝ sentit eger ḡ-
uitatem interius: ⁊ fit cū ea difficilis clausio oculi
immo non est possibilis ⁊ humectantur oculi val
de ⁊ lacbrymantur assidue ⁊ stant aperti intuentes
in vnum locum. ¶ Cura. Et in huiusmodi non ē
ingenium.

De apostematibus que sunt extra craneuꝫ ⁊ aqua
extra caput ⁊ atasijm rosamuꝫ. i. inflatiōibus. C.
xi.

Quandoq̄ accidūt in velaminibus que sūt
extra caput apostemata calida ⁊ frigida.
¶ Et quandoq̄ accidit ⁊ ꝓprie infanti-
bus egritudo que est cōgregatō aque in capite. Et
quandoq̄ etiam accidit in maioribus. Et hec qui-
dem egritudo est hūiditates retente inter craneuꝫ
⁊ cutem ⁊ inter duos panniculos extrinsecos: ⁊ ac
cidunt īflatō in loco illo capitis ⁊ fletus ⁊ vigilie.
¶ Infantibus quidem accidit illud secūdum plu-
rimū quꝫ obstetrix errat ⁊ cōprimit caput ⁊ sepat
ipm ⁊ aperiuntur orificia venarum. ¶ Et currit
ad illud quod ē sub cute sanguis aquosus. ¶ Et
quandoq̄ sunt humores alij ab hūiditatibus aquo
sis: ꝙ si color cutis est cū dispositione sua ⁊ cutis ē
eleuata cōpressa expulsa tunc est aqua in capite. Et
si color est mutatus ⁊ tactus diuersus ⁊ est ibi for
titudo ⁊ ꝓhibitō ad expellendum ⁊ sentitur mor
dicatio ⁊ dolor: tūc ibi est apostema extra craneū.
¶ Infantibus aūt ⁊ alijs qum est apostema in capi
tibus eoꝝ ⁊ hoc plurimum nō fit nisi infantibus:
tunc oportet vt cognoscas an sit multa an sit ex-
pulsa ab exterioribus ad interiora violenter. Nā
si taliter fuerit non medicatur. Si aūt fuerit pau-
ca ⁊ retenta inter cutem ⁊ craneuꝫ: tunc fac aut scis
suram vnam in latudine aut si fuerit multa tūc fac
scissuras duas se se secantes: aut tres scissuras secan
tes se si fuerit plurima ⁊ eūctur qd̄ ē in ipo: deīde
stringe ⁊ liga ⁊ suppone ei vinum ⁊ oleum vsq̄
ad tres dies: postea solue ligaturam ⁊ medica cuꝫ
unguentis ⁊ licinijs si eis indigueris ⁊ filo ⁊ pulue
rizatiōe si illud sufficit ⁊ nō indiges unguētis.
¶ Et si carnis generatō tardetur precipitur vt os
leniter radatur vt caro nascat̄. Si aūt aqua fuerit
valde pauca sufficit tibi vt resoluatur hūor aquo
sus cū emplis. ¶ Que aūt ex apostematibus extri
secis sunt calida ⁊ que frigida cognosces tactu ⁊ co
lore ⁊ cōuenientia eius qd̄ ad ipam ꝑuenit. Et in
omnibus quidem sentit dolorem comprimentem
craneum ⁊ qum tangis inuenis dolorem. Et cura
ipm medicamine leuiore ex cura sirsen: ita tamē ꝙ
tu scis securus in admīstratiōe fortioris in ipo. Et
ventose quidem in ipo cōferūt plus minutiōe.
¶ In atasijm aūt infantium oportet ut lactans aq̄
potet ordei aut aquam sauic eius si infans solutio
nem habuerit: ⁊ infanti detur ad potandum tunc
aliquantulum spodij torrefacti ⁊ se. portulace tor
refacti. ¶ Solutō enim inhac egritudine est mala
⁊ lactanti interdicatur balneum ⁊ ponatur super
synciput eius viola infrigidata.

De subet asahari quaꝫ quidam medicorum nomi
nant suchos: sed non est ipa immo suchos est spe-
ties cōgelatiōis. C. xij.

Hec egritudo est egritudo sirsemiati com
posita ex sirsen calido ⁊ frigido: quoniaꝫ
apostema est factum ex duobus humori
bus simul. s. phlegmate ⁊ cholera. ¶ Et eius q̇dē
cā ē ī̄pletō quā gn̄at gulositas ⁊ mltitudo cōestiōis
⁊ pot⁊ ebrietatis. Et vtriq̄ q̇dē hūoīs q̄nq̄ eq̄t
⁊ quandoq̄ vnus ipoꝝ vincit ⁊ uincunt tunc eius
signa. Si ergo phlegmaticus vincit nominatur su
bet. Et si vincit cholericus nominatur sabara su-
betia: ⁊ quandoq̄ cōueniunt in egritudine vna cū
numero vt vnusquisq̄ eorū impugnet alterum ⁊
quandoq̄ vincet phlegma ⁊ quandoq̄ cholera.
¶ Et facit quidem phlegma in ipa subet quandoq̄
⁊ grauitatem ⁊ pigritiam ⁊ clausiōem oculorum.
Et difficile fit eis respondere ad illud quod queri
tur ab eo. Et est ipsius responsio responsio tardā
tis ⁊ cogitantis. ¶ Et cholera quidem in ipa effi-
cit inquietudinem ⁊ alienatiōem cōtinuam ⁊ palpi
tatiōem: Et neq̄ ꝑmittit ipm ꝓfundari in subet:
Immo eius subet est subet aque excitatur qum ex
citatur. ¶ Et qum phlegma vincit generat̄ subet

⁊ clauditur palpebra qum aperitur. Et quando uĩcit cholera excitatur ⁊ alienatur ⁊ puenit ad motũ ⁊ aperit oculum absq; palpitatiõe ⁊ non claudit. Immo ipsius superior extremitas attrahitur sicut accidit patienti sirsen ⁊ desiderat resupinari ⁊ eius resupinatõ est non naturalis ⁊ inflãmatur ipĩus facies ⁊ declinat ad viriditatem ⁊ rubedinem secundum ꝙ in dominatiõe dispositiõum eius trahitur palpebra eius ad superiora ⁊ clamat. Et qum apit oculum suum est ipĩus aptõ sicut apertõ habentis suchos ⁊ cõgelatiõem absq; palpitatiõe. Qum aũt loquitur eius sermo non est ordinatus ⁊ strangulatur ab aqua ita vt plurimum redeat aqua ex naribus eius. Et similiter strangulatur a sorbitionibus. Et hec quidem signa sunt mala ⁊ multotiens accidit in ipa retentõ vrine ⁊ egestionis ⁊ paucitas vtrinsq;: Et accidit eis strictura spus: Et quãdoq; similatur in pluribus dispositiõibus presocationi matricis: Verumtamen facies in presocatione matricis est cum dispositiõe sua ⁊ adsunt reliqua signa presocatiõis dicta in capitulo suo: hic autẽ possibile est vt in ea aliquid loquendo eger annũtiet ⁊ si precipitur vt itelligat. In ea aũt cuius matrix presocata est non est possibile illud dum in presocatiõe ꝑseuerat. ¶ Et hec quidem egritudo simil' est lethargie: sed tamẽ differt ab ea: quoniam facies non est cũ dispositiõe sua sicut est in patiente lethargiam. Et iterum eis adsunt vigilie ⁊ aptõ oculorum absq; palpitatiõe ⁊ febris est in ipa fortior ⁊ similatur karabito: sed tamẽ differt ab eo: quoniam subet in ipa est maior ⁊ alienatõ minor. Et pulsus quidem eius est velox ⁊ frequens ꝓpter apostema ⁊ ꝑmistionem cõgelatiuam quare diuersificatur a pulsu lethargie. Et est latus ⁊ breuis ꝓpter phlegma ⁊ apostema suum: quare diuersificatur a karabito: ⁊ ipĩus quidem breuitas est ꝓpter latitudinem sui. Amplius est fortior pulsu lethargie ⁊ debilior pulsu karabiti. Et fit pulsus non extensus rarus valde spasmosus sicut fit in presocatione matricis. Sed virtus in ipa non remanet neq; egreditur ab ordine omni illo egressu sicut fit in presocatiõe matricis immo virtus cadit ⁊ pulsus fit frequens.

De cura. C. xiij.

Cura aũt cõis est phlebotomia sicut scis: deinde clisteria in quorũ attractõe ⁊ lenitate addis secũdum quantitatem in qua inuenis materiam secũdum signa predicta ita vt cognoscas an vincat cholera vel phlegma. ¶ Et cibus etiam ꝓhibeatur secũdum ꝙ fit in karabito ⁊ proprie si eius causa fuerit multitudo cibi. Quapropter qz causa fuerit multitudo cibi fac egrũ uomere ⁊ purga stomachum ipĩus. Si aũt causa eius fuerit ebrietas non curabitur omnino donec abscidatur ebrietas: deinde sit contentus humectantibz caput ipĩus: deinde ad vltimuz curetur eo quo curatur finis ebrietatis. ¶ At ipĩus quidem spes cõicant in embrocis ⁊ empl'is ⁊ sternutatorijs predictis ⁊ euacuatiõibus subtilibus cũ eo quod bibitur ⁊ clisterizatur sicuti scis: ⁊ iste quidem medicine in ipa non sint in termino frigiditatis que precitur in karabito neq; in termino calefactiõis qui ꝑcipitur in lethargia: sed sint composita ex eis ⁊ vincat in eis illud quod oportet secũdum ꝙ appar3 ꝙ aliquis duoꝝ humoꝝ sit magis abundans. Et tibi quidem iam premissum est in canone totum quod oport te3 facere ĩ huiusmodi. ¶ Et oportet ut ponas in embrocis eius si fuerit cholera supabundãs folia salicis ⁊ violas ⁊ radices lilij ⁊ ordeum cũ camemilla ⁊ corona regia ⁊ aneto. Et quandoq; das in potu sirupum de papauere si non timetur ꝙ ĩu perueniat ei dominium phlegmatis. Et intentõ q̇dem quare ei in potu tribuitur est vt dormiat. ¶ Quod si vtreq; materie sint equales adde ĩ is hasce ⁊ amaracum. ¶ Et si phlegma est supabundans adde in eis folia lauri ⁊ rutam ⁊ mentastru3 ⁊ isopum ⁊ castoreum ⁊ origanum. Et similiter ẽ dispositõ in empl'is ⁊ enematibus secundum hunc canonem: ⁊ tibi quidem est possibile colligere ea ex antidotario. ¶ In fine aũt egritudinis ⁊ postq̃ꝫ declinauerit infirmitas tunc aliena ab eo embrocas frigidas ⁊ sis cõtentus subtiliatiuis que scis: deĩde balnea ipm ⁊ rege cum regimine conualescentiu3.

De plaga ⁊ icisiõe cutis capitis ⁊ curatõe. C. xiiij.

Separatõ eueniens in capite: aut est in cute ⁊ carne: aut ĩ osse: aut maĩfesta: aut ĩ simaci: aut ita ꝙ ossa inde extrahenda sũt aut simac: Et ex simac est alfuturati ⁊ est ut exuberet velamẽ ad exteriora ⁊ apostemetur ⁊ impinguetur: ⁊ fiat sicut futurati. Et ex eis est q̃ fit ĩ matre ⁊ in ꝑuatiua ⁊ in eis est timor ⁊ in vulneribus quidem ꝑuenientibus ad panniculum cerebri accidit laxitas in latere vulnerum ⁊ spasmus ĩ opposito eius. Et qum incisio non ꝑuenit ad uentres sed ad terminum velaminis subtilis est magis incolumis. Qũ vero ꝑuenit ad cerebum apparet febris ⁊ vomitus cholere ⁊ non est ex eis que sanatur nisi raro. Et ꝓpinq̇or ad incolũitatem quidem incisio est que cadit ad futurati duoꝝ ventriũ anteriorum. Qum enim cito succurris ei cõtinuatur. ¶ Ille vero que in duobus ventribus posterioribus fuerint sunt prauiores. Et ea que fit in medio prauior est ea que fit in posteriore ⁊ remotior vt redeat ad dispositiõem naturalem nisi sit valde parua. ¶ At principium quidem cõsistit in empl'is ⁊ erit eius rectificatõ velociter. In cura vero cõsistit principium ad ꝓhibendum apostema cum eo quod tollerat dispositõ. Distinctionem vero medicaminis vulneris plagatiui quod est in cute ⁊ carne dicemus vbi vlcerum rememorabitur in libro. iiij. ⁊ dicemus curam fracture que est ex eis in caplo fracture ⁊ restauratiõis. ¶ Et medici in fractura cranei in qua extrahenda sunt ossa habent duas intentiões. Intentõ enim quorũdam est vt declinent ad medicinas sedatiuas que dolore3 vehementer quiescere faciunt. Et intentõ ẽ altoꝝ quibus videtur ꝙ administrande sunt medicie uehementis desiccatiõis ⁊ administrant post incisiõe3 fracti ⁊ eradicatiõe3 secti ⁊ extractiõe3 fractur̃ eis medicinas attractiuas in vnguentis ⁊ alijs supra locum supra ipm exterius existente epithimate ex aceto ⁊ melle. ¶ Et hoc modo ꝑ manus hoꝝ posterioꝝ ꝑuenit maior incolumitas q̃ꝫ ꝑ mãus priorum ⁊ illud quidem non est mirum. Gal. eniz dixit ꝙ complexio ossis ⁊ panniculi est sicca.

Tractatus quartus de egritudinibus capitis ⁊ plu-
rimo nocumēto ipsius in opationibus sensus ⁊ mo
ribus.

De subet ⁊ somno. C. i.

DIcitur subet somnus supfluus ⁊ ḡ-
uis non tamen omnis supfluus ⁊ ḡ
uis: sed ille cuius ḡuitas est i mā ⁊
qualitate simul: ita ut ipiꝰ spatiū sit
ꝓlixius ⁊ eius eleuatō fortior ⁊ ď
bilitetur excitatō ipsius ab eo. Si aūt excitatur tūc
somnus eius est naturalis in quantitate ⁊ qualitate
sua. Et eius quidem alius est grauis alius est su-
bet ꝓfundus. ¶ Somnus aūt vniuersaliter est re
ditus spiritus animalis ab istrumentis sensuum ⁊
motuum ad principium cum quo priuantur ipoꝝ
instrumenta ab exitu opationis in ipsis nisi que ne
cessaria sunt ad hoc vt vita ꝑmaneat ⁊ illa sunt si-
cut instrumenta spiritus. ¶ Et somnus quidē na-
turalis absolute est cuius reditus est cum ꝓfunda-
tione spiritus vitalis ad interiora vt digeratur ci
bus quem in ipso sequitur spiritus animalis sicut
fit in motibus corpoꝝ subtilium ꝑmistoꝝ propter
necessitatem vacuitatis: ⁊ qď est etiam propter q̇c
tem eius ⁊ vt spiritus adiungat sibi ꝑtez eius quo
nutriatur ⁊ substētetur ⁊ augmentetur substantia
illius ⁊ recipiat restaurationem eius qď ex ipso ī
vigilijs resoluitur. ¶ Et huic quidem propinquus
est qui accidit ei qui sanitati vicinus est ab egritu-
dine sua. Accidit enim ei somnus profundus ⁊ si-
gnificat sedationem egritudinis eius ipse tamē in-
sanis nō significat bonitatem. ¶ Et quandoqꝫ ēt
accidit somnus huiusmodi generis ei qui euacua-
tus est medicina plurimum ⁊ somnus ille confert
ei reddens ipsum virtuti sue. Et plurimū accidit
somnus nō absolute naturalis ⁊ ille quidem est re
ditus qui fit ad principium propter superfluitatez
resolutionis spiritus etiam nō tollerat eius substā
tia dilatationem propter defectum sui augmenti si
militer illud qď suffecit applicationi causa resolu-
tionis facte ex motu profundatur ergo sicut fit in
dispositione laboris ⁊ exertitij fortis. Et illud fit
propter euacuationem superfluam accidentem spi
ritui animali. Natura igitur fit prōpta ad recipien
dum qď est in substantia eius nisi cōsequatur ipsā
ex nutrimento substentaculum. ¶ Differentia ue
ro inter ipsum ⁊ illum qui est ante ipsum est sicut
differentia inter petitiōem cibi a corpore sano vt
sit loco resolutiōis naturalis ex eo ⁊ petitionem ci
bi a corpore debilitato a solutione ⁊ fluxu sangui
nis. Primus enim duoꝝ somnoꝝ petit restauratio
nem solutionum vigiliaꝝ ⁊ est res naturalis. Et
secundus petit restauratiōem resolutionis laboris
⁊ nō est naturalis. ¶ Et quandoqꝫ accidit somnus
nō naturalis absolute ⁊ est vt sit reditus spiritus
animalis ab instrumentis propter causam infrigi-
dantem substantie spiritus cōtrariam aut extrinse
cus aut ex medicinis infrigidantibus ⁊ instrumen
ta adipiscūtur frigus incōueniens penetratiōi spi-
ritus vitalis ī eis secūdum modum suum renouan
tem infusionem spiritus in eis addunati corrūpen
tis cōplexionem qua recipit virtutem animalem.
s. spiritus a principio quare residuum redit ad ꝓ
fundum pectoris ⁊ fit piger ad dilatatiōem propť
frigus complexiōis ⁊ hoc est stupor. Et quandoqꝫ
etiam accidit propter causam humectantem instru
menta ⁊ ꝑturbantem substantiam spiritus ⁊ oppi-
lantem viaz eius ⁊ laxantem substantiam neruoꝝ
⁊ lacertoꝝ ⁊ mollificatio quam sequitur oppilatio
⁊ cooperimentum que prohiberet spiritum pene
trare quoniam spiritus ipsius substantia iam est in
grossata ⁊ perturbata. Et quoniam instrumēta eiꝰ
iaz sunt corrupta propter humiditatem ⁊ laxitatē
eoꝝ simul. ¶ Et iste est somnus ebrietatis ⁊ acci
dit qď est huic accidenti proximū propter nimiam
stomachi repletionem ⁊ prolixitatem more cibi in
stomacho: hoꝝ aūt subet remouetur vomitu. Et
hee due cause qum firmantur sunt causa qua pluri
mum accidit subet. Quandoqꝫ etiam adunatur fri
gus ⁊ iuuat ipsum humiditas simul in causis sōni.
verūtamē causa antecedēs tunc est ex frigore ⁊ iu
uat ipsum humiditas. ¶ Sicut aggregatur in vi-
gilijs caliditas ⁊ siccitas ⁊ est causa vera ipsa calidi
tas quā iuuat siccitas. ¶ Subet perterea sunt cāe
alie ex quibus est vehementia paxismoꝝ febris ⁊
euentus nature cum essentia super suam egritudi-
nem ⁊ ipsius cōpressio sub materia ⁊ seq̇tur ipsam
spiritus animalis sicut dictum est ⁊ proprie si ma-
teria febris est frigida phlegmatica ⁊ ipsa quidem
nō calefacit nisi cū putredine. ¶ Et quandoqꝫ fit
propter malitiam humoꝝ ⁊ vapoꝝ ascendentium
ad anterius cecebrum a stomacho aut pulmone in
egritudinibus suis ⁊ reliquis membris. Et quan-
doqꝫ fit ex multitudine uermium ⁊ ascariduz.
¶ Et quādoqꝫ fit ex coartatiōe cerebri ipsius sub
osse cranei: aut lāina eius: aut cortice ipsius qū ce
rebro aduenit percussio ⁊ vehementior ventriuz
ad faciendum subet apud incisiouem est vehemē
tior eoꝝ ad faciendum subet apud cōpressionem.
Et quandoqꝫ fit propter vehementem dolorez ꝑ
cussionis euenientis lacertis temporis: aut secūdū
cōitatem lesionis in ore stōachi aut in matrice qua
re cōtrahitur ex eo cerebrum ⁊ oppilat vias spiri
tus sensibilis taliter ꝙ cū ea fit difficilis motus spi
ritus ad procedendū. Et quandoqꝫ fit propter ve
hementem debilitatem spiritus ⁊ resolutionez ip
sius quare fit difficilis eius dilatatō. Et quoniam
primi sensuū qui priuantur in somno ⁊ subet sunt
visus ⁊ auditus: oportet tunc vt sit impedimentū
in subet in anteriore cerebro ⁊ propter cōitatem
corruptionis imaginationis. Nam si non esset cō-
munitas anterioris cerebri ⁊ nō accideret nocūen
tum nisi posteriori parti nō oporteret vt visui ⁊
auditui proueniret priuatō neqꝫ esset somnꝰ immo
esset destructō motus ⁊ tactus solūmodo ⁊ essent
sensus reliqui cū dispositionibus suis sicut cōtin-
git in egritudibus cōgelationis ⁊ sochos ⁊ non eēt
nocumentum qď subet affert sensui vltra nocu-
mentum qď infert motui. Nam ipse destruit sen
sum omnino ⁊ nō penitus ďstruit motum remāet
enim incolumis in anhelitu. ¶ Et oportet q̇dem
ne oppilatō proueniens in subet sit cōpleta neqꝫ cū
multa spissitudine ⁊ si nō fiet nocumentum in an-
helitu. ¶ Omnis aūt subet ex cōplexione pendēs
est propter frigus primo ⁊ propter humiditatem
secūdo. Amplius quandoqꝫ fit permutatō ad subet
sicut ex peripneumonia ⁊ pleuresi ⁊ similibus. Et

quidam hominum sunt quoꝝ humores dū sedent sunt fracti non nocentes quare cooperit eos dormitatō. Quūqꝫ se prosternunt profundatur calor innatus ⁊ feruent ⁊ excitantur vapores cerebri quare somnus non ipm̄ cooperit ⁊ precipue in eo qui non est sicce cōplexionis. Qum ergo multiplicant̄ cooperture somni indicat egritudies: ⁊ sicut aqua granatoꝝ tardante in stomacho que retinet vapores ⁊ liberat a vigilijs. ¶ Et nos quidem iam diximus qualiter oportet esse formā iacentium supcibum. Nunc aūt dicemus ꝙ vsus resupinationis multotiens ledit dorsum ⁊ laxat ipsum. Cuius quidem cura ē vsus surgēdi plurimus. ¶ Ex somno preterea in sole timetur capiti ⁊ qui fit in luna facit posidere screatum sanguinis qui fit cū rascatiōe propterea ꝙ luna mouet humores ⁊ causa quidez sonitus gutturis est coopertura oris canne quare spiritus non egreditur nisi in voce humiditatis.

De signis spetieꝝ subet. C. ij.

Si aūt subet fit ex frigore puro extrinsecus: eius signa sunt vt fiat pp̄ sucessionez frigoris vehementis aduenictis capiti exterius aut propter frigus intra corpus ⁊ cerebrū: ⁊ non inuenitur in fatie inflāmatō neqꝫ ī palpebris etiam est color viridis ⁊ pulsus est extensus tendens ad duritiem cum raritae vehementi. ¶ Et si subet fit ex frigore potus alicuius medicinarum narcoticaꝝ que sunt opiuz ⁊ hyusquiamus ⁊ radix mandragore ⁊ semē mandragore ⁊ nux metel ⁊ fūgus ⁊ lac in stomacho acetosum ⁊ coriandrum hūidum ⁊ semē psilij multum significatur signis que dicemus de vnaquaqꝫ eaꝝ in capitulo de venis. Et vt subet fiat cū alijs accidentibus presocationis ⁊ viriditatis extremitatuz ⁊ frigiditate eaꝝ ⁊ apostemate lingue ⁊ pmutatiōe odoris ⁊ fit pulsus cū casu formicans debilis non cū raritate immo frequens habens frequentiam ventriculosi formicantis: Et si fuerit rarus non erit ei odor neqꝫ fortitudo: Immo redit ex raritate ad spissitudinem ⁊ ex spissitudine ad raritatem. ¶ Scias ergo si aliqd̄ hoꝝ in potu datum est: aut ipse per se bibit ⁊ medicetur totum illud cū eo qd̄ dicemus in capitulo de venenis. ¶ Sunt aūt quidam qui dicunt ꝙ subet frigoris puri est leuior subet materiei humide. Sed sermo ille non est vehemēter sanus: Immo quandoqꝫ est fortis valde. Et omnes quidem subet facte ex frigore cerebri in substantia sua aut propter medicinam ebibitam sequitur corruptio ī cogitatione ⁊ memoria. Quod si subet sit ex hūiditate pura sunt eius signa vt non videatur signa sanguinis neqꝫ grauitas phlegmatis. Si aūt fiat ex phlegmate scitur illud ex precedenti repletione ⁊ nimia stomachi sacietate ⁊ multitudine potus ⁊ lenitate pulsus ⁊ ipsius fluctuatiōe cū latitudine ⁊ scitur ex profundatione subet ⁊ grauitate ipsius ⁊ inflatione in palpebris ⁊ frigiditate tactus ⁊ regimie precedente ⁊ etate ⁊ regione ⁊ reliquis. ¶ Ex sanguine vero factus scitur ex inflatiōe venaꝝ que dicuntur guidez ⁊ rubedine oculoꝝ ⁊ maxyllarum ⁊ rubedine lingue ⁊ sensu calamitatis in capite ⁊ similibus illis que sciuisti. ¶ Et si cum hoc sanguis ⁊ phlegma coniungant̄ aggregatiōe apostematum videbis signa karabiti ⁊ lethargie ⁊ subet asabari. ¶ Quod si causa in ipso fuerint vapores pulsi ex corpore in febribus ⁊ proprie apud dolorē pulmonis ⁊ apostema in ipso nominatum peripneumonia aut uapores stomachi scies totū suis signis. Nam si est ex stomacho precedunt ipsum vertigo ⁊ schotomia ⁊ tinnitus ⁊ phantasie ⁊ est leuis apud famē ⁊ augmentatur apud repletiōem. ¶ Si vero est ex parte pulmonis ⁊ pectoris precedunt ipsum dolor grauis ⁊ dolor in partibus pectoris ⁊ strictura spiritus ⁊ tussis ⁊ accidētia pleuresis ⁊ pipneumonie. Et similiter si fuerit ex epate precedunt ipsum significationes egritudinis in epate. ¶ Et si est ex matrice precedunt ipsum egritudines matricis ⁊ eius repletō. ¶ Qui aūt fit ex percussione facta super halhema aut super tempus scitur suis significationibus. ¶ Et differentia quidez īter subet ⁊ apoplexiā est ꝙ habente subet possibile est intelligere ⁊ excitari ⁊ sunt motus eius leuiores sensibus suis. Apopleticus autem priuatur sensu ⁊ motu. Et omnino differentia inter habentem subet ⁊ illum in quo est malefactō propter dbilitatem cordis est ꝙ pulsus habentis subet est fortior ⁊ similior pulsibus sanoꝝ. Et pulsus habētis sincopiz est debilior ⁊ durior ⁊ sincopis prouenit paulatim cum mutatione coloris redentis ad citrinitatem ⁊ ad similitudinem coloris mortuorum ⁊ infrigidantur extrema. In subet aūt non alterat̄ color faciei nisi ad illud quod est bonū ⁊ non exiccatur frustum faciei ⁊ nasi neque mutatur a forma dormientium nisi paruo tumore ⁊ inflatione. Et differentia quidem inter habentem subet ⁊ illā cuius matrix est presocata: est ꝙ possibile est ꝙ habens subet intelligat ⁊ loquatur si precipitur. Illa vero cuius matrix est presocata intelligit cum difficultate ⁊ non loquitur penitus ⁊ est motus ⁊ pprie motus colli ⁊ capitis ⁊ pedum facilior in eo q̇ habet subet ⁊ sensus ⁊ apertō palpebraꝝ facilior ī habentibus matricem presocatam: ⁊ est presocatō matricis causa eueniens subito ⁊ indicat potestatez sui ⁊ finitur aut minoratur ⁊ subet extēditur ⁊ fit introitus in ipso in profundatiōe gradatim ⁊ incipit a somno graui nisi causa eius sit frigus subito eueniens aut medicina ebibita. Scias ergo illud.

De cura subet ⁊ sōni grauis facti in febribus: C. iij.

Subet aūt que accidit ab egritudine existēte in aliquibus membris. Semita cura ē pueīre ad mēbrū illud cū regimie ut spurgetur ⁊ remoueatur qd̄ in ipso est ⁊ confortatio cerebri ita vt materiam non recipiat. Et illud quidem verbigratia fit cum oleo rosˀ. ⁊ aceto plurione oleum dormire faciat ⁊ precipue qum ipsum ē solum cū expressionibus fructuum cōfortantium ⁊ post illud adhibeantur embroce infrigidatiue. ¶ Deinde fiat permutatō ad resolutiua si fuerit ī cerebro retentum aliquid ⁊ tu quidem iam sciuisti omnia illa in canone. ¶ In eo aūt qui fit in febribus ⁊ in principio piodoꝝ oportet vt īcipiatur a ligatione extremitatum ⁊ a motu sternutationū assidue ⁊ odoramento aceti ⁊ vaporis eius ⁊ unctiōe capitis cū oleo rosˀ ⁊ aceto plurimo aut aqua

acreste aut aqua granati ⁊ stipticoꝝ. ¶ Ille aūt q̄
sit ꝓpt̄ potū narcoticoꝝ curāt̄ s̄m illō narcoticuꝫ ⁊
det̄ egro ad potādū tyriaca ipsi9 qđ dicti sum9 ī li
bro. iiij. ¶ Subet aūt facti ex frigore extrīsecus
aduēiēte cura ē pot9 tyriace ⁊ mithridati ⁊ diamu
schi ⁊ embrocetur caput cum aquis ī quibus cocta
sunt ruta ⁊ castoreum ⁊ piretrum ⁊ vngatur ca-
put cum oleo de ben ⁊ oleo de duabus spicis cuꝫ
castoreo ⁊ squilla ⁊ oleo muscellino ⁊ oleo costi
no cum castoreo. Et similiter adhibeantur empla
stra facta ex castoreo ⁊ squilla ⁊ muscho ⁊ sint ca-
storei partes. ij. ⁊ squille pars. i. ⁊ muschi quan
titas parua ⁊ odoret muschū assidue ⁊ vtatur eis
que dicta sunt in calefactione complexionis cere-
bri. Sed est labor absq; facilitate. ¶ In illo auteꝫ
qui factus est propter dominium sanguinis opor-
tet vt incipiatur a phlebotōia cephalice ⁊ ventoſ
crurium aut phlebotomia saphene ⁊ vtatur cliste
ri temperato ⁊ subtilatione cibi ⁊ vtatur eo qđ
torrefactum est. ¶ Illum aūt qui factus est propt̄
dominium humiditatis pure que non est cum ma
teria oportet ut cures cū emplastris factis ex casto
reo ⁊ flore squināti ⁊ costo ⁊ nuce cupressi ⁊ sauīa
⁊ euforbio ⁊ piretro ⁊ desiccetur cibus ⁊ alienent̄
olea ⁊ embroce nisi cum cautella: humectatio eni
que est in oleis quandoq; vincit virtutem medici
naꝝ nisi sit valde fortis. Et oportet vt admistra-
tio fiat vnctionis capitis ⁊ rubificatiōis eius ⁊ odo
rationis muschi. Et si fuerit humiditas cum mate
ria phlegmatis oportet vt euacues cuꝫ clisteri for
ti prius ⁊ ingēietur vt euōat: ⁊ pluriuꝫ ei9 qđ ex
phl'ate ē ī stōacho oꝫ ut euōat cū eo qđ phlegma
incidit ex eis que dicemus ī loco suo ⁊ administra
cōicāt oīa q̄ ſunt ex apāte ⁊ materia vbicūqꝫ ſint.
Quod ſi cā fuerit vētoſitas ſignificabūt ipam ſo
nitus ⁊ tinnitus ⁊ qđ erit nō cōpar g̃uitati. Et ſi ē
vlc⁹ ⁊ bothor ſig̃t ipaꝫ pruritus cū dolore. Oppi
latō vero multotiens fit ſine g̃uitate: ⁊ qñꝫ fit cū
g̃uitate. Et qñ nō eſt g̃uitas ⁊ eſt nocūentū ⁊ nō ē
illic malitia cōplōnis vincentis tūc eſt ex oppilatō
ne. Et r̃gimē añcedēs qñꝫ ſignificat ipaꝫ. Et ſi op
pilatō eſt ex carbūculo ⁊ ſimilib⁹ ſig̃t ipſam pulſa
tō: ⁊ ſi eſt ex ſanguine ſig̃t eā curſus ſanguinis añ
cedens. Et illā que eſt ex malitia cōplōnis ſingu
laris ſig̃t dolor in ꝓfundo ſine g̃uitate ⁊ nō eſt ex
tenſio. Et ſi eſt frā ledit a frīs ⁊ fit fortior in frīo
rib⁹ ꝑtib⁹ diei. Et ſi eſt calida eſt ecōtrario ⁊ ſen
tit inflāmatiōem ⁊ mordicatiōem. Et ſi illic ē ma-
teria ſentit cū hoc g̃uitas: ⁊ ꝓpe qū ꝓſternit i ora
tioneꝫ. Et eius quod eſt a ſiccitate ſignū eſt vt ſit
poſt vigilias ⁊ ieiunīū ⁊ cū detūeſcētia faciei ⁊ ocu
li. Et illđ cuius cā eſt vermis ſig̃t aſſiduatō cōmo
tiōis cū exitu vermis in quibuſdā horis.

De cura. C. v.

[D] Icamus ꝑmū ꝙ oꝫ vt ſint oīa que . diſtil
lant in aurē tepida nō frigida necꝫ calā.
Et hoc dem̄ eſt vniuerſale. Deinde di-
ſtinguamus rem in ipō. In eo quidē qđ cholīcū ē
oꝫ vt euacuet cholā cū ſolutiuo uentris. Plurimū
eniꝫ accidit in ipō ſolutō nature ⁊ remouet cum ea
ſurditas ſicut multotiens accidit flux⁹ cholīc⁹ ⁊ re
tinet ⁊ accidit inde ſurditas. Qđ ſi illic eſt calidi-
tas tm̄ tūc cū infrigidātibus curet ex oleis ⁊ alijs:
aut cū ſucco g̃nati cuius ſucc⁹ reducatur in cortice
ſuo cū aliꝙ̇to aceto ⁊ ture ⁊ olō roſ. ⁊ đcoq̃t dōec
ſtet ⁊ diſtillet i eā ⁊ diſtillt̄ i ipā aq̄ lactuce aut aq̄
ſolatri. Illi aūt qđ ſcm̄ ē a frigoꝛ ⁊ materia frā cō
ferūt oīa olea calida in quib⁹ diſſolutū eſt caſto-
reū: ⁊ ꝓpe oleū balſami ⁊ coſti ⁊ oleū amigdalaꝝ
amaraꝝ ⁊ ſucc⁹ apſinthÿ ⁊ oleum camemillinum
cum adipe vaccino et felle taurino: aut oleum
ſiſaminum in quo decocta ſit pulpa colloquinti-
de aut radices eius. Et qñꝫ cōfert in ipō vrīa tau
roꝝ qñ in ea diſſoluit myrrha ⁊ ponit diſtillatō ⁊

ſucc⁹ cucūeris aſinini: ⁊ totū illđ fiat poſt euacua
tiōem materiei frē ſi fuerint coarctata cū euacuati
uis que ſciuiſti cōib⁹ corpori: ⁊ ꝓprie ꝑtib⁹ capi-
tis: ⁊ poſt admiſtratiōem ēbrocaꝝ quas ſciuiſti ei
⁊ ꝓpe illa i qua pōnūtur folia lauri ⁊ g̃na ei⁹. Et
exercitiū eſt vehemētis iuuaminis in illo: ⁊ ſimili
ter vociferatō vehemēs i aure ⁊ clangores bucci
naꝝ ⁊ ſimilia. Et qñꝫ pōit in aure caput ēbube vt
ad ipam ꝑuenire faciat vaporē decoctiōum reſol
uentiū. Et cōfert oīb⁹ illis ſucc⁹ rute cū melle et
caſtoreo ⁊ oleo anetīo ⁊ vrina capna ⁊ felle ei⁹ et
ꝓpe cū galbāo. Et ex eis que expta ſunt in hoc ē
vt ſumat caſtorei pōd⁹. ʒ. iij. ⁊ nitri pōd⁹. ʒ. i. ⁊
ſ. fiat ex eis quaſi troc. ⁊ adminiſtrent diſtillādo
⁊ in alia deſcriptiōe hellebori tres q̃rte. ʒ. i. ⁊ ni-
tri. ʒ. iij. Et etiam ſumat cōdiſi ⁊ croci ⁊ caſtorei
oīum ꝑtes equales baurac ꝑtes. iiij. diſſoluantur
cū vino ⁊ adminiſtrētur: aut aloes ⁊ caſtoreum et
pulpa colloquintide ⁊ euforbiū ⁊ fel vaccinuꝫ. Et
iā expta ſunt olīū rhaphāinū ⁊ oleū de ſtaphiſagria
⁊ fuerūt uehemētis iuuāinis aut ſucc⁹ apſinthÿ aut
decoctō ipius: aut ſucc⁹ rhaphani cū ſale ⁊ ꝓpe qñ
eſt infuſio ⁊ oppilatō. Et iā exptū eſt in hoc vt fi
at liciniū ex ſinapi cōtrito cū ficub⁹: ⁊ qñꝫ addit in
ipō nitrū. Et diſtillare aquā marinā in eā eſt iuua
tiᵐ. Et hellebor⁹ niger ⁊ fella ſunt iuuatiua ⁊ ꝓ-
ꝑe fel capnū cū oleo roſ. Quidā aūt exiſtimaue-
rūt ꝙ qñ bullit iunipus in oleo ſiſamīo in cochlia
rio ferreo tādiu dōec denigret iunipus eſt diſtilla
tō cōferēs ſurditati. Et ex eis quidē que ad illud
cōferūt eſt oleū anetinū ⁊ laurinū ⁊ de lilio ⁊ nar
dinū cū caſtoreo aut ſpūa apſinthÿ aut ſucco rute.
¶ Et facti cā ſiccitatis cura aſt adherere balneo et
cibo ⁊ vino hūectatiuo ⁊ effuſio olei eq̄lis ⁊ aque
tepide ſup caput ⁊ caputpurgiū cū eis que ſunt ſi-
cut oleū nēufarinū ⁊ de ſalicib⁹ ⁊ de ſemine cucur
bite ⁊ alijs factū cā oppilatiōis curetur cū eis que
dcūtur in caplō de oppilatiōe ⁊ cōfert ei ſucc⁹ g̃-
noruꝫ canabis ⁊ ſucc⁹ colloquintide hūid⁹ eſt iuua
m̄tū valde bōum. Et qñ accidit tarax ſubito cō
fert in ipa aqua in qua decoquat apſinthiū aut ſuc
c⁹ apſinthÿ ⁊ miſceat cū eo fel tauri: aut fel ſabot
aut fel teſtudis aut fel tauri cū oleo roſ. aut hel-
lebor⁹ cū aceto: aut ſpoliū ſpentis. Et in facto ſuc
ceſſiōe ſoda cōferūt aqua rhaphāi ⁊ oleū roſ. ⁊ ca
ſtoreū cū g̃nis lauri cū oleo roſ. Et in eo qđ factū
eſt ſucceſſiōe ſirſen oꝫ vt incipiat ab euacuatione
cū hierapic̃: deinde diſtillet in aurē caſtoreū cum
oleo coſtino ſolo: aut rhaphaninū: aut oleū amig-
dalinū dulce ⁊ oleū roſ. ⁊ laurinū aut caſtoreū cū
oleo roſ. Et ex pillīs exptis ei qđ fit ex oppilatio
ne ⁊ hūore ⁊ vētoſitate eſt vt ſumātur turbit. ʒ.
xx. ⁊ colloquintide. ʒ. x. ſarcocolle. ʒ. ij. ⁊. ſ. et
aloes. ʒ. vij. myrobalanoꝝ. ʒ. x. fiant ex eis pillē
⁊ deglutiant. Sitqꝫ potō eaꝝ pōd⁹. ʒ. i. Et dica
mus ſicut a capite iterātes verbū. Qđ ex medicis
cōib⁹ oīb⁹ illis que facta ſunt ex g̃uitate audit⁹ et
dolore eius ⁊ vētoſitate ipi⁹ ⁊ ſōitu ⁊ tinnitu ei⁹
cā materie frē ⁊ frigoris poſt purgatiōem capitis
ſunt vt diſtillet in aurē baurac cuꝫ aceto ⁊ melle ⁊
fel ouiū cū oleo de oliuis ⁊ vino: aut cū olō amig
dalino amaro ⁊ aqua porri aut aqua cepe cū melle
aut lac muliebre ⁊ medicine cōes dicte in capitulo

fãmis ⁊ illd̓ est ꝓpter ãgitatiõeꝫ cadẽtẽ ĩ hũoribꝰ spsis in corpore quiescentibus in ip̃o. Et qñ nõ inuenit natura cibũ aliquẽ cõuertit ad eos ⁊ resoluit ip̃os ⁊ mouet eos. Et qñꝫ accidit sonitus post medicinas quaꝝ ꝓpetas est vt retineat̃ hũores et ventositates in ptibꝰ cerebri. Et cã huius sonitꝰ qñꝫ est ex aure ip̃a: ⁊ qñꝫ est cũ cõitate mẽbroruꝫ aliorum mittentium has ventositates ad ipsam.

De signis. C. x.

In illo quidẽ qui est cõtinuus ⁊ assiduus cã est aliquid st̃ãs in ip̃o cerebro. Si aũt quiescit: deinde excitat̃ post repletioneꝫ aut vacuitatẽ aut motũ: aut qũ calor fit fortis aut frigus tunc est per cõitatem. Amplius forma vocis sig̃t ip̃am: est enĩ qñꝫ quasi sit vox rei ascendẽtis ad supiora. Et p̃l'm eius est cũ cõitate corporis aut st̃õi: aut q̃si vox que resoluit̃ sup seip̃am: aut sicut fragor arborũ ⁊ sig̃t illd̓ abscõsiõeꝫ vẽtositatis. Et si illic est febris aut dolor pducens ad timorẽ tũc sig̃t collectiõem purulentã. Et qñ eius cõstrictõ est fꝫ semitã generatiõis post generatiõeꝫ occultã cõtinuã tũc est ꝓpt̃ hũorẽ viscosum. Illuꝫ aũt qui est ꝓpt̃ acuitatẽ sensus sig̃t defectus caruꝫ vẽtositatũ ⁊ repletiõis ⁊ mũdificatõ auditus ⁊ eꝰ excitatõ apud ieiuniũ ⁊ vacuitatẽ. Factus aũt a siccitate est post euacuatiões ⁊ febres. Et factũ a debilitate scies p supfluitates: ⁊ qñꝫ est cũ cõpl'õe calida ⁊ fit subito ⁊ cum inflãmatiõe ⁊ frã est econtrario.

De curã. C. xi.

Oportet vt oẽs isti vitent solem ⁊ balneũ laboriosuꝫ ⁊ võitũ ⁊ clamorẽ ⁊ repletiõem ⁊ vt leniat naturas suas. In eo vero qui fit ꝓpter cõitatẽ oꝫ vt sit intentõ mẽbri faciẽtis ip̃m ⁊ ꝓpe st̃õi: quare mũdificet̃ ⁊ intendat̃ cerebrũ ⁊ auris quare cõfortet̃. cerebrũ q̇deꝫ cũ aliquo qd̓ sit sicut oleũ myrtinũ ⁊ auris cum eo qd̓ sit vt oleũ amigdalinũ ⁊ similia. Et cõsideret̃ ĩn hoc ad cõpl'onẽ p̓mã: ⁊ intendat̃ illd̓ qd̓ adiuuat illũ s'm canones cognitos ⁊ similiter scm̃ a repletiõe: ⁊ oꝫ vt mũdificet̃ corpꝰ ⁊ caput cũ eo qd̓ scis ⁊ subtiliet̃ regimẽ. Creticꝰ aũt nõ oꝫ vt remoueat̃: q̃m remouet̃ cũ ĩmotiõe febris. In eo aũt q̇ factus est ꝓpt̃ velocitatẽ sensus sunt quidã hõies qui p̃cipiũt vtendũ esse stupefacientibꝰ sicut oleo ros̃. decocto cũ aceto cuius esse p̄dcm̃ est cũ pauco opio: aut misto cũ oleo de bengi ⁊ hyusquiami cõtrito cũ castoreo. Et cõueniẽti9 qd̓ p̃ceperũt est vt sumatur g̃na pini ⁊ castoreũ cũ oleo ⁊ cõterat̃ ĩ aceto ⁊ distillent̃. Factus aũt a pure curet̃ curatiõe sp̃atis ⁊ puris. Factus aũt ĩ cõualescentibꝰ quorũ cõpl'o est sicca si cã eius fuerit siccitas curet̃ cũ nutricatiõe ⁊ hũectatiõe cũ oleis tempatis declinãtibꝰ ad frigus: aut calorẽ s'm necessitatẽ. Si auteꝫ cã fuerit debilitas: tũc admĩstra illd̓ qd̓ tempet cõplexiõem accidentalẽ ex distillatiõibꝰ p̄dictis. In eo vero qui factus est ꝓpter materiam expulsam ad ip̃am in dispositiõe sirsen: aut hũorẽ grossũ viscosuꝫ admistra oĩa p̄dcã ĩ capl'o doloris ⁊ tarax. Et ex eis que ꝓpria sunt illi qui succedit sirsen et febri ꝓpe est succꝰ apsinthij cũ oleo ros̃. aut cum aceto ⁊ oleo de lilio: q̃m est medicam̃ bõum. Ei aũt qui fit ab hũore viscoso frõ appriat̃ trociscus exptus. Et est vt sumant̃ hellebori albi ptes. iij. ⁊ croci. v. ⁊ nitri. x. fiant troc. ⁊ admistrent̃. Et ex medicis cõibꝰ aggregatis ad illũ exptis q̇ est a debilitate: ⁊ ad illũ qui est ab oppilatiõe aut hũore est vt sumãtur gariofiloꝝ ⁊ semis porri amborũ ãñ. ʒ. ſ. muschi danic vnũ ⁊ distillent̃ cũ aqua sãbuci et rute: aut cũ vino. Et similiter cũ decoctõne folioꝝ pini ⁊ decoctiõe folioꝝ alzizar ⁊ decoctione folioꝝ lauri: ⁊ oꝫ vt alienet̃ in oibꝰ eis cẽa. Quidã aũt antiquoꝝ sapientiũ dixerũt nõ est aliquid magis cõferẽs sibilo q̃ medicamẽ alfaudengi dcm̃ ad memoriã. Nã ip̃m est magis iuuatiuũ qd̓ creauit deus ad illd̓: ⁊ cõfert ei distillatõ fcã ex isopo cũ folijs pini ⁊ g̃nis lauri ⁊ attende quod dictũ est in capl'o tarax ⁊ doloris ex curis cõibꝰ et ꝓpe frigidis.

De cura saniei ⁊ pruritꝰ vlcerũ in aure. C. xij.

Quod in p̓mis oꝫ p̄mittere est subtilatio cibi ⁊ admistratõ carniũ ⁊ oleꝝ ex q̇bus generat̃ hũor bõus dulcis laudabilis et iclinatõ regimis ad illd̓ qd̓ oꝫ ex tempata q̃litate. Qd̓ si compl'o facit necessariũ vt sumat̃ aq̃ ordei ⁊ sibi similia fiat ⁊ leuitas exercitij: ⁊ inclina mãꝫ ad nasum ⁊ os cũ sternutatiõibus ⁊ gargarismis. Amplius nõ possunt esse vlcera quin sint appentia sensui: aut sint ꝓfunda ad q̃ nõ puenit̃ sensu. Que igit̃ ex eis manifesta sunt cũ aceto abluunt̃ ⁊ aqua aut oxymelle ⁊ aqua aut vino: aut decoctiõe mellis cũ ros̃ ⁊ myrto: ⁊ post illd̓ suffiet̃ in aures illd̓ qd̓ exiccat sicut dragatũ adustũ ⁊ similia. Et qñqꝫ quidẽ cõfert saniose ⁊ purulente oleũ de semĩe canabis: ⁊ melius est vt nõ repcutiat̃ neqꝫ ꝓhibeat̃ dũ nõ supfluit: imo oꝫ vt abluat̃ ⁊ regat̃ aliq° qd̓ sit sicut aqua ros̃. ⁊ oleo ros̃. Et etiã ex succo folioꝝ oliuaꝝ cũ melle administrẽtur distillatiões. Profunda vero alia sunt ꝓpinqui tẽporis: ⁊ alia sunt chronica. Sed ea que sũt ꝓpinqui tẽporis curent̃ cũ eis que sũt sicut sief memithe cũ aceto: aut collyriũ ros̃. ⁊ myrrha: ⁊ aloes in melle aut vino ponãtur ĩ aurẽ. Et qñꝫ cõfert distillatõ aque vue acerbe in ip̃a: ⁊ ꝓpe qñ põit̃ mel cũ ea. Et simil'r succꝰ folioꝝ salicis aut decoctõ eoꝝ: aut aluminis iameni adusti ⁊ myrrhe amboꝝ. ʒ. i. terãtur cum melle ⁊ põant̃ in lana. aut sãguis draconis ⁊ sp̃ũe maris ⁊ sarcocolle ⁊ baurac armeni ⁊ myrrhe ⁊ turis ⁊ sief memithe ptes eq̃les pulverizẽtur super liciniũ inuolutũ sup radiũ infusuꝫ melle ⁊ põant̃ ĩ aurẽ. Qd̓ si dolorẽ habuerit curet̃ cũ scoria ferri cõtrita in ea multotiens ⁊ misceat̃ cũ eo qd̓ exiccat ⁊ sedat dolorẽ. Et illd̓ est sicut admistratõ olei amigdalini cũ myrrha ⁊ aloe ⁊ croco. Et qñꝫ necessariũ est vt p̄misceat̃ cũ eo parũ opij: ⁊ administratõ medicamis capitalis est iuuatiua etiã. Exptũ naqꝫ est cũ eo qd̓ in ip̃o est exiccatiõe cui associatur virtus sedatiua doloris. Et cõferũt etiã ĩ hoc cõposita que diximus in antidotario. Et cõferunt ei troc. andarõ. Et cõfert vt sũat̃ ex nucleis myrobal'. ⁊ gallis adustis cõiunctis cũ oleo alkerua ⁊ fece ⁊ cõfert ei ẽpl'ꝫ de cerusa ⁊ ẽpl'm basilicõ ⁊ cõmista ⁊ distillata. Ea vero que chrõica sunt ꝓfunda antiqua submersa sunt valde mala. Et q̃doqꝫ p̓ducũt ad detegendum os ⁊ sig̃nt ip̃a distillatio

meatuū ⁊ multitudo saniei fetide: quare indigent
eis que sunt sicut alkitran pmistū cuȝ melle ⁊ sicut
fel corui ⁊ testudis ⁊ eoꝝ admistratō cū lacte mu
lieris: aut cordūeni ⁊ nitrū mista cū ficubꝰ mūda-
tis a gnis ⁊ fiat ex eis liciniū ⁊ admistret̄ post mun
dificatiōem sordis ⁊ similiter in medicinis. Et ex
medicinis fortibꝰ in hoc caplo est scoria eris cum
arsenico ⁊ melle ⁊ aceto: aut rubigo ferri aut sco
ria ferri ipiꝰ frixa cōtrita sicut pluis post frequētē
frixiōem multotiēs facta cū aceto vini dōec fiat si
cut mel ⁊ distillet̄ in aurē. Et qn̄ȝ est necessarium
emplm̄ de flore eris: ⁊ illud est qn̄ antiquat̄ ⁊ sor
didat̄. Et ex eis que sunt media in hoc caplo ē alu
mē adustū cū eq̄litate sui de melle. Et qn̄ȝ addit̄ i
ipo dactilus: ⁊ fortior illo est cōpositō huiꝰ flo-
ris eris corticū eris aboꝝ an̄. ʒ. iiij. succi porri. ℥.
i. mellis puri. ℥. i. admistret̄. Qn̄ aūt multiplicat̄
pus valde: tūc necessaria est admistratō liciniȷ̄ i fel
le taurio submersi: aut distillatiōes ex vria infan
tiū. Et fortius eo est scoria ferri abluta ⁊ frixa in
sartagie multotiēs qn̄ decoquit̄ in aceto ⁊ admini-
strat̄. Et qn̄ cū pure antiquo fuerit dolor funde in
aurē vinū durū cōquassatū cū olo. ros. aut cū aqua
porri: aut cū aq̄ piscis saliti. Et qn̄ȝ dolor facit ne
cessaria esse aloen ⁊ opiū ⁊ crocū cōmisceatur cum
melle ⁊ pōant̄ in ea. Et qn̄ videris hūiditatē reti-
neri ppt̄ medicias phibitiuas exiccatiuas: tūc fun
de in aurē oleū ros. vt cadat crusta: deinde pone
in ea qd̄ generat carnē: ⁊ oȝ penitus ne virus re
tineat: imo phibeat̄ natiuitas eius ⁊ exiccet̄ vlcus
ipius. Et pl'es quidē callidoꝝ medicoꝝ implēt au
rē purulēta pāno phibēdo cursuȝ saniei ab ea. Et
phibent infirmū dormire in illo latere vt nō in
ueniat sanies meatū: quare egredit̄ ad hoc vt de-
clinet versꝰ carnē mollē que est in radice auris: et
facit cueir̄ apa ⁊ pforat ipm post maturatiōem et
curat̄ ipȝ ⁊ sanat̄ cursu saniei ab aure.

De eruptiōe sanguis in aure. C. xiij.

QUandoq; est spes eius aliqua que pcedit
cursu fluxꝰ sanguinis nariū in hoc qd̄ est
creticꝰ. Et qn̄ȝ est a repletiōe poucente
absciꝭiōem vene: aut absciꝭiōem eius: aut aptiōeȝ
ipius: ⁊ qn̄ȝ ē a casu aut pcuꝭiōe.

De cura. C. xiiij.

CReticꝰ quidē nō est cōueniens vt restrin
gat̄ si nō pducat ad debilitatē ⁊ sincopiȝ.
Alius vero restringatur aut cuȝ stipticis
aut cū cauterizātibꝰ: aut cū infrantibus. Stiptica
vero sunt sicut decoctō gallaꝝ cū aqua aut aceto ⁊
decoctō senticis. Et qn̄ȝ miscet̄ cū ea ex vino anti
quo aut aceto: ⁊ similiter sief memithe ⁊ licinium
⁊ decoctō folioꝝ arboris masticis aut gna decocta
cū aceto: ⁊ expressa infrantia non sunt sicut succus
virge pastoris ⁊ arnoglosse cū vino: aut sief me-
mithe ⁊ opiū. Cauterizātia vero sunt sicut succus
albedarūgi: ⁊ ex eis que sunt mirabilia valde est
coagulū leporinū cū aceto: aut succꝰ porri cū ace-
to. Et ex eis que sunt expta ad illd̄ est vt sumant̄
duo renes tauri ⁊ aliquid adipis saliti. Deide assē
tur media assatiōe ⁊ exp̄mat̄ aqua eoꝝ in aurem.

De cura sordis et oppilationis facte in aure. C.
xv.

CUra quidē eius est leuis vt distilletur i
ea oleū amigdalinū de amaris mōtāis p
pe in nocte: ⁊ patiens ingrediat̄ balneuȝ
⁊ pōat aurē sup terra calaȝ vt liq̄fiat sordes. Et
qn̄ȝ cōfert ei insufflatō atrimenti in ea: ⁊ etiā cor
dūeni aur̄. i. baurac armēi medietas aur̄. i. ficuū
albaꝝ q̄tū sufficit ad cōficiendū ea: fiat ide liciniū
aut fundat̄ in ea media. ℥. fellis capni cum oleo ⁊
prassiū cōtritū aut aq̄ prassij: aut soluat̄ baurac cuȝ
aceto ⁊ dimittat̄ dōec q̇escat ebullitō eiꝰ ⁊ misceat̄
cū oleo ros. ⁊ distillet̄: aut misceat̄ baurac cū fi-
cubꝰ ex quibꝰ eiecta sunt gna ⁊ fiant gna pua ⁊ po
nant̄ in aurē et in die tertō extrahant̄: associabitur
eniȝ ei sordes plurima ⁊ succedit ei leuitas mani-
festa. Et qn̄ȝ pōunt̄ in ea cordumeni ⁊ vrtica. Et
ex eis que sunt fortiora illis est succꝰ folioꝝ col-
loquintide tritoꝝ distillatus. Et sumantur baurac
⁊ arsenicū equaliter ⁊ cōficiant̄ cū melle ⁊ liq̄fiant
cū aceto ⁊ distillent̄ in aurē ⁊ expectetur post vna
hora. Deid̄ abluat̄ auris cū aq̄ mell' aut cū aq̄ cal'a
⁊ liciniȷ̄s q̇d̄ fortibȝ nō utaris nisi post euacuatiōē.
Et ex eis est liciniū infusuȝ in pice ⁊ oleo came-
millino ⁊ oleo nardino. Quidā aūt existimauerūt
ꝙ cāfora vehemēter confert altarax ⁊ videt̄ ꝙ sit
tarax chol'ice. Et ex eis quidē que expta sunt ē olū
de scorpiōibꝰ. Ipm eniȝ sanat surditatē. Et ex eis
que cōferūt ad oppilatiōem ventosaȝ sordis est li
ciniū scm̄ ex nasturtio ⁊ baurac ⁊ adheat̄ auri tri
bus diebus. Deinde extrahat̄ ⁊ egrediet̄ sordes
plurima: ⁊ similiter sunt licinia cū melle.

De oppilatiōe accidente in aure. C. xvi.

QUandoȝ fit hec oppilatō sicut que est pp
pāniculū creatū sup foramē. Et qn̄q; fit
ppt̄ sordē. Et qn̄ȝ fit ppt̄ carnē cōgela-
tā. Et qn̄ȝ fit ppt̄ carnē additā ⁊ verrucā. Et qn̄ȝ
fit ppt̄ lapidē aut nucleū cadēteȝ in ea: aut aial in
trās in ea ⁊ morit̄. Et qn̄ȝ est ex hūore grosso vi-
scoso oppilāte foramē: aut meatū nerui ⁊ sentit hō
ac si auris eius sit semp oppilata. Et qn̄ȝ accidit il-
lud post vētū vehemētē.

De cura. C. xvij.

ILla quidē que est ex panniculo aut carne
oppilāte meatū in initō creatiōis est diffi
cilis cure qn̄ est pfunda: ⁊ manifesta est
facilis. Ad intrīsecā vero ingeniū inuenitur cuȝ in
strūento minuto secāte ipam: deinde phibet̄ con-
tinuitas fm̄ ꝙ in primo dicturi sumus. Et si est
manifesta oȝ vt scindat̄ cū cultello spinoso quo ici
dunt̄ hemorroides nasi. Deide tēpta vt bucella
pōat̄ sup quā puluerizatū sit colcotar: aut que pce
dūt cursu eius que sunt ex eis que phibēt natiuita
tē carnis: ꝙ si oppilatō fuerit ex re fixa in ea oȝ vt
distillet̄ in aurē qd̄ sit sicut oleū ros. ⁊ d̄ lilio aut
d̄ alibabici. Et si qd̄ fixū est: est sicut aial mortuū
in ea: tūc effundat̄ in ea ex oleis aliquod qd̄ ea api
at. Deind̄ extrahat̄ cū mūdatorio auris facile. In
fca aūt ab oppilatiōe ppt̄ carnē additā aut verru-
caȝ oȝ vt abluat̄ cū aq̄ calida ⁊ nitro: ⁊ distillent̄ i
ea es vstū ⁊ arsenicū rubeū trita cū aceto vald̄ ita
vt adurat carnē: deide cura vlcus. Et iā dcm̄ ē ꝙ
assiduatō effusiōis fell' porci vald̄ cōfert ei. Et ad
illud q̇dē qd̄ imagiat̄ hō ꝙ auris eius sit oppilata
cōfert distillatō olī de lilio aut fellis tauri i succo

ficle ⁊ succo seminis canabis. Et succo colloquintide inest ꝓpetas iuuandi ad oppilatiōem auris. Si aūt oppilatō est sordities curet̄ cū eo qđ diximus in caplo oppilatiōis ex sorditie: ⁊ ex eis que cōferūt oppilatiōi ex sorditie. Qđ medicina pōt stare tribus diebꝯ in aure ⁊ reliquis est tēta fcā ex nasturtio ⁊ baurac que tribꝫ diebꝯ auri adheīat: deinde extrahat̄. Et ex eis que sunt fortiora illo ⁊ mūdificat neruū etiā sunt troc. de helleboro quorū descriptō. ℞. hellebori albi auī. iiij. nitri auī. xvi. croci auī. iiij. cōfrigat̄ ⁊ terant̄ cū aceto ⁊ fiat̄ inđ tro. Deide qn̄ ē necessariū soluat̄ i aceto ⁊ distillet̄ i aurē: sūt. n. mirabiles valđ. In oppilatiōe vero que fit in creatura: ⁊ est vt creet̄ auris non pforata: aut in creatiōe interius est oppilata iā ex pit̄ opatiōe manus: ita vt pueiat̄ ad discoopiēduz ⁊ pforādū vsqꝫ ad samac iteriorē: ⁊ qn̄z cōferūt: ⁊ qn̄z nō cōferūt.

De attrictiōe accn̄te auri ⁊ pcussiōe. C. xviij.

Hippocrati quidē visuz est vt nō curet̄ cū aliq°. Sed ill̄ qui fuerūt post ip̄m visū est vt illđ curet̄. Et ex eis quibus ip̄i curauerūt est vt sūmatur acatia ⁊ myrrha ⁊ tus et fiat ex eis linimētū cū aceto ⁊ albūine oui: aut medulla panis cū melle.

De pruritu auris. C. xix.

Sumatur aqua apsinthij ⁊ fundatur in eā cū aliquibꝯ oleis: aut bulliat̄ apsinthium cū oleo ⁊ distillet̄ in eaz.

De introitu aq̄ in aure. C. xx.

Ingr̄dit̄ aq̄ in aurē qn̄z qū nō effundit eā ille qui balneat̄ aut abluitur ⁊ ledit: et qn̄z apat̄ radix auriū ⁊ vehementez incurrit dolorem.

De cura. C. xxi.

Ex eis que cōferūt ad illđ est vt cū embuba ita sugat̄ ⁊ extrahat̄ subito: deinde effundat̄ in eā oleū amigdalinum dulce. Et qn̄z extrahit eā tussis ⁊ sternutatō: aut lignum de aneto: aut scissio papyri f̄m q̄titatē palmi vnius. Inuoluat̄ itaqꝫ sup vnā extremitatū eius q̄tū ē tertia sui de cotto ⁊ submergat̄ in oleo: ⁊ ingēiose extremitas altera in aurē mittat̄ cū eo cū q° ingenita est in ea. Et iaceat ille cuius est auris: et altera extremitas in qua est cottum inflāmet̄ igne ⁊ dimittat̄ inflāmari vsqꝫ° pueniat caliditas ad interiora auris: ⁊ tūc extrahat̄ ⁊ egrediat̄ subito: quare egr̄diet̄ cū ea qđ i aure est ex aqua. Et ex eis que iuuant ad illđ: ⁊ ꝓpe in p̄ncipio est vt sumat̄ sclizatoriū aliqđ ⁊ impleat̄ cū eo auris: deinde cōuertat̄ sup eā ille cuiꝯ ē: ⁊ sit saliens donec egrediat̄ totū: ⁊ qn̄z etiā extrahit̄ cū sclizatorio. Intromittit̄ eni caput eiꝯ ⁊ extrahit̄ ip̄ius ppēdicularis: quare extrahit̄ cū ea aqua. Et qn̄z excusat in ea q̄ ꝑ vaca est effusio oleoꝝ ⁊ effusio lactiū tepidoꝝ cōtinue ⁊ ꝓpe qn̄ r̄manet dolor ⁊ remouet̄ eā. Et si dolet illđ vehemēter vaporet̄ auris cū corticibꝯ papaueris ⁊ meliloto ⁊ camilla ⁊ viol̄. ⁊ malua et semine lini ⁊ farina ordei cum lacte mulieris.

De introitu aialiū in aure ⁊ generatiōe verminz in ea. C. xxij.

Quandoqꝫ accidit ꝓpt̄ itroitū puoꝝ aialiū in aurē vehemētia doloris cū anxietate ⁊ motus f̄m q̄titatem aial̄: cum verme vero sentit̄ agitatō.

De cura. C. xxiij.

Et ex eis q̄ oibꝯ illis cōicat̄ ē distillatō alkitrā in aurē. Ip̄m eniz stati sedat motuz aialis in ea ⁊ interficit ip̄m in ꝓximo: et ꝓpe puz. Et similiter distillatō succi cucūeris asinini solius aut cū scamōea: ⁊ similiter sulfur ⁊ aristol̄. longa ⁊ calcadis. Et ex bōis est vt distillet̄ i eā qđ fluit a carne vaccīa assata. Et qn̄z cōfert illi vt accipiat̄ etiā oleū ⁊ sumat̄ in aurē ⁊ sedat in sole patiens. Et succoꝝ melior ⁊ ꝓpe ad vermē est succꝯ radicis capparis ⁊ succꝯ radicis alfarsadab et succꝯ folioꝝ alcok ⁊ succꝯ radicis prūoꝝ ⁊ succꝯ ꝑsici ⁊ succꝯ apsinthij: aut cētauree aut prassi ⁊ succus folioꝝ alboti viridiū ⁊ sinisar ⁊ folioꝝ aloes ⁊ ꝓpe qn̄ decoquit̄ cū aceto ⁊ succꝯ cucūeris asinini ⁊ succꝯ hellebori albi ⁊ decoctō eiꝯ ⁊ epithymi aut succꝯ mētastri cū scamonea: aut succꝯ alsceba: aut succꝯ almarmacor: aut aqua mellis cuz aliquo istoꝝ. Et similiter succꝯ rhaphani ⁊ succꝯ cepe: et ꝓpe alazir ⁊ semē eius aut sem̄ cepe cū aq̄ mell̄: aut aliqđ selliū: ⁊ ꝓpe qū calefit in cōcauitate ḡnati cū pulpa sua. Et simil̄r decoctō ḡnoꝝ capparis recētiū: aut succꝯ eius ⁊ succꝯ lupinoꝝ: aut aloes cū aqua tepida: aut costū tritū multū: aut piretrū. Et oīa hec in verme sūt magis iuuatiua ⁊ fortiora. Et ex eis que expta sunt ad vermez est vt sumātur vini. ℥. ij. ⁊ mell̄. ℥. iij. ⁊ olei rof. ℥. i. misceant̄ cū albūine duoꝝ ouoꝝ ⁊ fiant tepida et ponātur in aurē in lana infusa ex aqua impleat̄ auris: ⁊ cubitet se sup eā querelosꝯ ⁊ nō dormiat: deide subito rapiatur: quare vermis multotiens egredit̄ subito. Et qn̄qꝫ cōfert nocūento vermis effusio succi oleandri aut rubi: aut apsinthij: aut decoctō eoꝝ: aut tritura corticis radicis capparis aut almarmacor cuz aqua sansuci: aut vrina antiqua.

De apatibꝯ que accidūt in radice auris. C. xxiiij.

Hec apata sunt ex genere apatū accidentiū in carnibꝯ mollibꝯ: ⁊ ꝓpe i carnibꝯ glādulos̄ ⁊ nōiat̄ veditus ⁊ nōiat̄ nascentia auris. Et fortasse cōsequet̄ qn̄z ex vehemētia doloris eius vt interficiat. Et huius quidē multotiens p̄cedit cōmistō intellectꝯ ⁊ ip̄m apa scm̄ in samac plus interficit adolescētes q̄ iuuenes: qm̄ est in senibꝯ leuius. Sed adolescentes sunt calidioris cōpl̄onis: ⁊ materia apatū eoꝝ doloroso ꝝ est acute q̄litatis ⁊ vehemētiꝯ dolorosa ⁊ minus tollerat̄ vsqꝫ° collectiōem faciat. Et apatū que fiūt sub origine auris magis incolūe est illđ quod est f̄m semitā cris̄ bōe.

De cura. C. xxv.

Illđ quidē qđ est a crisi cū qua nō est signū maturatiōis: aut p̄cedit hora cris̄ est malū. Et hec apata oīo qn̄qꝫ fiūt a mā sāguica: aut chol̄ica. Et qn̄z fiūt a mel̄ia: aut a phl̄ate. Et sign̄t illđ qđ sanguineū est rubedo ⁊ ḡuitas ⁊ expulsio eius ad cōpssiōem ⁊ cōstrictiō in meatibus. Et sign̄t chol̄icū: ⁊ scm̄ a sanguine subtili dolor mordicatiuus fistulosus sine grauitate ⁊ non

cõstrigit meatus. Sed est cũ inflãmatiõe vehemẽ
ti. Et phlaticũ est cũ tremulitate ⁊ lenitate ⁊ pauci
tate rubedinis. Et melicũ est cũ duritie ⁊ paucita-
te doloris. Et est ex eis in quibꝰ ſm pl̃m oȝ vt in
tendat̃ in infr̃atiõe ⁊ attractiõe eius nõ in repletõ
ne ipiꝰ qũ sit materia effusa ad ipm̃ supfluitas mẽ
bri ṗncipalis: ⁊ ṗpe in crisibꝰ egritudinũ eiꝰ sicut
illḋ qḋ accidit crisi lethargie multotiens. At nos
quideȝ iã ĩnuimus ad cognoscendum hoc in libro
vniuersaliũ. ¶ Oportet ergo ne intendas ad curã
eius inq̃tũ exigit curam apostemosam adhibendo
stiptica ⁊ apocrustica in ṗncipio. Deinde cõpositõ
neȝ rẽgimis: deinde resolutiõem purã. Immo oȝ
vt incipias ⁊ ṗpe qũ accidit in febribꝰ cũ dolore
capitis: ⁊ adiuues ad extrahendũ materiã ad ãpata
cũ oĩ ingenio etiã cũ vẽtoꝝ si nõ fuerit velocis at-
tractiõis. Et oȝ vt minores materiã cũ minutiõe
si ipa fuerit necessaria. Si auteȝ vehemẽtis fuerit
aduẽtus ⁊ attractiõis dimitte eã ſm materiã suam
vt nõ faciat euenire dolorẽ vehemẽtẽ quo febris
duplicet̃. Immo oȝ vt sis contentus si fuerit il-
lic dolor vehemẽs eo qḋ mollificat ⁊ sedat dolo
rẽ qḋ sit ex eis que sunt calĩa ⁊ hũida. Et si fuerit
initiũ eius cũ dolore vehemẽti sis cõtentus vapo
ratiõe cũ aqua fr̃a pura: ⁊ si fuerit lenis sis cõten
tus vaporatiõe camemille: aut medicamĩe albacu
en: aut diachilõ ⁊ empl̃o memithe: ⁊ si nõ fuerit
vehemẽtis leuitatis ⁊ apparuerit ei caput tũc ad-
mistra illḋ qḋ est inter glutinatiõe m et carminati
oneȝ ⁊ qḋ est magis cõferens ⁊ magis maturans.
Et huiusmodi est sicut farina tritici ⁊ lini cũ siru-
po mellis: aut aqua fenugreci ⁊ malue ⁊ cãemille:
q̄ si existimat̃ q̄ nõ resoluatur: imo suppruatiõeȝ
faciat: tũc necessariũ est in ipo vt extrahat̃ pꝰ: aut
cũ resolutiõe subtili si est possibile aut laboriosa:
et ẽt cũ incisiõe ⁊ suctiõe. Et ex eis que extrahunt
penitus ab ipo post sectiõem aut aptiõem est me-
dicamẽ. Et ex eis que sunt cõuenientia ĩ hac egri-
tudie cũ sua attractiõe ⁊ resolutiõe sua ⁊ ṗpetate
sua est stercꝰ capñũ ⁊ adeps anseris ⁊ galline: ⁊ ex
eis est nora ⁊ kach ⁊ adeps vaccinus nõ salitus. In
egritudie aũt antiq̃ necessaria sunt cinis ostracoruȝ
⁊ alguadabi cũ melle ⁊ adipe antiquo aut sumãt̃ fi
cus ⁊ coq̃tur cũ aqua marina: aut admĩstret̃ ãmo
niacũ solũ: aut cũ alio: ⁊ simil'r pix liquida ⁊ bdel
liũ cũ sordibꝰ aluearioꝝ ⁊ storax liquida ⁊ medul
la cerui. Si aũt fiãt scrofule ⁊ figant̃ tũc accipe em
pl̃m cuius elemẽta sunt huiusmodi viscꝰ albotin
⁊ pix ⁊ g̃na lauri ⁊ staphisagria ⁊ gũmi ⁊ cyminuȝ
⁊ pip ⁊ radices ſpẽtarie ⁊ galbanũ ⁊ coriandruȝ et
cordũeni ⁊ cinis corticis radicis capparis ⁊ piretri
⁊ stercus ouiũ ⁊ stercꝰ capñũ ⁊ adeps ⁊ ṗpe adẽps
porcinus ⁊ capraꝝ ⁊ hircoꝝ mõtanoꝝ ⁊ ṗre meli
coꝝ. Et similiter cerebella gallinaꝝ ⁊ alcubugi et
vaccaꝝ cerebella: ⁊ ṗpe silues triũ. Et olea ad il-
lud quidẽ qḋ est calidioris materiei cũ oleo ros. ⁊
viol. Et ad illḋ qḋ est fr̃ioris materiei cũ oleo ḋ
lilio ⁊ anetino ⁊ camemillino ⁊ de kerua: ⁊ cõfert
his ãpatibꝰ quãdo difficilia sunt empl'ꝫ de resina.

De tremore auris ex vocibꝰ magnis. C. xxvi.

Causa in ipo existit debilitas virtutis aia
lis que est in cerebro aut aduenientis ad
auditum: quare est necessaria cura cerebri cuȝ eo
qḋ cõfortat ipm̃ ſm q̄ sciuisti.

Fen quinta de dispositiõibus nasi.

Tractatus ṗmus de olfatu ⁊ nocũentis ipius ⁊ cur
rẽtibꝰ sicut fluxus.

De anatomia nasi. C. i.

Comprehẽdit anatomiã ossiũ eius
⁊ cartilaginũ eius ⁊ lacerti mouẽ-
tis extremitatẽ eius. Et illa sunt
ex eis a quibꝰ iã expediti sumus.
Et eius quidẽ meatus ambo pene-
trant vsq; ad colatoriũ positũ sub duobꝰ corpo-
ribꝰ cer̃bri similibus duobꝰ capitibus mamille ⁊
velam̃ cerebri illic pforatũ est corã foramie cola
torij vt in ipsuȝ penetret odor: ⁊ deĩde est vna q̃
penetrat ad guttur. ¶ Et anatõia instrũenti quo
fit odoratus. Et illḋ quidẽ sunt duo additamenta
mamillaria que sunt in añriore cerebro ⁊ extẽdũt
a duobꝰ ventribꝰ añrioribꝰ cer̃bri: ⁊ ṗpt̃ illḋ co
lãtur supfluitates in illo forãine: ⁊ ex duabꝰ extr̃
mitatibꝰ eiꝰ r̃cipiũt cer̃brũ ⁊ duo additamẽta nata
ex eo odorẽ cũ attractiõe aeris. Et cerebro quideȝ
ipo inest aeris attractõ vt cõsuet aer calorẽ inatũ
in ipo sicut pulsus. Quãdoq; vero augmẽtat̃ apḋ
clamorẽ ⁊ apḋ p̃focatiõeȝ aeris ⁊ euentatiõem ad
superiora: ⁊ in duabꝰ q̇dẽ extremitatibꝰ nasi sunt
duo trãsitus ad duos lachrymales: ⁊ ṗpt̃ hoc gu-
stat̃ sapor alcohol in lingua. Qualitas vero odo
ratus iã dcã est in capl̃o virtutũ. Sed q̄ odoratus
sit in aere cũ passiõe ipius aut delatione ipius: aut
ṗpt̃ vaporẽ qui resoluitur: illḋ est qḋ ptinet phi
losophis: ⁊ recipiet medicus q̄ odor ẽ in radice p
cõuersiõem aliq̄ in aere ſm viã delatiõis. Deiḋ
adiuuant ipm̃ acuitas vaporis ex eo quod habet
odorem.

De naso. C. ij.

Iam diximus anatõiaȝ nasi ⁊ iuuamẽtum
ipius ⁊ lacertũ mouẽtẽ ambas nares eiꝰ
in eis que p̃terierũt. Et nũc quidẽ nobis
necessariũ est vt dicamus egritudines eius ⁊ cau-
sas eaꝝ ⁊ signa curatiões ipaꝝ.

De qualitate viaꝝ administratiõis medicinarum
nasi. C. iij.

Scias q̄ curatiões nasi alie sũt quibꝰ nõ ẽ
ṗpũ vt fiant p viã nasi sicut gargarisma
ta ⁊ linimẽta sup caput. Et alie sunt que
appṗriant̃ ei sicut sunt vapores ⁊ odoramẽta ⁊ si
cut caputpurgia ⁊ sunt corpora hũida que distillãt̃
in nasuȝ: ⁊ alia sunt suctiões naribꝰ que attrahunt̃
ad nasuȝ cũ attractiõe aeris. Et alie sunt insufflati
ones ⁊ sunt res sicce puluerizate subtilissime vt in
sufflet̃ in nasuȝ ⁊ oȝ vt insufflent̃ in embubaȝ. Et
oĩs cui aliqḋ caputpurgiũ fit: rectius quidẽ est vt
os aq̃ impleat̃ ⁊ p̃cipiat̃ ei vt resupinet̃ ⁊ cõuertat
caput suũ ad posteriora: deinde distillet̃ in nasum
eius caputpurgiũ. Et oȝ vt naribꝰ sugat oẽ quod
põit̃ in nasuȝ ad supiora oĩ mõ ita vt faciat opatio
nẽ suã. Et multotiens quidẽ succedit medicis acu
tis distillatis in naso ⁊ sufflatis in ipo mordicatõ ue
hemens in capite. Et qñ sedat̃ p se ipam: ⁊ qñq;
indiget medicamine quo sedet̃. Et rectius est vt

sit sup caput qũ fit caputpurgiũ ex aliq̃ acuta mordicatiua pãnus infusus in aqua calida. Et qñ𝔷 fricatur añ ip̃m cũ lacte multo sup ip̃m: aut oleo qđ sr̃ ip̃m effundit̃ sicut oleo de g̃nis cucurbite ⁊ oleo roſ. ⁊ oleo de salicibꝰ. Qũq𝔷 caputpurgiũ suam ꝑfecerit opatiõem tũc cõsequet̃ ip̃m distillando in nasu𝔷 lac cũ aliquo oleoꝝ frĩoꝝ.

De nocũento odoratus. C. iiij.

Nocũentũ ingredit̃ odoratũ sicut ingredit̃ reliquas opatiões: impoſſe naq𝔷 est quin odoratus aut destruat̃ aut debilitet̃: aut mutet̃: aut corrũpat̃. Et destructõ quidẽ eius ⁊ ipsius debilitas sunt ꝼm duos modos: aut eni𝔷 destruit̃ ⁊ nõ sentit odores: aut d̃bilitat̃ ⁊ sentit aromaticu𝔷 et fetidũ sensu debili ⁊ corruptõ ⁊ mutatõ eiꝰ ẽt sũt ꝼm duos modos: vnꝰ eoꝝ est vt odoret odorẽ fraudulentũ ⁊ vt nõ sit inuẽtus. Et secũdus est vt sentiat odores qui hõi non sunt bonos sicut ille qui sentit odorẽ stercoris bõu𝔷 ⁊ abhorret aromaticũ. Et cã quidẽ hoꝝ nocũentoꝝ aut est malitia cõpl̃onis singularis: aut est hũor malꝰ existens in añriore p̃te capitis ⁊ in duobꝰ ventribus qui sunt in ip̃a: aut in ip̃is duabꝰ rebus similibus duobꝰ capitibꝰ mamille: aut oppilatõ in osse pforato ab hũore: aut a ventositate aut ab apãte aut a cãcro: aut a natiuitate carnis addite: aut oppilatõ in velamine qđ est supra ip̃m. Et multotiens quidẽ est fcã ex malitia cõpl̃onis singularis ꝓueniens ex medicis administratis ⁊ distillatiõibꝰ distillatis: quare calefit cõpl̃o aut stupefit ⁊ ĩfrãtur: aut faciũt accidere illđ aeres sup̃flue qualitatis. Et qñ𝔷 fit ex ꝑcussiõe aut casu faciente ingredi sup os nocũentum.

De signis. C. v.

Quando accidit hõi vt non comprehẽdat odores: ⁊ accĩt illic cursus sup̃fluitatum ꝼm cõsuetudinẽ tũc nõ est oppilatõ in colatorio. Si aũt inuenit̃ ꝓhibitõ penetratiõis respiratiõis in naso ⁊ nausitas in loquela tũc illic ẽ oppilatõ in ip̃is alchaiasi𝔷: ⁊ qñ retinet̃ cursus ⁊ non fit ꝓp̃t malitiã cõpl̃onis cerebri: aut paucitate𝔷 superfluitatis eius: ⁊ est illđ qđ est sup colatorio aptũ tũc illic ẽ oppilatõ ꝓfũda. Et si cursꝰ ẽ aduẽiens ꝼ𝔷 ꝯsuetudinẽ et ñ ẽ oppilatõ sub alchaiasi𝔷 ⁊ eis q̃ secũt̃ ea: tũc nocũentũ ẽ ĩ cerebro. Cognosce ergo cõpl̃ones eius ⁊ opatiões ip̃ius ⁊ dispositiões eius ꝑ ea que te docuimus. Et similiter si est debilitas in odoratu ⁊ diminutõ tũc si inuenit̃ odor putridus ⁊ naribꝰ sugit̃ fetor: tũc cã in ip̃o est hũor hoꝝ locoꝝ putridꝰ. Et sig̃tur cũ siĺi eiꝰ qđ sciuisti: ⁊ qñ odorat infirmus in egritudibꝰ acutis odores nõ cõsuetos neq𝔷 vsitatos neq𝔷 ab aliquo hñte odorẽ ꝑsente𝔷: ⁊ cũ hoc sentit odore𝔷 qui est sicut odor pisciũ aut luti infusi aut butyri: aut alterius ⁊ sunt illic signa mala: tũc mors ꝓuenit.

De cura. C. vi.

Si cã eius est malitia cõpl̃õis tũc o𝔷 vt curet̃ cũ cõtrario ⁊ intendatur añrior ps cerebri cũ ẽbrocis ⁊ odoramẽtis ⁊ suctiõibus que fiũt naribus ⁊ epithimatibꝰ ⁊ empl̃is p̄dictis in capl̃o curatiõu𝔷 capitis. Et pl̃m quidẽ accidit ex malitia cõpl̃onis ⁊ est vt sit cõpl̃o frĩa: aut ẽ ĩn ãbobꝰ vẽtribꝰ añrioribꝰ totis: aut in ip̃is mamillaribꝰ additamẽtis. Et medicine magis iuuatiue ad illđ sunt caputpurgia facta ex oleis calidis in q̃bꝰ dissoluta sunt euforbiũ ⁊ castoreũ ⁊ muschꝰ. Si aũt cã in ip̃o est hũor existens in ventribꝰ cerebri significat̃ illđ ꝑ illđ qđ dcm̃ est ĩ capl̃o egritudinũ cerebri ⁊ euacua corpus totũ. Si est hũor dominãs in toto corpore: aut cerebro cũ eo qđ educit illũ hũorẽ ab eo ex sibaret ⁊ gargarismis ⁊ caputpurgijs ⁊ suctiõibꝰ que fiũt naribꝰ ⁊ odoramẽtis subtiliatiuis ⁊ similibꝰ ilĺ q̃ iã sciuisti: ⁊ si phlebotõia necessaria est fiat ⁊ redi in oĩbꝰ illis ad ꝑncipia data in cura cerebri. ¶ Et si cã est oppilatõ ĩ osse pforato qđ nõiat̃ colatoriũ administra ẽbrocas apitiuas p̄dcãs in capl̃o curatiõum capitis. embrocet̃ ergo ex eis ⁊ inclinet̃ sup vaporem eaꝝ et naribꝰ sugat ex eis in quibꝰ dissoluta sunt condisi ⁊ pip ⁊ oppoponacũ. Et o𝔷 vt ventose capiti adhibeant̃ post illđ ⁊ fiat gargarisma ex rebꝰ apitis calidis. Et ex eis quidẽ que exptã sunt est nigella infusa in aceto aliquibꝰ diebꝰ: deinde cõterat̃ cu𝔷 eo bene ⁊ misceat̃ cũ oleo. Deinde distillet̃ in nasu𝔷 ⁊ naribꝰ sugat̃ q̃nto plꝰ poſſe ẽ ad superiora et qñ𝔷 terit̃ sicut puluis: deinde terit̃ cũ oleo antiqᵒ post terit̃ vice alia dõec fiat puluis subtilissimꝰ. Et ex eis que exptã sunt est vt sumat̃ arsenicũ rubeũ ⁊ mẽtastrũ ⁊ terat̃ simul valde ⁊ submergant̃ in vrina cameli arabici ⁊ in sole põat̃ totũ illud ⁊ resoluatur oĩ die bis. ¶ Qũq𝔷 medicamẽ exiccauerit vriã𝔷 iteret̃ sup ip̃am vrĩa noua: deinde uaport̃ nasꝰ cũ põder̃. ʒ. i. ex eo: deĩde fricet̃ ex olõ roſ. Et qñ𝔷 laudatur ad oppilatiõem vẽtosa𝔷 caputpurgiũ ex oleo amigdalino amaro mõtão: aut sufflet̃ albarml̃. ⁊ pip albũ mista in ip̃o. Quidam aũt dixerũt ꝙ cortex pulmõis qñ exiccat̃ ⁊ teritur ⁊ insufflat̃ puluis eius in nasum est iuuatiuus. Si aũt cã in ip̃o est hemorroides curet̃ cura hemorroidaꝝ. Ille aũt qui sentit odorifera ⁊ nõ sentit fetida nõ cesses sibi facere caputpurgiũ cum castoreo multotiens vsq𝔷quo rectificetur eius dispositio.

De fluxu sanguinis ex naribꝰ. C. vij.

Fluxꝰ sanguis ex naribꝰ qñ𝔷 fit distillando. Et qñ𝔷 fit fluendo cũ velocitate vehementi. Aut cã d̃nij sanguis feruẽtis cu𝔷 virtute. Et qñ𝔷 fit ꝓp̃t eruptiõem rethis venarũ cerebri ⁊ arteriaꝝ eius ⁊ est ꝼm pl̃m nõ recipiens curã. ¶ Et pl̃m ip̃ius fit successiõe euentus soda ⁊ ĩflãmatiõis ⁊ egritudĩs acute: aut successiõe casꝰ aut ꝑcussiõe. Et secũt̃ ip̃𝔷 accñtia corruptiõis opatiõu𝔷 cer̃bri ꝓculdubio. Et qñ𝔷 ẽ ꝓp vapor̃s calõs eleuatos. Et ille quidẽ qui fit ex arterijs discernit̃ ab eo qui fit a vẽis subtilitate sua ⁊ rubedĩe ⁊ caliditate sua. ¶ Et qñ𝔷 fit rediens cũ piodo. Et qñ q𝔷 fit cadens subito. ¶ Et cursꝰ q̇dem sangis ex naribꝰ est ex dispositiõibꝰ que cõferũt ⁊ nocent. ¶ Nã q̃ inuẽit successiõe eius leuitatẽ capitis post repletiõem ⁊ eq̃litatẽ coloris post rubedinẽ vehemẽtẽ ⁊ eq̃litatem forme post inflatiõem iuuat̃ eo ꝓ̃cipue in egritudibꝰ acutis ⁊ in apãtibꝰ intrĩsecis ⁊ ꝓp̃e sanguĩeis ⁊ cholꝰicis in cerebro: deinde in epate: postea in velamĩe: postea in pulmõe. Iuuamẽtũ eni𝔷 fluxꝰ sangis ex naribꝰ in pleuresi plꝰ est q̃ꝫ sit in peripneumõia. Et fluxꝰ quidẽ sãguis

narium crīs magna ē in egritudibꝰ acutis mltotiēs ⁊ ꝑpe in eis que sunt sicut variole ⁊ morbillus. Qum aūt multus fit succedit citrinitas nō cōsueta aut plūbositas aut obfuscatō ex citrinitate ⁊ nigredine ⁊ extenuatō ptrāsiēs terminū. Et infrant extrema quis fm retineat: eiꝰ tn̄ finis est nociuꝰ. Et in illo cuius color cōuertit in citrinitatē dn̄atur chol'a citrina ⁊ ledit cū extractiōe sanguis minus. Et in illo cuius color cōuertit ad plūbositatē dn̄at ia phl'a. Et in illo cuius color cōuertit ad obfuscatiōem dn̄at ia chol'a nigra. Et isti duo vehement ledūtur p id qd̄ minuit ex sanguine. Et vniuersaliter quidem ille in quo superfluit fluxꝰ sanguis ex naribꝰ est fm timorē debilitatis epatis ⁊ hydropis ⁊ reliquoꝝ. Et corpora vehemētius parata fluxui sanguis nariū sunt chol'ica ⁊ citrina sanguinis subtilis ⁊ iuuat ex eo qui tēpatus est. Et fluxꝰ sanguis nariū sigtores habet sicut splēdor apparēs i vtrisq; oculis ⁊ linee albe ⁊ rubedo ⁊ citrinitas et ꝑpe post soda ⁊ reliq̄ que distinximus vbi locuti fuimus de egritudibꝰ acutis ⁊ crisibꝰ eaꝝ. Et qn̄ q; signt fluxꝰ sanguinis nariū ⁊ dispositiones eius fm dispositiones egritudinū acutaꝝ ⁊ eaꝝ crises. Et ia diximus illd̄ in loco ꝓpo sibi.

De curatiōibꝰ. C. viij.

Cretici quidē ⁊ similis ei qui accidit ex se ipo via est vt nō curet donec strigat: aut sentiat casus virtutis. Et qn̄z cōsequnt iiij. lb. ex eo ⁊ oz vt nō retineat donec vehementer supfluat. Reliqui vero curēt cū medicis retinētibꝰ fluxū sanguis nariū. In eo qui factus est pp pparatiōem corporis ⁊ caliditatez eius oz vt assiduet euacuatō chol'e ex eo ⁊ cōmēsuratō sanguis eius cū cibis ⁊ potibꝰ. Et phlebotōia quidem est melior res qua retinet fluxus sanguis nariū qn̄ sit phlebotōia subtilius ex latere eq̄distāte cōi: ⁊ ꝓpe qn̄ cōtingit sincopis. ¶ Medicie vero cōstringentes fluxū sanguīs narium: aut sunt vehemētis stipticitatis: aut sunt vehemētis infrīatiōis: aut sūt vehementis glutinationis ⁊ igrossatiōis ⁊ coagulatiōis: aut sunt acute cauterizatiue: aut sunt medicie hn̄tes ꝓpetatez eius: aut sunt medicie aggregantes duas intentiōes aut tres. ¶ Medicie vero stiptice sunt sicut succꝰ barbe hirci ⁊ sicut acatia ⁊ sicut balaustie ⁊ lentes ⁊ galle ⁊ sicut succꝰ folioꝝ senticis ⁊ folioꝝ piroꝝ ⁊ folioꝝ cydoniorū et virge pastoris. Infrīantes vero sunt sicut opiuz ⁊ cāfora ⁊ semē hyusq̄ai albi ⁊ semē lactuce ⁊ succꝰ lactuce ⁊ salicis ⁊ aqua floꝝ palme ⁊ alkakile ⁊ arnoglosse: oia nō decocta. Glutinatiue vero sūt sicut puluis molēdini ⁊ farina turis. Cauterizantes aūt sunt sicut atrimētū ⁊ colcotar: ⁊ qn̄ iste cauterizatiue admistratur oz vt admistrent cū cautella. Ipe naz qn̄z faciūt euēir crustā q̄ qn̄ cadit attrahit dterius q̄ꝑ pus. Ille aūt q̄bꝰ inest ꝓpetas sunt sicut stercꝰ asini ⁊ aqua albedarūgi ⁊ aqua mente.

De cura leuis fluxꝰ sanguis. C. ix.

Caputpurgia quidē sic fiant sumat aq̄ florū palme ⁊ acatie amboꝝ an̄. ℥. ß. cāfor ḡ. i. ⁊ incessanter distillentur in nasū. Et ex eis etiā est aqua floꝝ palme cū barba hirci ⁊ cāfora. Et etiā aqua floꝝ cū succo porri. Et etiaz aq̄ salicis amari distillet in nasū ⁊ aqua coriandri. Et etiā succꝰ camomille cū sua dispositiōe nō decocte ⁊ etiā aqua cucūeris ⁊ cāfore. Et etiā succus albedarūgi cū cāfora ⁊ succus arnoglosse cū terra sigillata ⁊ cāfora: aut succus virge pastoris cū eis. Et ex eis que sunt vltima in hoc capl'o est succus stercoris asini recētis. Si aūt sanguis multitudinē senseris tūc flos eris in aceto infusus distillet paulatiz ⁊ etiā admistra caputpurgiū ex trifera balaustie cōtrite optime cū aqua plantaginis ⁊ etiā aqua i qua dissolutū est opiū. Et nō oportet vt sit supfluitas in effundēdo aquā vehemētis infrīatiōis: fortasse eniz coagulabit sanguinē ⁊ cōgelabit ipm in panniculis cerebri. Et hec sunt caputpurgia scripta i antidotario iuuatiua valde. Tente aūt ita sunt fiat tēta ⁊ submergat in encaustro ⁊ pulverizetur sr̄ ipz dragātū donec oia cōmisceant: deinde mittat i nasum: ⁊ etiā sumat succus folioꝝ vrtice ⁊ colcotar ⁊ pili leporis ⁊ stercꝰ asini siccū aut hūidū et succus porri ⁊ olibanū ⁊ fac ex eis tentaz. Et ex eis q̄ sunt expta est tēta fcā ex litō indo adusto ⁊ aqua bedarūgi. Et etiā tenta ex puluere molendini ⁊ farina turis ⁊ aloe cū aceto ⁊ albūine oui. Et etiā tēta fcā ex dragāto ⁊ carta cōbusta ⁊ cortice turis cū aqua albedarūgi ⁊ etiā tenta ifusa aqua rof. ⁊ submersa in colcotar ⁊ aloe: aut tenta infusa aqua porri sup quā est pulverizata mēta cōtrita: aut tēta ex spōgia ⁊ pice liquata submersa in aceto ⁊ fac tētam ex candela alcotrob: aut tela aranee cū colcotar et dragāto ⁊ flore eris: aut sit tenta fcā ex pilis leporis carminatis submersis in ture ⁊ aloe cōfectis cū albūie oui. Et etiā tenta ex draganto adusto duabus ptibus opij pte. i. aggregent oia ⁊ terant cuz aceto. Et tenta ex corticibꝰ oui adustis qui misceātur cū encaustro ⁊ gallis. Ex insufflatiōibus vero est liciniū indū adustū. Et etiā rane aduste insuffla in nasuz. Et etiā puluis molendini: aut terra teste albe: aut nora: ⁊ etiā cortices turis ⁊ carte ⁊ dragāti ptes equales sufflent in nasuz. Et etiaz cortices fructꝰ aldulb exiccati ⁊ contriti oz vt accipiat illd̄ cū submersiōibus sup lanā. Et accipiat sāugo ipius ⁊ pōat in vrceis nouis cū terra sua. Et si est cuz eis terra figuli est melius ⁊ stringat caput eius donec siccet in vmbra ⁊ terat qum necessitas fuerit sicut atomi qui appent in radio solis ⁊ sufflet i nasuz ⁊ cōstirget sanguis statiz: aut cortices oui contriti ⁊ etiam calami aromatici ⁊ semis lilij ⁊ semis rose ⁊ gariofil' omnium an̄. ʒ. ß. myrrhe ⁊ gallarum amborum ana. ʒ. ß. parum muschi ⁊ cāfore ⁊ sufflētur in nasuz diebus cōtinuis: ⁊ qn̄ insufflat insufflatō in ipm tūc cōstringat nasus vna hora et expuat illd̄ qd̄ descēdit ad os. Et oz vt sit insufflatō in embuba vt ꝓhibeat exuberatiōem fluxus sanguis nariū. Ex linimētis vero ⁊ effusiōibꝰ est linimētū sup frōtem huius. ℞. succi folioꝝ salicis ⁊ folioꝝ vitis ⁊ folioꝝ myrti ⁊ aque rof. infrent oia ⁊ apponātur frōti cū pāno lini. Et similiter fiunt ex oibus medicis frīs stipticis ⁊ stupefactiuis notis dissolutis cū succis infrīatis stipticis sicut est succꝰ extremitatū salicis ⁊ senticis ⁊ ramorum vitis ⁊ foliorum piri ⁊ cydonij et virge pastoris linimenta ⁊ empl'a. Odoramenta vero sunt sicut stercus asini recens. Sed impletiones ita sunt. Imple

tur enim cuꝫ capite cãne: aut cũ capitibus palmaꝝ
siluestrium ⁊ distillatur cum cotto papyri: aut cũ
cotto reliquoꝝ que egrediuntur ex plantis. ¶ In
eo aũt qui prauior est illo ⁊ fcũs ꝓpt̃ feruorẽ ⁊ ca
liditatẽ vehemẽtem: aut eruptiõeꝫ arteriaꝝ ne-
cessaria est phlebotõia cephalice que sequit̃ illã na
rẽ minima valde. Et necessarie sunt vẽtose super
posteriorẽ ꝑtem capitis cũ scarificatiõe leui ⁊ sup
mamillã que sequit̃ eã fiat suspensio eius sine sca
rificatiõe. Et qñꝫ oꝫ vt extrahat̃ sanguis ꝑ phle-
botõiã vsqꝫ ad sincopiꝫ ex cephalica ⁊ ex vena spa
tule que est posterius: qm̃ est magis vltima: q̃re
ꝓhibet sanguinẽ eleuari ad caput. Ipa naqꝫ qũ ad
sincopim ꝑducit sedat statiꝫ ⁊ illð in fluxu sanguĩs
nariũ vehemẽtis velocitatis. Immo oꝫ vt succur
rat̃ in hora qũ sentit̃ vehemẽtia flux⁹ senguis na-
riũ ⁊ velocitas eius añq̃ cadat virtus. Sed si nõ
fuerit velox vehemẽter: sed fuerit guttatiꝫ ⁊ fu
erit cũ paxismo oportebit tũc vt fiat phlebotõia
paulatiꝫ vicib⁹ cõtinuis. Et qũ phlebotõia ꝑuenit
ad finẽ sufficientẽ oꝫ vt fiat ꝑmutatõ ad inspissãdũ
sanguinẽ cũ eo qð infr̃at ipm ⁊ cũ eo qð ipm facit
turbidũ q̃uis nõ infr̃et̃ cũ eo qð sit ꝗsicut in nube.
¶ Uentosa vero sanguini d̃ñanti resistere nõ va
let. Immo oꝫ in ꝓmis vt phlebotõia ꝑ extractio
neꝫ paulatiꝫ minuat̃. Deinde põat̃ vẽtosa ⁊ posi-
tõ vẽtosaꝝ sup epar si flux⁹ sanguinis nariũ est a
dextra ⁊ sr̃ splenẽ si ẽ a sinistra sup ambo simul si
est ab ãbob⁹ laterib⁹ ẽ ex nobiliorib⁹ curatiõib⁹
⁊ etiã oꝫ vt strigant̃ extrema ita vt etiaꝫ testiculi
viroꝝ ⁊ mamille mulieꝝ. Et cõstrictõ ambarum
auriũ est valde vltima. Et oꝫ vt admĩstret̃ ẽbro
ca multũ cũ aqua fr̃a. Et qñꝫ necessariũ est vt sede
at hõ in aqua fr̃a infr̃ata cũ niue dõec uiridia fiant
eius mẽbra. Et qñꝫ necessariũ est vt caput eis gyp
set̃ cũ gypso infuso aqua: aut gypso infuso in aceto
⁊ vt effundant̃ sup caput ipius aq̃ infr̃ate cuꝫ niue
dõec stupefiat. Et qñꝫ nõ inuẽit̃ in ipo excusatõ a
tentis fortib⁹ factis ex flore eris ⁊ ab aqua albeda
rũgi cũ cãfora: ⁊ a mũia pura ex q̃ põdere danich
vnius fiat caputpurgiũ: ⁊ ad minus cõuẽit vt te-
neat aquã fr̃aꝫ cõgelatã in ore suo. Et scias q̃ qñꝫ
viuit homo in fluxu sanguĩs nariũ vsqꝫ° egrediã
tur ex eo vltra. xx. lb. vsqꝫ ad. xxv. lb. deide
morit̃. Et qñꝫ sincopis ex qua cadit est cã ad scin-
dẽdum ipm. Cibi vero sint illi qui fiũt ex lentibꝫ
cũ sumac aut aceto: aut acresta: aut similib⁹ illis.
Et caseus recẽs hũid⁹ est ex cibis cõuenientib⁹ pa
tiẽtib⁹ fluxũ sanguis nariũ. Et similiter lac d̃coctũ
dõec ingrosset̃ ⁊ oua elixata ei qui p̃pat̃ ad fluxuꝫ
sanguĩs nariũ ꝓpt̃ cholãꝫ sanguinis sui qũ tñ aceto
sa qñꝫ nocẽt patientib⁹ fluxũ sanguinis nariũ ꝓpt̃
incisiõem ⁊ subtiliatiõeꝫ que est in eis. Et cõgre
gatõ quidẽ expiẽtiũ existimat q̃ cerebella gallina
rũ sunt ex meliorib⁹ cibis imo ex meliorib⁹ me-
dicis ei qui habet fluxũ sanguis nariũ ex casu aut
ꝑcussiõe. Uerũ oꝫ vt ex eis pl̃m sumat: aut fiat ei
cib⁹ cõtinuis. Uinũ aũt cõfert inq̃tũ confortat et
nocet inq̃tũ exiccat sanguinẽ. Qũ ergo indiges ipo
inq̃tũ cõfortat cõmisce ipm parũp. Et qũ nõ ẽ ne
cessariũ neqꝫ flux⁹ sanguis nariũ facit casum vir-
tutis ꝓximũ: tũc nõ des ipm in potu. Et oꝫ vt ob
seruet̃ ne dimittat̃ aliquid eius descendere ad vẽ
trem ⁊ inflet stõm ⁊ debilitet pulsuꝫ ⁊ excitet sin-
copiꝫ. Et si aliquid descendit oꝫ vt dũ in stõ ꝑma
net euomatur ⁊ p̃cipiat̃ illð qũ sentit̃ eius descen-
sus ad stõm. Nã si ipm ꝑtrãsierit oportebit vt fi
at clistere vt velociter egrediat̃ ⁊ nõ remaneat i
stomacho.

De regimĩe coꝝ que faciũt fluxũ sanguis nariuꝫ.
C. x.

N Ecessitas qñꝫ facit esse rectũ vt fiat flux⁹
sanguis nariũ: ⁊ ꝓpe in egritudib⁹ cere
bri. Et ꝓpt̃ hoc antiqui fecerũt instrũen
tũ faciens fluxũ sanguis nariũ ꝑcutiendo nasum ⁊
curauerũt pl̃imas egritudies indigentes in sui sa-
natiõe sanguis nariũ cursu. Et ex regimĩe quideꝫ
in faciendo fluxũ sanguis nariũ est cõmotõ fcã cuꝫ
extremitatibus plãte lenis tactus: ⁊ ꝓpe eius que
nascit̃ sup lignũ squinãti sicut flos ⁊ est sicut ara-
nee tela: ⁊ collyrio facto ex eo qð est in sup̃ma ꝑte
squinãti ⁊ mẽtastro campestri: ⁊ facto ex medicĩs
acutis sicut cõdisi ⁊ staphisagria ⁊ euforbio con-
fectis cũ felle vaccino.

De coriza ⁊ catarro: C. xi.

H Ee due egritudĩes cõicantes sunt ĩ hoc q̃
vnaq̃ꝫ eaꝝ est cursus materiei ex cere-
bro. Uerũ q̇daꝫ hõiũ sunt qui appropãt
nõie catarri illð qð descẽdit ad guttur ⁊ nõie cori
ze qð descẽdit ex via nasi. Et quidaꝫ hõies sunt q̇
nõiant totũ illð catarrũ. Et nõiãt corizã qð descẽ
dit ex via nasi subtile ⁊ acutũ frequẽs ⁊ ꝓhibens
odoramẽtũ effusuꝫ ad oculũ ⁊ cutẽ faciei ⁊ penit⁹
ad añriora mẽbra faciei. Et catarr⁹ ꝑgit̃ ad pala-
tũ ⁊ ad pulmonẽ ⁊ ad meri ⁊ ad stõm ⁊ qñꝫ vlce
rat ea: ⁊ multotiens cõmouet̃ eo appetitus cani-
nus. Et qñꝫ descẽdit in neruis vsqꝫ ad lõginquio
ra mẽbra. Et qñꝫ generãtur ex eo sinãces ⁊ peri-
pneumonia ⁊ pleureſ ⁊ extenuatõ ꝓpe: ⁊ p̃cipue
qũ catarr⁹ est acutus ⁊ calid⁹ ⁊ dolores stõi ⁊ flu-
xus ventris. Et rasura intestinoꝝ qũ est sals⁹ aut
acetosus ⁊ generat̃ ex eo etiã colica ⁊ ꝓpe muco
sa que cruda est. Et cã oĩum illoꝝ: aut est calidi-
tas complõalis ꝓpe: aut extrĩseca ex sole: aut ve
nenis: aut olfatu mediciarũ calefacientiũ sicut mu
schi ⁊ croci ⁊ cepe: aut fr̃itas complonalis ꝓprie:
aut eueniens extrĩsec⁹ ex aere fr̃o: aut septẽtriõe
⁊ ꝓpe qũ discoopit̃ caput ad vtrosqꝫ p̃cipue ho-
ra qua rarificat̃ cerebrũ ex balneo aut exercitõ aut
ira aut cogitatiõe aut aliis. Et qñꝫ accidit ex phle
botõia rarificatõ que p̃parat corpus ad recipiẽdũ
caloreꝫ aut frigus: quare accidit catarr⁹ ⁊ p̃cipue
post phlebotõiã plurimã. Et similiter ex malitia
cõplonis calide que accidit alicui corpori. Et qum
fr̃itas cõplonalis fit fortis ⁊ figit̃ in ea sicut fit ĩ se
nib⁹ dicit̃ q̃ ipe nõ digerit̃ nisi ipi ꝑueniat ad vl-
timũ finẽ in sanitate cõplonis ⁊ caliditatis eius. Et
q̃ cerebro fr̃o qũ aduẽit nutrimẽtũ debilitat̃ in se
nib⁹ ⁊ in hñtib⁹ debile cerebrũ: quare nõ digerit̃
in ipo qð ad ipm penetrat ꝓpter debilitatẽ suaꝫ ⁊
supfluit quare descẽdit. Et factus quidẽ a frigore
plurimus est q̃ factus a calore. Et hñtes cõploneꝫ
calidã vehemẽtius sunt p̃parati ad recipiendũ cãs
extrĩsecas facientes corizã q̃ hñtes cõplones fr̃as
⁊ hũidas. Et hñtes cõplones calidas in seipis plus
sunt securi ne accidat eis ex cauſ corpoꝛis q̃ hñtes

cōplōnes frīas. Cerebrū eniꝫ frīum nō digerit illō qō ꝑuenit ad ip̄m ex nutrimento ⁊ nō resoluit qō ad ip̄m ascēdit ex vaporibꝰ. Cōuertunt̄ ergo sup fluitates nutrimēti ⁊ cōponūt̄ vapores sicut cōuer tit̄ in alēbico illō qō ascendit ad ip̄ꝫ ex cucurbita: quare assidui sunt in ip̄o fluxꝰ. Et catarrꝰ q̇dē qñꝫ est grossus: ⁊ qñꝫ ē subtilis aquosꝰ: ⁊ qñꝫ ē calidꝰ acutus ⁊ salsꝰ: aut mali saporis: ⁊ qñꝫ calidꝰ mor dicatiuus ⁊ qñꝫ est frīus. Et catarrꝰ quidē frīꝰ ma turat̄ febre. Calidꝰ vero nō iuuat̄ febre. Et catar ri quidē ⁊ egritudines catarri multiplicant̄ quꝫ flat vētus septētriōalis: ⁊ ꝓpe post austrinū. Et mul tiplicant̄ etiā in hyeme: ⁊ ꝓpe qū fuerit estas post ip̄am septētriōalis pauce pluuie ⁊ autūnus austri nus pluuiosꝰ: ⁊ qñꝫ multiplicant̄ catarri in hyeme ⁊ ꝓpe etiā in regiōibꝰ meridiōalibꝰ ꝓpt̄ repletio neꝫ capitū. Inquit Hip. plꝰribꝰ eoꝝ quibꝰ accidūt catarri nō accidit splē. Inquit. G. qm̄ plm̄ q̇ egri tudinē hēt in mēbro vno: tūc alia mēbra hēt inco lūia. Dico aūt fortasse qm̄ ꝑparatus catarris sub tiliores hēt hūores. Et ille cuius hūores ingrossan tur non ꝑparat̄ catarris multū. Et qñ soda est con ueniens catarro addit in eo cū attractiōe.

De signis. C. xij.

Signū catarri acuti calidi si est corizal̄ est rubedo faciei ⁊ oculoꝝ ⁊ mordicatō eiꝰ qō currit ⁊ subtilitas eius ⁊ caliditas ta ctus eius. Et qñꝫ accidit cū eo febris ⁊ nō iuuatur ea. Et si est in gutture accuitas eius qō descēdit ad guttur ⁊ vehemētia adustiōis eius ⁊ attractō ip̄iꝰ ⁊ subtilitas eius cū inflāmatiōe sentit̄ qñ ip̄m rasca tur ⁊ sig̃t ip̄m sputū ad citrinitatē declinās ⁊ rube dineꝫ. Et est hic etiā oppilatō qñꝫ ⁊ nauseitas ⁊ cō motō acuta. Frī aūt catarri signū est frigꝰ eiꝰ qō currit si est in naso ⁊ cōmotō i naso cū tēsiōe frōtis ⁊ vehementia oppilatiōis ⁊ nauseitas. Et qñꝫ sig̃t ip̄m grossitudo materiei: ⁊ si est ad guttur frigus eius qō rascatur ⁊ albedo ip̄ius ⁊ iuuamentū a fe bre si accidat.

De cura. C. xiij.

ma molle. Et significat ipsum con-
strictio anhelitus cum saliua pluri-
ma ⁊ humiditate in pectore absq; ca-
liditate plurima ⁊ in facie non est rubedo: immo
plumbeitas.

De bothor in pulmone. C. xiiij.

Quandoq; accidit in pulmōe bothor ⁊
signa earum sunt vt grauitas sentia-
tur ⁊ constrictio anhelitus cum ve-
locitate ⁊ frequentia ⁊ caliditas in pe
ctore ⁊ inflammatio absq; febre communi.

De aggregatione aque in pulmone capitulum de
cimūquintum.

Quandoq; aggregatur in pulmone a
quositas ⁊ significant in ipsa commo
tio de latere ad latus ⁊ febris leuis et
apostema extremitatum ⁊ malitia an
helitus ⁊ sputum subtile aquosum ⁊ dispositio q̄
est sicut dispositō hydropis.

De apostematibus aut vulnere accidentibus cāne
pulmōis Ca^m. xvi.

Signa illius sunt febris debilis ⁊ pul-
satio in medio dorsi et dolor. Canna
enim non est sicut pulmo in hoc q̄ ip
se non sentit. Uerum est dolor leuis
et accidunt cum hac pruritus in corpore ⁊ rauce-
do vocis: ⁊ si vlceratur erit oris ei⁹ odor fetid⁹
⁊ sputum paucum.

De pure ⁊ sanie que est empima capitulum deci-
mūseptimum.

Pus in locutōne medicorum venit su
per duas intentōnes quarum vna est
vsitata in omni loco q̄ apostema col-
ligit saniem ⁊ est collectō sanici apo-
stematis. Et secunda est qua vtuntur proprie in
egritudinibus pectoris ⁊ volunt per illud repleti
onem spatij quod est inter pectus ⁊ pulmonem ex
pure erumpente ad ipsum: aut in ambobus lateri
bus simul: aut in latere vno. Et cause huiusmodi
repletionis: aut sunt catarrus effundens materiaz

ſubito: aut vlcera in pulmone ex quibus currit ſa
nies ⁊ virus ⁊ fit empima poſt. xx. dies ſecun-
dum plurimum: deinde expuitur: aut eruptō apo
ſtematis in partibus pectoris ⁊ eſt plurimum. Et
eſt illud aut ſanies matura: aut res que eſt ſicut
fex. Et diſpōnes illius ſunt quattuor: aut enim ꝑ
focat multitudine ⁊ interficit. ⁊ apparitō illius eſt
vt incipiat anhelitus eius conſtringi ⁊ non expuat
aut putrefit pulmo ⁊ facit cadere in pthiſim: aut
mundificatur cū ſputo ſuccurrente facili: aut mun
dificatur cum expulſione ex via vene magne et
arterie magne ad veſicam cum vrina groſſa. Et
eſt curſus eiꝰ prius ex vena ad epar: deīde ad re
nes: ⁊ quandoqꝫ ad inteſtina cum egeſtōne ⁊ ſunt
ambe laudabiles ⁊ iam preterijt a nobis in remo-
tōne ſaniei eruptōnis ⁊ cognitō illius eſt ſecundū
fortitudinem ſignorum ⁊ etatis ⁊ temporis ⁊ cō-
plexionis. Et decrepiti quidem moriuntur ex em
pimate plusqꝫ iuuenes propter debilitatem par-
tium cordium ipſorum. Et iuuenes moriuntur in
doloribus plusqꝫ decrepiti propter vehementiaꝫ
ſenſuum eorum. Et nos iam diximus ſigna empi
matis in capitulo ſignorum permutationum pleu-
reſis ⁊ ſimiliter ſignorum eruptōnis ¶ Signa au-
tem repletionis ſpatij pectoris ⁊ puris ſunt graui-
tas ⁊ tuſſis ſicca cum priuatione anhelitus ⁊ do-
lor. Et quandoqꝫ eſt in pluribus eorum tuſſis hu
mida faciens imaginari lenitatem cum ſputo ⁊ eſt
eorum anhelitus conſequens. Et propter hoc eſt
ſermo eorum velox: ⁊ frequentes fiunt nares ip-
ſorum ad coarctandum apud anhelitum ⁊ cōmit-
tatur febris minuta ducens ad hydropiſim. ¶ Si
gna autem loci in quo eſt ſanies cognoſcuntur vt
dormiat eger quandoqꝫ ſuper latus vnum ⁊ quā
doqꝫ ſuper latus aliud: ⁊ tūc latus ſuper quod pē
det grauitas coarctans eſt latus oppoſitum loco ſa
niei ⁊ commotō eius ⁊ ſonitus eius qui in commo
tione auditur. Et hominum ſunt quidam qui po-
nunt ſuper pectus ⁊ latera eius filum lineum inſu
ſum in luto rubeo diſſoluto in aqua ⁊ conſiderant
locum qui prius exiccatur: quoniam ipſe eſt lo-
cus puris. ¶ Signa autem eruptionis incolumis
ſūt vt ſuccedant rupture ſedatō febris ⁊ augmen
tum appetitus ⁊ facilitas ſputi ⁊ anhelitꝰ: aut eue
niant cum ea exiture in latere ⁊ partibus eius que
fiant fiſtule: ⁊ ſimiliter illa que eſt ex eis media.
Nam egreditur ex eis ſanies alba munda. ¶ Si-
gna vero mala ſūt vt appareant ſigna ꝑfocatiōis:
aut ſincopis: aut ſputi mali: aut pthiſis. Et quꝫ co
quitur aut prefocatur egreditur ſanies cenoſa feti
da. ¶ Signa autem differentie inter ſaniem ⁊ in-
ter phlegma in ſputo ſunt deſcenſus ſaniei ſputi in
aqua ⁊ fetor ipſius ſuper ignem. Et phlegma na-
tat in aqua non fetens ſuper ignem quamuis ſanies
quandoqꝫ expuatur in egritudine que non eſt pthi
ſis ſecundum ꝙ oſtendimus in loco precedente.
Et quandoqꝫ emittitur cum ſputo pus plurimum
valde. Et ego iaꝫ vidi qui expuit in hora vna cir
citer duas eminas paruas: aut eminā magnā vnā:
⁊ plus medietate emine. Et Galienus teſtificatur
ꝙ quidam empicus expuebat omni die circiter. l.
ʒ. ⁊ ſunt fere. ix. cotile. Et iam feci te ſcire dif-
ferentiam inter ſaniem ⁊ inter humiditates. Nam
ſanies diſcernitur fetore apud ſputum. Et qum ꝑ
ijcitur ſuper ignem ⁊ ſubmergitur ⁊ non natat.
Signa vero permutationis empimatis ad pthiſiꝫ
ſunt plumbeitas coloris ⁊ tenſio amborum laterū
⁊ colli ⁊ calefactio digitorum omnium tanta que
non ſeparatur etiam in illo cuius extrema infrigi
dari conſueuerunt in febribus. Et febris que ad-
ditur in nocte propter cibum ⁊ curuitas vnguiuꝫ
propter diſſolutionem carniuꝫ ſub eis ⁊ impingua
tio oculorum cum declinatione ad albedinem ⁊ ci
trinitatem ⁊ ſigna alia que dicta ſunt in capitulo
pthiſis.

De vlceribꝰ pectoris ⁊ pulmōis ⁊ ex eis eſt pthi
ſis caplm. xviij.

Hec vlcera aut ſunt in pectore: aut in
velamine: aut ſunt in pulmone ⁊ eſt
diuiſio poſtrema ⁊ eſt pthiſis: aut ſūt
in canna ⁊ iam diximus ea. ¶ Et ma
gis ſana horum vlcerum ſunt vlcera pectoris. Et
illud ideo quoniam vene pectoris ſunt minores ⁊
partes pectoris ſunt duriores: quare non magni-
ficatur in ipſo malitia: ⁊ quoniam virus non re-
manet in eis: immo currit ad ſpatium pectoris et
non eſt ita diſpoſitō pulmonis: ⁊ quoniam motus
eius non eſt fortiter ſenſibilis ſicut motus pulmo
nis: immo fortaſſe eſt quietus: ⁊ quoniam ipſum
carnoſum eſt: ⁊ carnoſuꝫ eſt magis ſuſceptibile cō
ſolidationis. ¶ Et multotiens accidit propter vl
cera pectoris facta a vulneribus putrefactiuis vt
corrumpantur oſſa ita vt indigeant ſectione eius
qđ putrefactum eſt in eis vt ſaluetur illud quod
vicinatur eis. Et quandoqꝫ peruenit putrefactio
ad illud qđ ſequitur ipſum in panniculo. ¶ Illa
autem vlcera velaminis que penetrant non con-
ſolidantur. ⁊ non penetrantia: aut cadunt in parti-
bus neruoſis et non conſolidantur: aut cadunt in
partibus carnoſis ⁊ conſolidantur ſi ſuccurratur
eis in principio ⁊ nō dimittantur apoſtemari. Nā
qum apoſtemantur ⁊ chronica fiunt non ſanantur.
¶ In vlceribus autem pulmonis diuerſificati ſūt
medici in hoc ꝙ ipſa ſanantur. Dicunt enim qui-
dam ꝙ non ſanātur omnino: quoniam conſolida-
tio indiget quiete ⁊ illic non eſt quies. Sed Galie
nus diuerſificatur ab eis ⁊ exiſtimauit ꝙ ſolus mo
tus non prohibet conſolidationem niſi adiungan-
tur ſibi reliqua prohibentia. Et ſignificatō illius
eſt ꝙ velamen etiam mouetur: ⁊ quandoqꝫ ſanan
tur vlcera eius. Sed Galieni ipſius ſermo in vl
ceribus pulmonis eſt ꝙ ſi accidāt a ſolutiōe ſingu-
laris non ab apoſtemate neqꝫ corroſione humoris
corroſiui: immo propter egritudinem aliam tunc
dum permanent vlcera ⁊ non fiunt adhuc ſanioſa
neqꝫ apoſtemantur recipiunt ſanitatem. Et ſimili-
ter illa que ſunt ex vlceribus in quibus aduenit
ſputum ⁊ non ſunt ſanioſa. ¶ Sed que ſunt ab apo
ſtemate aut corroſione non recipiunt ſanitatem:
quoniam vlcus ſanioſum tunc non eſt poſſibile vt
ſanetur niſi cum mundificatione ſaniei: ⁊ illud fit
cum tuſſi ⁊ tuſſis augmentum efficit in dilatatione
vlceris ⁊ diſruptione eius: ⁊ commotō facta in ea
addit in dolore ⁊ dolor addit in attractione mate
riei ad partem. ¶ Et medicine exiccatiue ſunt ꝓ
hibentes ſputum ⁊ mundificatiue ſunt lenificates

vlcus. ¶ Et facta ab humore corrosiuo non sana
tur absq̧ rectificatōne eius: ⁊ illud non peruenit
nisi in spatō in cuius simili oportet: aut vlcus vl
ceretur ⁊ fiat fistula que nō consolidatur omnīo:
aut dilatetur adeo donec corrodat totum corpus
pulmonis. Et in factis post apostema quandoq̧ ag
gregantur iste intentōnes. Et ex adiuuantibus ad
prauitatem consolidatiōis est motus ⁊ etiam essen
tia venarum que sunt in pulmone magnarum am
plarum durarum. Illud nanq̧ est ex eis que diffi
cilem faciunt consolidationem rupture. ¶ Et ite-
rum longitudo spatij inter introitum medicine bi
bite ⁊ inter pulmonez: ⁊ necessitas debilitatis vir
tutis eius ad hoc ut perueniāt iste medicine ad vl
cus sunt ex adiuuantibus ad hoc. Et medicine fri-
gide sunt tarde nō penetrantes. Et que sunt cali-
de addunt in febre que comittatur vlcera pulmo
nis. Et exiccatiue sunt nociue ethice que comittan
tur ea. Et humectatiue prohibent consolidatio-
nem vlcerum. Nam cura vlcerum omniū est exic
catō ⁊ proprie huiusmodi vlcerum ad que veni-
unt humiditates desuper ⁊ desubtus. ¶ Et hec q̇-
dem infirmitas recipit omnem curam qum est in
principio: ⁊ est super panniculum tegentem cannā
intrinsecus ⁊ in substantia pulmonis carnosa non
est facile suscipiens: in cartilaginibus vero ipsis
non recipit. Et homines magis susceptibiles cure
pthisis sunt infantes. Et vlcera pulmonis magis
salua sunt illa que sunt ex genere cruste qum non
est illic causa in complexione ⁊ ipso humore que
faciat vlcus siccum impetiginosum. Et quandoq̧
accidit pthisico vt protendat̄ cum eo pthisis pro-
ducens eum spatō temporis: ⁊ similiter extendi-
tur a iuuentute vsq̧ ad senectutem. Et ego iam
vidi mulierem vixisse in pthisi circiter. xxiij.
annos: aut plus parū. ¶ Et habentes vlcera pul-
monis leduntur valde ab autumno. Et quando
esse pthisis est occultum detegit ipsam in patiente
eam introitus autumni super ipsum. ¶ Et nomē
quidez pthisis quandoq̧ conceditur alie egritudi-
ni cum qua non est febris. Sed pulmo est suscipi-
ens humores grossos viscosos ex catarro qui effū
dūtur ad ipuz semper ⁊ constringit meatus eius:
quare patientes cadunt in constrictionem anhelit⁹
⁊ tussim frequentem que perducit ad debilitatem
virtutis eorum ⁊ corporū ⁊ sunt vere proceden-
tes cursu asmaticorum: tunc si fuerit motus par-
uus oportebit vt admisceatur curis eoꝝ aliquid
cure asmaticoꝝ.

De causis vlcerū pulmōis. C. xix.

Cause vlcerum pulmonis sunt catarr⁹
mordicatiuus corrosiuus: aut putre-
factiuus propter suam vicinitatem cū
qua pulmo non sanatur vsq̧quo ma-
turetur: aut sanies huiusmodi generis currens ad
pulmonem ex membro alio ⁊ antecessio peripneu
monie que iam computruit ⁊ iaz vlcerata est: aut
saniositas pleuresis rupte: aut aliqua causarum
sputi sanguinis predictarum aperiens venam:
aut incidēs eam: aut scindēs ipsam siue sit causa in
trinseca sicut ebullitō sanguinis: aut aliud de his
que dicta sunt siue extrinseca sicut casus: aut per-
cussio. Et quandoq̧ sunt ex causis eorum putrefa
ctō ⁊ corrosio precedens in substantia ipius pul-
monis sicut accidit membris. ¶ Et quādoq̧ mul
tiplicatur pthisis quando estati borreali sicce suc-
cedit autumnus pluuiosus.

De preparatis ad pthisiz in figura ⁊ forma ⁊ eta
te ⁊ regione ⁊ cōplexiōe. C. xx.

Isti sunt alati habentes pectus strictū
habentes spatulas nudas carne ⁊ pro
prie posterius habentes spatulas de-
cliues ad anteriora incedendo ⁊ quasi
vnicuiq̧ eorum sunt due ale ⁊ quasi spatule eius
sunt abscise ab adiutorio ⁊ ante ⁊ retro ⁊ haben-
tes colla longa ⁊ inclinantes ea ad an̄riora. Et quā
doq̧ precedunt guttura ipsorum ⁊ eminent. Et in
pectoribus quidem istorum que secuntur ea mul
tiplicantur ventositates ⁊ inflatō est i eis propter
debilitatem pectorum eorum. Si autem cum hoc
est debilitas cerebrorum recipientium superfluita
tes: ⁊ cum hoc non digeruntur cibi: tunc iam com
plentur conditiones ⁊ proprie si fuerint humores
eorum cholerici. ¶ Et forme quidem suscepti-
biles pthisis velociter cum alatōne predicta sunt
lenes albe declinantes ad subalbedinem: ⁊ etiam
corpora dura spissa propter illud quod accidit eis
de eruptōne venarum. ¶ Et complexio suscepti
bilis illius est ei⁹ cuius ꝯplexio est frigidior. Et e
tas in qua multiplicatur pthisis est illa que est in-
ter octauum ⁊ decimum annum vsq̧ ad aduentuz
xxx. annorum. ¶ Et ipsa in regione frigida est
plus propter illud qđ accidit in ea de ruptura ve
narum ⁊ sputo sanguinis plurimo. ¶ Et tempus
in quo multiplicatur illud est autumnus.

De rebus a quibus oportet vt isti custodiantur
Ca^m. xxi.

Oportet vt isti custodiantur ab omni-
bus cibis ⁊ medicinis acutis mordi-
catiuis ⁊ omnibus que extendunt mē
bra pectoris ex clamorē: aut rixa: aut
saltu.

De signis pthisis. C. xxij.

Sunt vt consideretur sputuz saniei cū
signis saniei secundum ꝙ exposuim⁹
in forma sua ⁊ colore ⁊ inspissatione
⁊ in alijs. Et febris minuta inseparabi
lis propter vicinitatem cordis cum loco egritu-
dinis que fit vehemens cum cibo in nocte secun-
dum partem qum sit vehemens febris ethica ꝓ-
pter humectationem corporis ex cibo secundum
ꝙ dicemus in loco suo quanuis quandoq̧ descen-
dant cum ethica in ipso febres alie. s. tertiana et
quartana ⁊ quintana: ⁊ deterior earum est quin-
tana: deiđ media ē t̄tiana: deide quotidiana. ¶ Et
qum accidit pthisis apparent etiam significationes
quas numerauimus in fine capituli empimatis et
superfluunt vene eorum omni hora: quoniā vir
tutes eorum debilitantur a retentōne nutrimenti
⁊ regimine eius ⁊ caliditas resoluit ⁊ liquefacit.
¶ Si autem in sputo sunt cruste ⁊ non remanet
dubietas ⁊ precipue qum cause perducētes ad pthi
sim predicte iam preterierunt. Nam qum corpus
incipit arefieri ⁊ extremitates incuruari ⁊ capilli
caderē propter priuationē nutrimēti ⁊ corruptōez
superfluitatum tunc iam vera est. Et quandoq̧

plumbinus fit color in principio. Uerum ipse ru-
bescit qum ascendunt vapores ⁊ extendunt colluz
⁊ duo cornua frontis ⁊ proprie quando confirma-
tur ⁊ inflantur extremitates eorum ⁊ proprie pe-
des eorum in fine dierum. Et apostemantur pro-
pter corruptionem humorum ⁊ mortificationem
innati caloris extremitatum propter malitiam cō
plexionis ¶ Et illi quidem pthisici quorum cau
sa est humor corrosiuus expuunt salinam que ha-
bet saporem aque marine salsam valde. Et pul-
sus eorum est fixus equalis cum velocitate par-
uus. Et quandoqz accidit ei inclinatō ad ambo la-
ra. Deinde accidit post illud in ventre rugitus et
trahuntur hypocōdria ad superiora ⁊ vehemens
fit tussis ⁊ destruitur appetitus cibi propter debili
tatem virtutum naturalium. Et quandoqz fluit uē
ter eius propter casum virtutis: ⁊ quandoqz ex-
puti anulos ⁊ corpora venarum ⁊ illud qum ap-
ppiquat mors. Et illud qđ expuit de venis si est
magnum est ex pulmone: ⁊ si est paruum est ex
canna ⁊ multotiens expuūt lapillos ⁊ expuūt anu
los ex canna ⁊ non est ex hoc etiam nisi ex vlcere
magno: ⁊ in fine eius ingrossantur sputum ⁊ sali-
ua: deinde intersecatur propter debilitatem vir-
tutis. ¶ Et quandoqz prefocati moriūtur: ⁊ quā
doqz non postponitur huiusmodi sputum: immo
cadit in principio qum pthisis est ex genere malo
facta ex materiis grossis que non digeruntur: ⁊ ꝙ
do intersecatur sputum in fine pthisis: tunc quan-
doqz non addit super quartum diem. Et quandoz
est intersectō sputi propter debilitatem virtutis:
⁊ tunc fortasse constringitur anhelitus eorum vs-
qzquo fiat quasi non sensibilis. Et multotiens qui
dem tussis in eis fit vehemens ⁊ perducit ad spu-
tum sanguinis continuum: ⁊ si curetur tussis eorū
cum prohibitiuis sputi moriuntur cum lenitate
adueniente eis. Si autem dimittantur tussire mo
riuntur spuendo sanguinem. ¶ Et ex veloci mor
te est ꝙ si quis habet pthisim ⁊ apparet super spa
tulas eius granum sicut faba moritur post quinq-
ginta duos dies.

Tractatus quintus de principiis operatiuis.

De cura communi apostematū partium pectoris
⁊ pulmonis capitulum primum.

EX rebus communibus est phle
botomia. Sed in principio ex
latere diuerso et magis festina
de saphena opposita in longitu-
dine ⁊ post ipsam de basilica op
posita in latitudine. Et post ipsam de nigra oppo
sita in latitudine. Si autem non appareat: tunc nō
oportet vt dimittatur phlebotomia cephalice ꝙ-
uis sit eius iuuamentum minus ⁊ tardius. Dein-
de post aliquot dies ex latere conueniente in latitu
dine. ¶ Et quandoqz pōuntur ventose super pe
ctus cum scarificatione etiam ita vt attrahatur ma
teria ad exteriora ⁊ minoretur ⁊ proprie quz pre
missa fuerit phlebotomia. Inquit Galienus si fe-
bris fuerit vehemens valde tunc time solutiuum
⁊ sis cōtentus phlebotomia. In ipsa nanqz non est
timor: aut timor eius est minor. In solutiuo est
timor magnus. Ipsum enim quandoqz mouet: et
quandoqz non soluit: ⁊ quandoqz in nocte super-
fluit. Et oportet quidem ne narcotica eis approxi
mes inquantum potes. Ipsa enim prohibent ma-
turationem ⁊ sputum. ¶ Cibi autem sint aqua or
dei ⁊ aqua tritici ⁊ aqua decoctionis maluarum et
blitorum: aut molochie ⁊ cucurbite ⁊ aqua faba-
rum ⁊ alkesmes qum non fuerit caliditas super-
flua ⁊ passe in posterius proprie. ¶ Et ex eis que
cursu medicinarum procedūt sunt omnia que mū
dificant ⁊ remouent asperitatem ⁊ leniunt in gra-
du primo sicut aqua iuiubarum ⁊ viole ⁊ papaue
ris ⁊ radix liliī ⁊ medulla citroli ⁊ cucūeris ⁊ alia ⁊
semē endiuie ⁊ seuesten: ⁊ quandoqz pōunt in eis
mucilago seminis cydoniorum ⁊ gūmi ⁊ dragagā
ti ⁊ semen papaueris: hec omnia ante eruptiōem.
¶ Et melius abstergentium mundificantium est
aqua mellis si non est apostema in reliquis visceri
bus. Si autem fuerit apostema oportet vt admi-
nistretur postꝙ fit sicut aqua cum multa commisti
one. Sed iuleb ⁊ aqua zuccari sunt conuenientio-
res ei: ⁊ postea aqua ordei. Et post ipsam vinum
dulce: ⁊ est melius vinum habentibus hanc egri
tudinez ⁊ proprie illud quod est album: nā illud
est magis adiuuans ad expuendum. Uerum non
oportet vt bibatur in pleuresi ⁊ in pipneumonia
nisi post maturationem ꝙuis secundum ꝙ dicitur
sit calefaciens ⁊ faciens sitim quibus vtrisqz iam
succurritur. Et non oportet vt in potu sumat il-
lud ille cuius epar aut splen est infirmum. Et post
vinum dulce est vinum aquosum ⁊ ipsum est con
fortans virtutem plusꝙ aqua ⁊ in potu ipso sunt
incisio ⁊ subtiliatō. Potus autem oxymellis facti
ex melle ⁊ zuccaro ⁊ pauco aceto quando miscetur
cum aqua est aggregans duas intentiones. s. extin
ctiōis ⁊ mundificatiōis. Nam si valde acetosum ē
tunc ipsum aut facit multum spuere: aut infrigi-
dat ⁊ inuiscat valde ⁊ fit adeo malignum donec il
lud quod incidit quandoqz indigeat virtute forti
ad hoc vt expuatur: ꝙ si acetositas necessaria fue
rit tunc oportebit vt potetur tepidum: aut mistū
cum aqua calida paulatim. Ex illo vero qđ tem-
peratam habet acetositatem securatur hec malitia
⁊ est prohibens nocumentum dulcedinis ⁊ sitis ⁊
ebullitionem cholere rubee ⁊ eius generationez.
Et aqua mellis est magis vltima in humectando:
⁊ aqua ordei in confortando: ⁊ quandoqz est neces
sarium in equatione nature tribuere acetosa cum
oleo amigdalino. Aqua vero que eis in potu tri-
buitur in hyeme quidē sit aqua calida ⁊ aqua zuc
cari ⁊ aqua mellis subtilis ⁊ in estate aqua tempe-
rata ⁊ interdicatur eis aqua frigida. Quod si tus-
sis vehemens fiat detur eis in potu parum ex ea ꝯ
mista cum iuleb ⁊ oxymelle infrigidatis. Nā oxy
mel facit eam penetrare velociter ⁊ expellit nocu
mentum eius. Et apud declinationem detur eis
in potu rob. Eis autem que necessaria sunt apud
collectionem ⁊ maturationem ⁊ eruptionez ⁊ post
eas oportet vt singulare caplm faciamus.

De cura pleuresis. C. ii.

OPortet vt prohibeas materiam veni
entem ad apostema cum euacuatione
⁊ attractione ad contrariū ⁊ lege illō
qđ narrauimus in capitulo quod est ante hoc: et

fortasse dicemus illud iterum. ¶ Dicamus ergo
ꝙ cura eius est phlebotomia si sanguis fuerit vin
cens fm modū predictū in capitulo qđ ē añ ipm et
extrahatur donec alteretur color ei⁹. Sgt eni ꝙ
nocibilior sāguis is ē euat⁹ ē: ⁊ scias ꝙ sāguis corpo
ris vehementioris nigredinis est ille qui est pro-
pinqus huiusmodi apostemati: q̄uis obseruatō v
tutis in hoc necessaria sit. Et quandoqꝫ non conce-
dit virtus extractiōem sanguinis fieri vsqꝫ ad hūc
terminum. ¶ Et si est humor alius euacua nō cuꝫ
eis que sunt sicut myrobal'. neqꝫ in quo est stiptici
tas: immo cum eis in quibus est cū solutione leni-
ficatō sicut res facte cum viol' ⁊ siracost ⁊ terenia
bin ⁊ zuccarum albaizeꝫ ⁊ soluantur in nocte.
Quidam vero sapientum dixerūt ꝙ rectius est q̄
tum possibile est vt euacuetur cum phlebotomia
timendo inquietudinem quam quādoqꝫ cadere fa
cit solutiuum. Et nos iam diximus istud ⁊ prope
quando sputum est cholericum valde ⁊ proprie se
cūdum ꝙ dixit Galienus quando febris est vehe
mens valde. Et Galienus quideꝫ precepit eos cu
stodiri a scamonea ⁊ non precepit eos custodiri a
hiera ⁊ helleboro simul ⁊ laudauit operationem
aque ordei post administratiōem solutiui ⁊ separa
tiōeꝫ ex eo. Nū ipa vō abscidit opatōeꝫ ei⁹: q̄uis
oporteat vt seruetur pars declinatiōis doloris ⁊
lesiōis. Nā si declinatio fuerit ascendens ad furcu
lam ⁊ thoraceꝫ ⁊ qđ est sup eā tunc phlebotomia
est melior. ¶ Et si dolor declinat ad partem hy-
pocōdriorum tunc necessaria est solutō sola: aut cū
phlebotomia secundum ꝙ necessarim facit illud
qđ testificatur. Et illud ideo quoniam phleboto-
mia sola ex basilica non trahit de hoc loco aliquid
de quo sit curandum. ¶ Et ex eis que significant
tibi vehementiam necessitatis euacuationis est ꝙ
inuenis vaporatiōem ⁊ emplastratiōem nō sedarē
dolorem: aut inuenis eas ex eis que augmentāt
ipsum. Et sigt illud repletionem in corpore toto:
quare necessaria est euacuatō ⁊ proprie cum phle-
botomia. ¶ Nūqꝫ phlebotomas ⁊ euacuas ⁊ non
sedantur accidentia: tūc scias ꝙ prohibitō collectio
nis quam queris difficilis est. Nō ergo iteres phle
botomiam vt non cōgeletur materia que habitu-
ra est collectiōem: ⁊ illud est ex eis propter que
defectus maturatiōis sanguinee cum diminutione
virtutis nō digerit materiam. ¶ Qum ergo ma
turatur oportet vt prohibeas eam fieri saniem et
studeas vt mūdifices ante illud cum sputo. Et ad
vltimum qum non fit phlebotomia ⁊ maturatur
⁊ emittitur sputum sufficienter: deinde vides de
bilitatem in virtute tunc non phlebotomes oio.
Dispositō nanqꝫ debilitatis virtutis non est que
tollerare possit phlebotomiaꝫ ⁊ solutionem: neces
sarium est tunc vti clisteribus mediis ⁊ acutis se-
cūdum ꝙ necessarium fuit illud quod testificatur
hoc: ⁊ proprie qum dolor est decliuis ad hypocō
dria. ¶ Et Hip. quidem inuit in cura peripneu-
monie in qua non sentitur dolor. Uerum est ve
hementis declinatōis ad hypocōdria vt euacuetur
cum helleboro nigro: aut cum alkakile ⁊ in alio li
bro cum herba siluestri que est similis portulace
⁊ habet lac ⁊ est de genere lacticiniorum. Qum er
go euacuaueris ⁊ inueneris dolorem leuiorem sis
contentus aqua zuccari ⁊ aqua ordei decocti cuius
ordeuꝫ sit excorticatum in aqua plurima decoctio
ne vehementi ⁊ aqua alcādarum si indiges cōfor
tatōne ⁊ melonibus indis ⁊ aqua iuiube ⁊ aqua se
besten ⁊ violis nutritis ⁊ semie papaueris. Et olū
quidem qđ administratur cum aliquo horum et
oleum amigdalarum dulcium. ¶ Quidam autem
prohibuerunt granata propter infrigidatōnem eo
rum. Sed apud me in eis que dulcia sunt non est
malum. Et quādoqꝫ fit ex istis medicinis decoctio
que administratur ad mundificādum. Et est hec.
℞. ordeum excorticatum ⁊ iuiubas ⁊ sebesten et
violas et semen papaueris ⁊ sirupum viol'. ⁊ si-
rupum nenufaris: quoniam ambo sunt meliores
iuleb. Et Galienus quidem precepit in principio
vtendum esse spēbus diacore: quoniam prohibēt
materiam ⁊ maturant ⁊ confortant. Et dico ꝙ ne
cessarie sunt qum non est excusatō propter vehe-
mentiam vigiliarum ⁊ si non fuerit illud tūc for
tasse congelat papauer materiam ⁊ prohibet spu-
tum nisi zuccarum qđ cum eo ponitur prohibeat
nocumentum eius. Et videtur ꝙ semen est cōue
nientius q̄ cortex tunc ⁊ oportet vt euacuetur il-
lud quod retinetur cum sputo. ¶ Et mensura nu
trimentum ⁊ non multiplices: immo subtilies se-
cundum ꝙ necessarium facit multitudo acuitatis e
gritudinis ⁊ paruitatis eius ⁊ accidentium illius.
Nam si ipsa fuerit quieta leuis facilis cibabis ip-
sum aqua ordei excorticati decocti valde. Ipsa nā
qꝫ expuere facit incisiua ⁊ confortatiua. Et si vo-
lueris dulcorare ipsam dulcorabis eam cum zucca
ro aut melle. Et si fuerit inquieta sis contentus aq̄
ordei vsqꝫquo declaretur tibi dispositō ⁊ proprie
secundum sputum. Nam qum multiplicatur secu
rus es de multitudine materiei et scis necessariam
esse virtutem. Nutrias ergo cum aqua ordei ex-
corticati ⁊ conforta: ⁊ si retinetur subtilia regimē
et sis contentus aqua ordei et sirupo quantum po
tes. ¶ Et quando accidit in pleuresi solutō ven-
tris et fuerit pleuresis succedens decolatōni reso-
lute ad latus prohibe istud cum cura phlebotōie ⁊
lenificatōnis nature et sit regimen eius cum suffi-
cientia sauic ordei. Si auteꝫ indiges phlebotomia
necessario in spēbus pleuresis et non est maturatō
tunc rectius est vt sis contentus quantitate. xxx.
ponderum et prepara ad secundatōnem cum sale
et oleo super vulnus. Et multotiens quidem ex-
cusat solutō ventris omni die semel aut bis a phle
botomia. Et si phlebotomie alicuius succedit sin-
copis aut vehementia difficultatis et constrictō in
anhelitu tunc illud est sigtō ꝙ phlebotomia non
euacuat materiam egritudinis et melius est vt tūc
liniatur natura.

Sermo continuus de cura dolorū pectoris capitu
lum tertium.

Non cures in principio nisi cum eo qđ
lene est ex clisteribus et supposito-
riis. Et maximi quidem erroris est in
potu tribuere infrigidantia vehemen
tia nisi in factis ex cholera et non dentur in potu i
frigidantia stiptica et cibi eorum sint sicut lentes
cum acetositate et similibus. ¶ Et scias ꝙ dare in
potu aquā frigidam est incōueniēs huic egritudini

et omnibus apostematibus intrinsecis minora er
go ipsam quantum potes. Quod si tussis fiat inobe-
diens permisce eam cuz oxymelle vt frangat for-
titudinem aque: ⁊ vt minoret moram eius et fi-
xionem ipsius: immo vt faciat currere et pene-
tret in corpore ⁊ adiuuet cū incisione oxymellis ⁊
subtiliatione ipsius. ¶ Et scias ꝙ quando in pleu
resi multiplicatur inflammatō ⁊ requirit infrigida
tōnem: tunc non infrigidetur nisi cū eo in quo sunt
abstersio ⁊ hūectatō sicut aqua citroli ⁊ aqua me-
lonis indi. Aqua vero cucurbite ꝗuis ab vna pte
conferat: quandoqꝫ tamen nocet ⁊ debilitat cum p̄
focatōne. ¶ Ea vero a quibus est abstinēdum sūt
sicut portulaca ⁊ aqua endiuie ⁊ omnia in quibus
est infrigidatō ⁊ īspissatō. ¶ Et oportet vt sit tua
magnifica intentō ad hoc vt sputum facile sit. Et
ex eis quidem que multiplicant sputum est dor-
mire super latus infirmum: ⁊ quandoqꝫ est neces
saria commotō parua: ⁊ vt ī potu detur aqua que
ad caliditatem decliuis est sorbēdo cōtinue quo-
niam cōfert ei valde. ¶ Et quādoqꝫ necessarium
facit esse retentō sputi cōstringentis anhelitum vt
lambendo sumat cochliarium de flore eris ⁊ melle.
¶ Et quādoqꝫ facit esse necessarium vehementia
doloris vt in potu tribuatur faba vna de assa feti
da cum melle ⁊ aceto ⁊ aqua ros. ⁊ illud quz est
vehementia doloris vociferare facientis. ¶ Quū
qꝫ ad vltimum peruenit inobedientia anhelitꝰ co
arctati ⁊ oregmō assumat de nitro assato cum sū
ma trium digitorum ⁊ de flore eris ꝗtitatez vniꝰ
fabe ⁊ parum olei ⁊ aquam tepidam ⁊ mellis pa-
rum. Si autem non valent addatur eis illud qd
est superius vitis cum pipere ⁊ aceto ⁊ sint omnia
tepida: aut isopus ⁊ sinapis ⁊ nasturtium cū aqua
mellis tepida: ⁊ hoc est fortius illo ⁊ sorbeat qum
spuit vitellum oui vt remoueatur malitia eius.
¶ Et si indiges in pleureticis cibo fortiori da pi-
sces alradradra ⁊ illud qū fracta est febris. Et si-
militer panem cum zuccaro et butyrum: quoniaz
adiuuat ad maturatōnem ⁊ ad sputū ⁊ pisces elixa
tos cum porris ⁊ aneto ⁊ sale ⁊ stude vt alleuies
partes ventris vt non comprimant ptes pectoris
⁊ illud fit cum lenificatōe nature ⁊ attractōne fe-
cis si retinet cū clisteribus lenibus sicut aqua kist
ordei cū pauca aqua sicle. Et oportet ut prohibeas
inflatiōem. Et scias ꝙ fumus fecis ⁊ eius inflatō
nociui sūt valde in hac egritudie. Et ex eis que sol
licite sūt attendēda est vt succurras cū maturatōe
egritudis ante ⁊ absqꝫ necessitate saniei. ¶ Si aūt
fiat sanies oportet vt succurras cuz mundificatōe
eius anteꝗ corrodat. Et scias ꝙ necessaria est hu-
mectatō: quare stude vt facile fiat sputum ⁊ ve-
lox. Quūqꝫ sputum incipit in ascensiōe ⁊ pertansit
quartum cōforta hāc decoctōem cum radice liliȷ̄ ⁊
capillo veneris. Et qum materia est grossa ⁊ vir
tus est fortis ⁊ nō est in neruis nocumentum non
est malum tribuer̄ in potu oxymel p̄mistum vt in
cidat. Et si lenieris naturam cum eis que sūt sicut
casia fistula cū zuccaro ⁊ tereniabiz ⁊ siracost erit
rectum. Et quādoqꝫ iuuatur etiam cum empl̄is et
vnguentis. ¶ Et primum qd oportet administra
ri est ceratum factum ex oleo viol. ⁊ cera colata.
Deinde gradatim perueniatur ad adipes ⁊ muci-
lagines ⁊ puluerem molendini. Deinde gradatim
ad illud qd est fortius sicut empl̄m de camemilla
⁊ radicibus euisci ⁊ radicibus liliȷ̄ ⁊ violis ⁊ deco
ctōe etiam malue hortulane. Et si est necessarium
qd est fortius administra empl̄m factum ex cauli-
bus elixatis ⁊ feniculo elixato. ¶ Et iterum em-
pl̄m factum ex apsinthio ⁊ radice liliȷ̄ cum aliꝗtu
lo mellis ⁊ oleo nardino. Et scias ꝙ si materia est
mala tunc empl̄a ⁊ epithimata frigida nociua sūt: ⁊
si est pauca non nocent. Et similiter si apostema iā
resoluitur ⁊ descendit materia cum ꝗtitate. Et qn̄
accidit vt euacuatō ex phlebotomia sit iuuatiua ꝯ
ceditur etiam vt fiat delinitō. ¶ Descriptō em-
plastri alterius boni. ℞. folioꝝ violarum ⁊ mal-
uauisci amborum an̄. partem vnā radicis liliȷ̄ ptes
ȷ̄ȷ̄. farine ordei farine fabarum amboꝝ an̄. partez.
i. s. camemille dragaganti an̄. ptes. ȷ̄ȷ̄. Et si ma-
teria est grossa ⁊ indiget additōe resolutōis adda-
tur in eo semen lini ⁊ fiat eis cōfectō ex rob cuz ce
ra ⁊ oleo viol. Et si est caliditas minor ponat lo-
co olei violacei oleuz delilio: aut oleuz narcisinū.
Et si caliditas est fortis ponantur loco additorum
calidoꝝ que descriptiōi addidimus folia nenufaris et
rose ⁊ cucurbite. ¶ Descriptio vnguneti boni.
℞. ceram adipem anatis ⁊ galline ⁊ butyrum oui
num isopum humidā fiat ex eis vngtm̄ quoniam
est bonum valde. Et ex empl̄is que ad maturatō
nem aggregant sedatōem doloris est empl̄m factū
ex faria ordei ⁊ meliloto ⁊ cortice papaueris. ¶
Et quandoqꝫ adiuuatur etiam in eis cū empl̄is hu
midis ⁊ siccis. Et humida quidem sūt cōueniētōra
ei qui trahit ad rubediem. Et sicca ei qui trahit ad
phlegmatis proprietatem. Uerum humida qum
non iuuant non nocent. Et sicca si nocent nocent
magnifice. ¶ Et melius est vt antecedat spon-
gia infusa aqua calida. Et fortior ea est aqua ma-
ris ⁊ aqua salsa. Deinde ptrāsi illud si necessariuz
tibi est ⁊ fac euaporatōem cum vapore: aut cum
oleo ⁊ aqua calidis. Et fortius illo est illud quod
fit cum aceto ⁊ herbo ⁊ caulibus super lanam im
bibitam oleo. ¶ Et ex siccis subtiliatiuis est fur-
fur: deinde grana miliȷ̄: deīde sal. ¶ Et vapora
tō quidem resoluit omnem dolorem altum: aut
infimum qum nō est prohibitō ex repletōe quam
attrahat vaporatō. Phlebotomia vero plus con-
fert doloribus vicentibus. ¶ Quūqꝫ empl̄m facis
aut vaporas tunc stude vt retīeas eius vaporem
a facie egri ne eo excitentur tristitia ⁊ cōstrictō an
helitus. Et quandoqꝫ est egritudo vehemētis sic
citatis ⁊ cōfert vapor empl̄i ⁊ uaporatiōes humi
doꝝ temperatoꝝ quando percutit faciem ⁊ perue
nit in attractōne aeris. Et quandoqꝫ adiuuantur cū
electuariȷ̄s quibus vtuntur. Et cōuenientius eoꝝ
calefactis est cera alba colata abluta cum oleo vio
laceo: ⁊ proprie quādo est dolor vehemens. Et
quandoqꝫ reditur ad ventosas post mundificatō-
nem corporis cum phlebotomia ⁊ aliȷ̄s ⁊ fidutia ꝙ
ipsum iam sit mundificatum. Ex ventosis enim
qum ponuntur super locum dolorosum apparet
iuuamentum maximum: ⁊ quandoqꝫ sedatur do
lor omnino. Et quandoqꝫ trahitur ad partes extri
secas: ⁊ emplastrum de sinapi si administretur in
hoc loco efficit operatōnez ventosaꝝ ī attrahēdo.

Qum ergo pertrānsit septimū preceperunt antiq
dari electuarium factum ex amigdalis ⁊ granis al
curat ⁊ melle ⁊ butyro ⁊ visco albotiz. Et quan-
doq; administrabant confectiones magnas sicut est
athanasia: et est via bōa qua incedere possunt qui
artem verificauerunt confidentes in seipsis cū me
ditatōne inuestigatrice vt succurrāt si hoc regimē
dederit vt possit eger tollerare illud: quare cum
ea consecuntur finem mundificatōis sufficienter.
Noui autem timorosi non confidentes in seipsis i
hoc timent mel ⁊ ponunt loco eius zuccaruz. Et an
tiqui etiam innuebant vtenduz esse medicinis for
tis mundificatiōis preparatis cum melle .s. pilu-
lis que tenentur in ore sub lingua. Et innuebant ī
hac hora vtendum esse medicis et emplastris que
nominantur habentes odorem factis cum sansuco
⁊ emplastro asedebi. Et ad summum ille qui pro
cedit hac via que est antiquorum oportet vt ince-
dat ea cum cautella ⁊ obseruatōne ⁊ timore ꝙ rū
pat apostemata vt exiccet calorez plurimum. De
inde attinet ei vt confidat post illud de iuuamen-
to festino. Si autem egritudo remanet vsq; ad
quartūdecimum diem non est excusatō a ventos
⁊ subtiliatōne regiminis tunc. ¶ Et qum vigilie
fiunt in eis vehementes tunc necessarius est siru-
pus de papauere. Et quando fit anhelitus in eis
frequens tunc non succurritur illi nocumento ni-
si cum humectatōne cum eis que sunt sicut mucila
go psiliȷ̄ sorbendo ex ea aliquid post aliquid ⁊ si-
cut iuleb. Qandoq; autem confert embrocatō late
ris cum aqua tepida vt alleuietur dolor ⁊ mino-
retur freqūtia anhelitus: quoniam est nociua secun
dum ꝙ iam sciuisti. ¶ Et post declinatōnem ma-
nifestam administra balneum ⁊ aliena infrigidatō
nem nisi in eis que sunt de genere cholere rubee.
Et similiter aliena regimen ingrossatiuum ⁊ admi
nistra subtiliatiuum ⁊ decoq̄tur in aquis ⁊ siru-
pis predictis caules ⁊ calamentum in fine eius ⁊ la
bant semen alcurat cum melle. Qd̄ si apostema fi
at inobediens ⁊ vadat versus collectōnem regan
tur cum regimine qd̄ dicitur in capitulo illius p-
prie. ¶ Et oportet vt caueantur in conualescenti-
bus pleureticorum salsa ⁊ acuta ⁊ saturitas ⁊ reple
tō saturitatis facientis nauseam ⁊ ventositas ⁊ fu
mus ⁊ vox alta ⁊ saniositas ⁊ coitus. Nam si reci
diuant moriuntur: hoc dicimus si pleuresis est ca-
lida pura. Si autem non est ita immo non est pu-
ra ⁊ non est vehementis caliditatis: tunc in te est
vt frices ⁊ emplastrum facias cum eis que sunt si
cut fenugrecum ⁊ pix ⁊ vt uentosas apponas. Et
emplastruz valens ad illud. ℞. cieres radicis cau
lium qui conficiantur cum adipe ⁊ fiat cum eo em
plastrum. ¶ Et in cura quidem phlatici incipiatur
a clisteribus acutis ⁊ solutōne ventris. Et non fi-
at phlebotomia ⁊ administrentur resolutiua que
sint ex emplastris ⁊ uaporatōnibus predictis i qui
bus est virtus. Et cibentur sicla ⁊ aqua caulium et
aqua ciceris ⁊ oleo de oliuis: aut oleo de amigda-
lis dulcibus ⁊ amaris ⁊ administrentur emplastra
⁊ vaporatōnes calide predicta. Et detur in potu
decoctō ioseph vigilatoris quam in potu dam⁹ cū
oleo de kerua. ¶ In melācholico vero incipiatur
a sorbitōnibus factis ex tritico fracto cum melle ⁊
oleo amigdalino dulci ⁊ electuariȷ̄s lenificantibus
calidis ⁊ sorbeantur olea lenificantia sicut oleum
amigdalinum dulce. Et sorbitōnes facte ex fabis
⁊ pauco fenugreco ⁊ lac mulctum ⁊ proprie asini-
num: quoniam ipsum est iuuatiuum eis. Et ex eis
que conferunt in eo est vt sumantur costi pondus
ʒ. i. ⁊ detur in potu in aqua decoctōnis aneti ⁊ olū
balsami: aut sirupus mellis: ⁊ hoc etiam confert
tussi male. ¶ Aque vero congregate in pulmone
cura est leuior eis que dicemus in cura empicorū:
⁊ qñz īdiget pforatōe.

De cura peripneumōie. C. iiȷ̄.

In cura peripneumonie curritur cur
su pleuresis: nisi quia oportet ut em
plastra ipsius sint fortōra ⁊ vt po-
nantur in eis que sunt profundantia.
Et oportet vt sit sollicitudo ad mundificandū cū
sputo magis vehemes ⁊ sit in ea loco iacendi sup
partem spuendi resupinatō declinis versus illam
partem Qūq; natura in ipsa fuerit īstricta opor
tet vt in potu sumat omni die semel de hoc siru-
po. ℞. casie fistule ⁊ passularum enucleatarū am-
borum añ. sextaria. iȷ̄. ⁊ proȷ̄ciantur super ea.
iiȷ̄. sacraiati aque que decoquatur vsq; ad medie
tatem que sumatur ⁊ super ipsam proȷ̄ciatur sa-
craiati aque solatri. Et hoc est illud quod in potu
forti datur ⁊ debili medietas eius. Et si natura le
nitatem habuerit ⁊ debilitatem detur in potu rob
myrti ⁊ cydōia dulcia assata ⁊ ḡnata dulcia. ¶ Et
illi⁹ que est ex genere almesir ⁊ cholere rubee cu
ra est sicut narrauimus difficilis. Nam si aliquid
confert est extinctō vltima cum succis vehemen
tis frigiditatis sicut olerum ⁊ herbaꝝ ⁊ fructuū.
Et dentur infrigidantia lenificantia sicut succ⁹ en-
diuie ⁊ similia illi. Qd̄ si euacuetur cholera cum
eis que sunt sicut siracost ⁊ tamarindi ⁊ tereniabi
⁊ similia illis est bonum. Et similiter quandoq; ē
necessarium in ipsa facere phlebotomiā si fuerit il
lic repletō.

De empimate. C. v.

Quando apparet in apostematib⁹ pleu
resis ⁊ peripneumonie signa collectō
nis predicta ⁊ ascendūt: tūc necessariū
est vt iuuamentum fiat ad maturan
dum post mundificatōem corporis qd̄ fit cum em
plastris ⁊ vaporatōnibus sicut illud qd̄ fit ex fa-
rina ordei ⁊ vino alimbat ⁊ vino albo ⁊ dulci et
ficubus humidis ⁊ ficubus siccis. Et fortius illo ē
illud cum quo ponūtur stercus columbinum ⁊ ni-
trum ⁊ est cōueniēs in fine etiam apud eruptōez.
¶ Et oportet vt dormiat ante horam eruptionis
sup latus infirmum: adiuuat enim ad spuendum
⁊ ad rumpendum. ¶ Si aūt caliditas fuerit plu-
rima detur in potu aqua mellis in aqua ordei: aut
aq̄ mell' subtil' sola. ¶ Et si caliditas ē nō fortis ⁊
vt⁹ ē fortis oz vt in potu tribuatur decoctō isopi
in qua cum isopo decocta sūt asse ⁊ prassium ⁊ ficus
⁊ mel. Et in potu sumat aquam ordei decocti cum
radicibus liliȷ̄. Et quādoq; indiges eis que sunt si
cut mithridatum ⁊ tyriaca ad maturandum. Et ꝯ
uenientōres hore ad potandum ipsa sunt post ma
turatōem integraz vt erūpatur secundū ꝯuatōez
innati. Et dactili quidez sunt vltimi in hac hora ⁊

post ipsam. Et sirupus de prassio est vltimus.
Trocis⁹ maturatiu⁹. ℞. semē altee ⁊ citroli ⁊ mal
ue melōis ⁊ cucurbite ⁊ succū liq̄ritie ⁊ florē meli
loti ⁊ violas vl' dragagāti fiat troc. Et mltotiēs q̇
dē fiūt trocisci cū mucilagie seis lini ⁊ dant̄ i potu
cum aqua ficuum. ¶ Eorum autem cibi in ascensi
one sint panis infusus aqua: aut cum aqua ⁊ mel-
le ⁊ oua sorbilia ⁊ que sunt illis similia. Et ea qui-
bus vtuntur in secunda mensa sint grana pini ma
ioris ⁊ minoris ⁊ amigdale dulces et sorbitōnes
subtiles facte ex farina ordei ⁊ ciceris ⁊ fabarū cuꝫ
oleo amigdalino ⁊ zuccaro cum melle. ¶ Qūq; p
transit hora eruptōnis ⁊ completur maturatō opꝫ
vt iuuamentum fiat ad erumpenduꝫ. Nam dimis
sio ipsius efficit egrum prauum ⁊ male proprieta
tis. Et suffumigentur guttura ipsorum cuꝫ storace
calamita. Et detur in potu sirupus isopi fortis quē
diximus. Et apponantur fortōra emplastra que di
ximus. Et dare in potu mithridatum ⁊ tyriacam ī
hac hora est iuuamentum si non fuerit febris neꝫ
debilitas neq; extenuatō. Et in cibo dentur pisces
saliti ⁊ sumat in ore suo qum vadit dormitum pi
lulas factas ex hiera ⁊ pulpa colloquintide. Et pi-
lule etiam cochie in potu sumantur in hora dor-
miendi ⁊ suffumigentur guttura eorum cum stora
ce calamita. Et quandoq; confert ei mouere sedē
super quam sedet homine tenente cum perspatu-
las. Et confert ei sumere in potu sinapiꝫ cum aq̄
mell' ⁊ potar̄ assā fetidā i lacte ⁊ cōfert ei iacere su
per latus sanum quando vult eruptionem ⁊ pre
cipitur vt vomitus fiat post cenam in huiusmodi
horis. Uerum illud est timorosum: q̄ꝛdoq; enim
facit possidere eruptōnem magnam vice vna: et
quandoq; presocat. ¶ Qum autem erumpitur ne
cessarium est vt cauterizetur: deinde consideret̄.
Nam si exiuerit sanies alba munda spes habenda
est: ⁊ si non: non est spes habenda. ¶ Qūq; erū-
pit sanies ⁊ currit ⁊ existimas q̄ pauca sit ⁊ equal'.
Ita q̄ possibile sit vt mundificetur cum sputo vs
q; ad. xl. dies tunc oportet vt administrent̄ post
eam abstersiua lauatiua mundificatiua dando ea ī
potu qum incipit expui illud qd̄ erumpit. ¶ Et il
la sunt sicut decoctō isopi cum radice lilij celestis
cum sirupo de melle ⁊ caules ⁊ sorbitōnes predi-
cte facte ex farina ciceris ⁊ similibus que sunt ex
medicinis: ⁊ ponatur in eis etiam farina herbi: et
confert etiam electuarium de squilla. ¶ Medici
ne vero singulares que sūt matres huiusmodi rei
sūt sicut farina herbi ⁊ sauic lilij ⁊ radix eius ⁊ ari
stol'. vtraq; ⁊ pipa tria ⁊ sinapis ⁊ nasturtiuꝫ ⁊ vs
q; ad oppoponacum etiam ⁊ costus ⁊ casia lignea
⁊ spica. Et quandoq; est necesse vt admisceatur e
is aliquid ex narcoticis cum mensura. Et ex istis
medicinis est scordeon. Ipsum nanq; est vehemē
tis iuuamenti in hoc capitulo. Et iste medicine sūt
matres medicinarum in hac hora iuuantium ex q̇
bus fiunt potōnes ⁊ emplastra ⁊ embroce cuꝫ spō
gijs ⁊ olea. Et quandoꝫ fit oleum ad quod virtu
tes earum permutantur sicut oleum de lilio ⁊ nar
ciscinum ⁊ camemillinum ⁊ de alcanna ⁊ nardinū:
⁊ sicut oleum laurinum ⁊ proprie qum adest decli
natō. Et quandoq; ponitur quod est sicut oleum
viol'. secundum dispositonem ⁊ horam. Et quan

doq; ponuntur in huiusmodi oleis ea que sunt si-
cut gumma pini ⁊ adeps ⁊ galbanum ⁊ flos squi-
anati ⁊ isopus humida ⁊ fenugrecum ⁊ folia lauri
⁊ bdellium ⁊ similia illis. Et qum febris est for-
tis non superflua in calefaciendo: quoniam debi-
litatur virtus propter malitiam complexionis et
deficit a spuendo. Et oportet vt succurratur ad
regimen extractōnis saniei post eruptōnem ad pe
ctus in diebus in quibus imaginatur eger alleuia-
tōnem. ¶ Qum autem existimaueris in pleuresi
materiam plurimam ⁊ non mundificatur. xl. die-
bus neq; in pautōribus. Immo facit cader̄ in pthi
sim tūc necessariū est cauterium fieri cuꝫ cauterio
minuto quo perforetur pectus vt exiccetur mate
ria ⁊ trahatur paulatim ⁊ abluatur cum aqua mel
lis: ⁊ adiuuetur ad extractōnem eius ad exterio-
ra. Qūq; mundificata fuerit perueni ad consolidā
dum. Et oportet vt cognoscas partem in qua est
pus ex modis predictis de voce saniei ⁊ sōitu ei⁹
⁊ hoc qd̄ induitur pectus cum filo tincto luto ru-
beo: ⁊ consideretur quis locus exiccetur veloci⁹:
quoniam ipse est locus saniei. Signum ergo super
ipsum fiat et cauterizetur ⁊ perforetur illic. ¶
Nam quandoq; non cauterizatur: immo perfora-
tur latus cum phlebotomo: ⁊ ponitur preparatio
taliter q̄ cuꝫ ea egreditur sanies de qua accipiatur
omni die parū absq; extractōe plr̄ia subito. ¶ Et
in huiusmodi quidem hora necessaria est conser-
uatō virtutis cum carne ⁊ cibo temperato ⁊ non
consideres febrem: quoniam ipsa non sanatur duꝫ
sanies perseuerat remanens. Qum autem expui-
tur eradicatur ⁊ qum confortatur eger ad expuen
dum saniem: aut ad illud quo curatur ex cauterio
remouetur febris proculdubio. ¶ Et multotiens
accidit vt apostema erumpatur ante maturatōnē.
Et est illud qd̄ erumpit ab eo sanguis: quare ne-
cessaria est tunc phlebotomia ⁊ administratō em-
plastrorum ⁊ expellentium ⁊ cōicantium. Empla
strum eis conueniēs caules ⁊ aqua mellis super de
scriptōneꝫ aaron ponantur. Et emplastrum huius
modi. ℞. piper capillum veneris isopum siccam
vrticam aristologiam rotundam fiat ex eis empla
strū cū melle.

De cura vlcerum pectoris ⁊ cura pthisis capitu-
lum. vi.

¶ Quum vlcus quidem est in canna pul-
monis tunc medicamen ad ipsum ve
lociter vadit: ⁊ oportet vt faciat dor
mire egrum super collum suum ⁊ te
neat medicamen in ore suo ⁊ deglutiat saliuam e⁹
paulatim: ita q̄ non mittat plurimum subito ⁊ ex
citet tussim: ⁊ oportet vt ipse mollificet lacertum
gutturis sui ita vt descendat ad guttur ipsius absꝫ
excitatōne soda. Et medicine sūt glutinatiua ⁊ exic
catiua quas dicemus etiam in pthisi. Ulcera vero
que sunt in pectore ⁊ pulmone que diximus indi
gent vt iniciantur in eis medicine lauatiue abster
siue ⁊ precipitur egro vt iaceat super latus infir-
mum ⁊ tussiat ⁊ commoueatur aliquo motu. Et
quandoq; egreditur pus ex eis post missiōeꝫ aque
mellis in vlcere cum instrumento attrahendi p⁹.
Qūq; mundificat̄ sanies ⁊ speramus q̄ nō remāsit
ex ea aliquid: tunc admistrent̄ medicie ꝯsolidatie

⁊ non est in mundificatiuis abstersiuis in huiusmodi aliquid sicut mel. Ipsum enim est mundificatiuum ⁊ cibus dilectus a natura ⁊ non nocet vlceribus ¶ Ulceris autem pulmonis regimen ē due res: quarum vna est cura vera: ⁊ altera est blandiens. ¶ Cura quidem vera non est possibilis nisi quando egritudo est susceptibilis cure: ⁊ nos iā narrauimus eam. Et illud est cum mundificatōne vlceris ⁊ exiccatōne ipsius ⁊ expulsione materierum ab eo ⁊ probibitōne catarri ⁊ adiutorio ipsius ad consolidandum. Et iam preterijt illud in regimine probibitōnis catarri ⁊ est radix tibi in hac cura. Et summa eius est mundificatō corporis ⁊ attractō materiei a capite ad inferiora ⁊ confortatō capitis vt non multiplicentur superfluitates ī ipso: ⁊ probibitō eius qđ effunditur ex capite ad pulmonem ⁊ attractō illius ad aliam partem. Et oportet vt sit mundificatō cum phlebotōīa ⁊ medicinis extrahentibus superfluitates diuersas sicut pilulis cochijs: ⁊ proprie cuꝫ bdellio ⁊ gummi additis in eis. Et fortasse necessaria sunt ea que educunt humores melancholicos sicut epithymum et similia. Et quandoqꝫ indiges iteratōnibus in euacuatōne vt minorentur superfluitates ī ipso. Euacua ergo cum phlebotomia ⁊ medicina. Deinde cum subtiliatōne: ⁊ proprie in corporibus fortibꝰ ¶ Et ex rebꝰ iuuantibus in expellendo nocumentum catarri est diacore: ⁊ proprie illud qđ ē ex papauere ⁊ cum eis que dicemus in antidotario ⁊ reliqua. Et ex eis que iuuant ad hoc vt natura suscipiat regimen est ut fiat permutatō ad regiones in quibus est aer exiccans ⁊ curetur ⁊ detur in potu lac in eis. ¶ Et oportet vt sit preparatō eiꝰ secundum plurimum ea que est preparati habens collū tensū ad añriora ⁊ ad sr̄iora vt cēqt casus partium pulmonis pectoris adinuicem ⁊ non remoueantur partes vlceris a coopertura ⁊ positōne naturali. Et oportet vt non frequentetur in ipo sedatō tussis cuꝫ probibitōne sputi. Nam in ipso est timor magnus q̄uis meditari faciat lenitatem. Blandientia vero sunt regimen in indurando ea ⁊ exiccando ea: ita vt non fiat concauitas in eis neqꝫ dilatentur: licet in eo non sperentur incarnatō ⁊ consolidatō: ⁊ in hoc est spes in tempore patientis ea q̄uis vita eius sit non dilecta ⁊ leditur quolibet errore. ¶ Et ista quidem exiccatiua constringūt pulmonem ⁊ exiccant eum ⁊ claudunt vlcus q̄uis nō cōsolident ipsum: ⁊ si hac via processerit nō oportebit vt administretur lac omnino. Et mel ē vehiculum medicinis pthisis ⁊ ipsum non nocet vlceribus. Ulceris autem mundificatō fit cum medicinis predictis mundificantibus ⁊ cum decoctione isopi predicta ad pthisim in antidotario. Et fortiꝰ illo est electuarium de herbo cum granis cotti dictum in antidotario. Et fortius illo est electuariū de squilla cum lacte asinino. Et quandoqꝫ est necessarium vt aggregentur in eis viscositatem facientia glutinatiua. Et quandoqꝫ adiuuatur cum narcoticis vt prohibeatur tussis ⁊ adiuuant medicinā in operatōne sua: ⁊ tūc necessarium est regimē viuificabile. Et iam diximus tibi hec mundificantia in capitulorꝫ principio. Et diximus etiam ea in capitulo empimatis. Et vsitata ex eis sunt sorbitōnes facte ex herbo. Et sorbitōnes in quibus ponitur porrum de sceni facte ex farina ciceris ⁊ alcandaros: ⁊ hoc ipsum porrum elixatum ⁊ aqua mell' in quibus coqūtur mūdificatiua incarnatiua: et omnia illa iaꝫ preterierūt tibi. Et confectōes exiccatiue sicut diacyminum ⁊ athanasia ⁊ electuariuꝫ de semine lini. Uerum mithridatum ⁊ tyriaca qū administrantur in quibusdam horis ⁊ proprie in principio ⁊ vbi nō est debilitas vehemens sūt iuuatiua. Et vbi non est febris iam perueniens ad vltimum in arefactōne. Et lutum quidem sigillatum est res magis iuuatiua in omni hora ⁊ lutum armenum. Et similiter omnia que diximꝰ ex emplastris ⁊ vaporatōnibus ⁊ vnguentis mūdificatiuis. ¶ Nūqꝫ putrefiūt vlcera in pectore ⁊ in pulmone cnofert facere vt eger lambat cochliarium paruū đ kitrā ī māe solo aut cū melle: aut cū aliq̄tulo galbāī liquefacto cū melle. Si autem illic fuerit caliditas ⁊ timentur mundificantia calida ⁊ nō conferunt frigida tunc sumantur pulmo vulpis et semen feniculi ⁊ succus liquiritie mūdificatꝰ ⁊ succus capilli veneris aggregentur cum aqua zuccari ingrossata quoniam est vltimum. ¶ Et quādoqꝫ administrantur in hac egritudine grana suffumigatiōum ⁊ exiccantium ⁊ mundificantium quibus fit suffumigatō cum traiectorio. Et ex eis sunt illa que. ℞. arsenicum ⁊ piper fiant ex eis similitudines auellane cum albumine oui. Et ex eis est illa que. ℞. foliorum oliue dulcis ⁊ stercoris vaccaꝝ pregnatarum ⁊ adipis renum hirci et arsenici et stercoris leporis partes eq̄es. Et ex eis ē illa q̄. ℞. cortices nabac et arsenicum et adipem renum hirci. Et ex illis est illa que. ℞. arsenicum et butyruꝫ de ouibus. Et ex illis est que. ℞. arsenici ⁊ aristol'. ⁊ corticis radicis capparis partes equales aggregentur cum melle ⁊ butyro ⁊ etiam pinea in qua est fex alkitran ⁊ etiam arsenicum. s. citrinum cum sisamino oleo. Et quotiens calefit complexio eius superflue curetur cum trociscis de cāfora aliquibus diebus et redeatur post eos ad exiccandum. Cibi autem sint ex perdicibus decoctis cum seminibus ⁊ spetiebus: ⁊ non prohibeatur vinuꝫ album purum ī principio sui ⁊ olfaciat super odorifera ⁊ adhereat somno ⁊ requiei ⁊ quieti: ⁊ dimittat iram ⁊ rixam ⁊ non perueniat ad ipsum illud qđ contristat. ¶ Et ex eis que ego multotiēs sum expertus in corporibus diuersis ⁊ regionibꝰ diuersis est vt vtatur patiens zuccaro ros'. recenti sui anni omni die q̄tum potest q̄uis multuꝫ sit ita etiam vt cum pane ¶ Deinde attendatur esse eiꝰ tūc si cōstringatur anhelitus eius propter exiccatōnem rosarum detur in potu sirupus de isopo secūdum q̄titatem necessitatis. Et si inflāmatur febris dentur in potu trocisci de cāfora ⁊ non intermittatur hec cura in ipso quoniam sanat. Et si non timerem dici mendax narrarem in hac intentōne mirabilia ⁊ referrē summā qua vsa est mulier pthisica peruenit res eius ad hoc vt egritudo cum ea prolongaret̄ adeo donec perueniret ad mortem: ⁊ uocaret̄ ad ipsam qui prepararet ea que morti sunt necessaria. Tunc quidam frater eius surexit ad eam ⁊ curauit eaꝫ hac cura tēpore longo ⁊ reuixit ⁊ sanata est ⁊ impinguata est: ⁊ non est mihi posse

vt dicam summam eius qđ comedit de zuccaro
rosaceo. ¶ Et quandoqꝫ egent siccitas ⁊ arefactō ad
ministratōne lactis ⁊ aldoch ⁊ in hoc est cibatio
⁊ equatō ⁊ humectatō humoris corrupti ⁊ conglu
tinatō vlceris cum caseitate ⁊ mundificatō cum ab
stersione aque lactis virus ⁊ sanici. Immo multo
secundū cōditiones premissas in significationibus: ⁊ adustio ciboꝝ subtiliū quoꝝ similes non adurun tur in dispōe naturali ⁊ ꝙ grossi digeruntur plus ꝙ̄ digerantur in illa nisi superfluat ⁊ deiiciat vir tuté ⁊ multitudo sitis ⁊ paruitas appetitus cibi se cūdū plurimū ⁊ proprie qn̄ malitia cōplexionis ē cū materia calida cholerica faciunt cadere virtutē oio: veꝝ digestio est fortis nisi superfluat malitia cōplexionis vsq3 ad hoc vt debilitet virtutes et qn̄q3 associatur huic cōplexioni febris ethica ⁊ qn̄ q3 hec cōplexio ꝓpter suā superfluitatē anteꝙ̄ de iiciat virtutē comouet famē uehementē per id qđ resoluit ⁊ qđ attrahit sua mordicatōne ⁊ quia mo uet materias ad resolutionē sicut fit successione et hec quidē fames qn̄q3 est sincopalis qn̄ tardat̄ cum ea cibus aut facit cadere in sincopim: ⁊ qū ꝓlonga tur spatiū eius parūp destruitur appetitus oio: et qn̄q3 multiplicatur etiā ꝓpter cursum sputi secun dū famē ⁊ multiplicatur secundū saturitatē calidi tas resoluens stomachū ꝙ si inuenerit humiditate3 erit illud plus et hoc quidē sedant cibi grossi. ¶ Et scias ꝙ illius cuius stomachus est igneus sanguis ē malus paucus acutus fetidus quē abhorrent mem bra diuersa ei in complexione radicali quare non nutriuntur eo: sit ergo ille pauce carnis ⁊ sunt uene eius exuberātes quoniā sanguis eius īclusus est in eis quo non vtitur natura. Et phlebotomia extrahit ex ipso sanguinē malū.

De signis malitie coplexionis frē stōi. C. xix.

SIgnificat frigiditatē stōi tarditas mutatio nis cibi ita vt non descendat sed expella tur vomitu post spatiū qđdā ⁊ non mu tetur mutatione que valeat: ꝙ si superfluat nō al teratur propter ipsam cibus oio ⁊ non digeritur. Et qn̄q3 significant ipsam multitudo appetitus et paucitas sitis ⁊ eructuatio acetosa absq3 cā in cibo secundū ꝙ diximus ⁊ hec significant malitiā cōple xionis eius frigide. Et ex sig̃tōib3 sig̃ntib3 illud ē vt non sit alistimbre nisi eius qđ est leue ex cibis sine grossis quoniā iā ante digeruntur ⁊ quandoq3 peruenit malitia cōplexionis frigide in stō ad hoc vt accidant ex cibo comesto post horas plurimas extensio ⁊ dolor magnus qui non sedatur nisi cu3 expulsione humiditatis acetose omni die. Et quā doq3 perducit ad hydropisi3 ⁊ iliacā. Et super co lorē habentis stomachū frigidū apparēt citrinitas ⁊ albedo ⁊ non occultantur experienti ⁊ est ille ex melioribus curis cuius est ameos. Et quādoq3 cō municat cerebꝝ in cōplexione habentibus secundū hanc cōplexionē quare fiunt soda ventosa ⁊ tinni tus ⁊ similia. Et qn̄ conuenit malitia cōplexionis frē cū cōplexione radicali calida multiplicantur ru gitus ⁊ inflatio et exiccatio ⁊ sitis ⁊ augmentat̄ cor ruptio quotiens indiget phlebotomia quoniā exic cat eū ⁊ perducit ad ethicā. Et eius quidē medicia est vt sumat paꝝ vini secundū quantitatē qua in fundatur ante cibū aut sint cibi eius exiccantia ⁊ ca ro rubea sine iure pingui cū micis.

De signis cōplexionis sicce stōi. C. xx.

SIgnificant ipsam sitis vehemens exicca tio lingue superflua secundū conditiones predictas in capitulo significationū ⁊ atte nuatio corporis ⁊ arefactio ipsius sup factā ista na tura ⁊ iuuamentū cū cibis humidis.

De signis malitie cōplexionis hūide. C. xxi.

SIgnificant ipsam paruitas sitis ⁊ terreri a cibis humidis ⁊ impediri ab eis ⁊ iu uamentū cū minoratione cibi ⁊ cū eis qui sicci sunt. Et significant ipsam multitudo sputi et saliue: ⁊ si sunt secundū famē significant caliditatē cū humiditate secūdū plurimū. Et qn̄q3 sunt ex ca liditate sola. Et multotiens quidē est super os sto machi hoīs humiditas infusiua ⁊ quotiens habens eam comedit aliquid meditatur ꝙ si moueret̄ vo meret. Et quandoq3 fit illud etiā ex debilitate sto machi sed associantur ei significationes debilitatis predcē ⁊ fit hoc s3 vacuitatē etiā ꝙ̄uis non cōedat sed illud est apud comestionē tantū.

De signis cōplexionū stōi q̄ sit cū mat̄ia. C. xxii.

COmplexionē que est cū materia signifi cant vomitus ⁊ eructuatio ⁊ amaritudo proprie comitans ipsum ⁊ ꝓpter illđ qđ ipsi admiscetur ⁊ cōmiscetur vrine nisi sit ꝓpter necessitatē transeuntē terminū. Et subtilē quidē ca lidā virulentā sig̃nt cū lenitate stōi nausea ⁊ mor dicatio ⁊ sitis ⁊ inflāmatio et qn̄ recipit cibū gros sum patitur cū eo nauseā ⁊ ad summū si est pluri ma cum ea est semper nausea: ⁊ si est pauca nau sea apud cibum ⁊ similiter si est non imbibita sed est comprehensa in fundo stōi quare non facit nau seam. Cumq3 miscetur cū cibo corrumpitur ī stō ⁊ spargitur ⁊ peruenit vsq3 ad os eius ⁊ facit nau seam. Et qn̄q3 significat illā que effusa est in spatio stōi que non imbibitur ꝙ qn̄ recipit habens eā ali q̇d abstersiuū sicut aquā mellis ⁊ zuccari ducit ip3 ad eructuationē. Et imbibita nō cognoscitur ex ꝑ te eius qđ exit cū vomitu ⁊ egōe imo ex reliquis significationibus predictis ⁊ eius radix est nausea quoniā significat materiā ꝓculdubio. Nā si est cō turbatio tantū tunc sunt illic adherentia ⁊ imbibi tō materiei ⁊ significat genus materiei sitis: ⁊ sitis significat aut caliditatē eius aut salsedinē eius aut nitrositatē eius. Nā si sedatur cū calida tūc ē phle gma salsum ⁊ si non sedatur ea tunc est materia cholerica. Et cognoscitur etiam sapore oris aut cu3 eo qđ expellitur vomitu ꝙ si aggregent̄ nau sea ⁊ sitis significant illud. Et si non est sitis signi ficat ꝙ materia est frigida. Et ex significationib3 aggregationis materie phlegmatice plurime visco se est vt cadat appetitus ⁊ non dilatetur pectus ꝓ pter cibū plurimi nutrimenti: imo declinet ad illđ in quo sunt acuitas ⁊ mordicatio. Cum ergo acci pit illū apparet inflatio ⁊ extensio ⁊ nausea ⁊ non quiescit nisi cū eructuatione. Et ex significationi bus aggregationis materie male in stō ⁊ que secun tur ipsum ē saltus mirac ⁊ qn̄q3 perducit ad epile psiā ⁊ melancholiā. Et ex significationibus ꝙ ma teria effusa sit melācholica est appetitus plurimus cū debilitate digestionis ⁊ cū multitudine inflatōis ⁊ cū guescegueske ⁊ sollicitudine. Et ex significati onibus ꝙ materia est fortis est solutio ventris et vertigo cū multitudine ex capite descensus ad os stōi ⁊ etiā illud qđ egreditur in vomitu ⁊ egesti one ex humore mucoso. Et ex significationibus ꝙ materia est humida nocens sua ebullitiōe ē sitis

vehemens cum defectu amaritudinis aut salsedis
in ore ⁊ sensibilitas rei quasi ascendentis ⁊ descen
dentis cū humiditate superflua in ore ⁊ capite stōi
⁊ inflammatio.

De significationibus nocumentoꝝ stōi non cōple
xionalium. C. xxiij.

Significationes quidē magnitudinis stōa
chi sunt vt sit stomachus tollerans cibū
plurimū ⁊ qū īpletur sentit tunc adhere
re viscera ⁊ cōprimi adinuicē ⁊ qū euacuatur mi
nuitur ⁊ dimittit viscera quasi suspensa. Paruitas vero significationis sunt vt non tolleret cibū
plurimū ante saturitatē. Et significationes quidē
oppilationū cadentiū inter epar ⁊ stōachū sunt hūi
ditas egestionis ⁊ multitudo ipsius ⁊ sitis ⁊ parui
tas sanguinis ⁊ alteratio coloris ad hydropicalē ⁊ i
ceptio malitie dispōis cuius fortasse notius nomen
est malitia cōplexionis aut malitia habitudinis. Et
significationes oppilationū cadentiū inter stoma
chū ⁊ splenē sunt paucitas appetitus cū magnitudi
ne splenis. Veꝝ significationes oppilationū caden
tiū inter stomachū ⁊ intestina sunt accidentia ileos
⁊ colice: et significatiōes oppilationū cadētiū inter
stomachū ⁊ cerebꝝ sunt paucitas appetitus cū rci.
ficatione cōplexionis ⁊ remanentia digōis cū dis
pōe sua si non fuerit aliud qđ prohibeat ⁊ parui
tas sentiendi deglutita mordicatiua acuta valde ⁊
non accidat singultus post potū diapipereon ⁊ po
tū vini in ieiunio. Ventositatis vero significatio
nes sunt extensio in stō ⁊ lateribus ⁊ sub hypocū
driis ⁊ natatio cibi ⁊ multitudo ventositatis de
scendentis ⁊ eructuabilis. Et scias ꝙ qn̄ inuēit sen
tiens inter stomachū ⁊ epar duritiē cū gracilitate.
tunc illud est significatio indicās resolutionē natu
re.

De mōis vlibus curationū. C. xxiiij.

Curatur stomachus cum eis que bibunt
⁊ cū epithimatibus ⁊ embrocis cū aquis
in quibus decoqunt medicine ⁊ linimen
tis ⁊ vnctionibus ex oleis ⁊ emplis factis cū ceris
decoctis in aquis in quibus decoquntur medicine.
Sed epithimata ⁊ empla sunt meliora embrocis
embroce enī sunt debilis impressionis. Et scias
ꝙ cura malitie cōplexionis que accidit stō in vtris
qꝫ qualitatibus actiuis facilima est ꝓpterea quia fa
cile inuenimus medicinas cōtrarias eis vehemen
tis virtutis. Veꝝ cura que accidit ei malitia com
plexionis in vtrisqꝫ qualitatibus passiuis est diffi
cillima ⁊ proprie cōplexionis sicce. Naꝫ oppositio
cuiusqꝫ eaꝝ est cū virtute debilis impressionis.
Et scias ꝙ spatiū quidē calefaciendi frigidū est si
cut spatiū infrigidandi calidū. Sed timor in infri
gidando maior est precipue qū quedā mēbra uici
nantia stō hānt malitiā cōplexionis frigide aut de
bilitatē. Veꝝ timor in humectando ⁊ exiccando ē
silis q̄uis spatiū humectandi sit longius. Et scias
ꝙ qū egritudines stōi sunt ex materia deinde am
bigua fit materia tunc non est qđ magis conferat
ei ꝙ hiera quoniā ipsa est magis adiuuans v̇tutes
mediciaꝝ ad rectificandū stōuꝫ ⁊ cōplēdas opera
tiones eius ipsi ꝓprias. Sed oꝫ vt non cures de e
a qn̄ est malitia cōplexionis sine materia quoniam
ipsa nocet in calido ⁊ sicco ⁊ inuenitur in fris ꝙ ē

fortius ea. Quumqꝫ euacuaueris stomachū ex hūo
re effuso ad ipsum ab alio conforta ipsum post il
lud vt non recipiat illū humorē ⁊ constrictio extr̄
mitatū ⁊ calefactio ipsaꝝ adiuuat in retinendo illđ
qđ effunditur ad ipsum ab eis. Et sirupus de pa
pauere est vehementis iuuamenti ad effusionem
materieꝝ calidaꝝ. Qđ si humor est frigidus tunc
confortantia que necessaria sunt post ipsaꝫ sīt sicut
mastix ⁊ tro. de rosͣ miores ⁊ mēta sicca ⁊ xiloalo
es ⁊ gariofili ⁊ que sunt illis similia. Et si humor
est calidus tunc arobob ⁊ troc. frigidi facti ex rosͣ
⁊ spodio ⁊ que sunt similia illis. ⁊ ille qui inuenit
duꝝ ⁊ gracile illud qđ est inter stomachū ⁊ ep se
cundū ꝙ diximus ponat cibos suos ⁊ medicias su
as aquā ordei ⁊ gradiatur in bibendo ipsaꝫ quaqꝫ
die a. x. vsqꝫ ad. xx. ⁊ vsqꝫ ad centū secundū lon
gitudinē diei sui vsqꝫquo sit potens in bibendo i
psam vice vna aut duabus ⁊ non approximet me
dicina euacuatiua neqꝫ phlebotomia. Troc. dcūs
ad illud. ꝝ. masticis ⁊ troc. diarodon amboꝝ ana
ʒ. iii. karabe ⁊ mente sicce ⁊ marmacori ⁊ xiloalo
es crudi omniū ana. ʒ. ii. detur in potu cū vino an
tiquo aut mius. Et oꝫ vt administrentur in mun
dificatione stōi ⁊ eius qđ aggregatur in vacuitate
eius aut adheret aut imbibitur medicine non per
transeuntes stomachū ⁊ vias proximas stomacho
absqꝫ venis longinquis ab eo. Si autē non valet
vice vna iteretur illud: est enim melius ꝙ euacu
atio qū non sit necessaria euacuatio. Et oꝫ vt attē
das esse egōis ⁊ vrine in egritudinibus stōi. Qū
qꝫ videris eas iam incipere rectificari tunc iam in
cipit stūs rectificari. Et oportet vt non afferas in
curationibus stōi aut caliditatis eius aliquid vehe
mentis infrigidationis sicut aquā vehementis fri
goris ⁊ ꝓprie in eo qui non cōsuetus est ea: ⁊ nō
euacues medicinas solutiuas propter illud quod ī
ipsō est ex superfluitatibus a stipticis conseruanti
bus virtutē propter illud qđ scis.

De cura malitie cōplexionis frigide ⁊ humide in
stomacho. C. xxv.

Et qū illic est materia tunc euacua secun
dū ꝙ sciuisti in canone. Et si non est mul
titudo materiei tunc experimētatores ha
bent viā in eo notā. In curatione quidē qū ma
teria non est tunc cibant illū cū eis in q̄bus ē stipti
citas ⁊ amaritudo vt exiccent cū stipticitate sua et
calefaciant cū amaritudine sua. Et huius quidē ge
neris est vinū ponticū. Et ex medicinis que bibū
tur medicine apsinthiales ⁊ sirupus apsinthÿ ipsi
us. ⁊ medicine facte cū cydoniÿs. Sed ex emplis ⁊
epithimatibus ⁊ vnctionibus empla in quibus po
nūtur medicine stiptice sicut amomū ⁊ calamus a
rōaticus ⁊ spica ⁊ foliū ⁊ laudanū ⁊ bdeliū ⁊ radix
lilii ⁊ balsamū ⁊ oleuꝫ eius ⁊ ḡna ipsius ⁊ storax.
Unguenta autē sunt cerata facta ex oleo masticio
⁊ oleo de oliuis ⁊ oleo de cydoniÿs. Si autē nō cō
fert hec summa administra empla rubificantia et
medicamen de gūmi rute siluestris. Et ex emplis
confortantibus est ut sumantur croci ⁊ spice syr̄ ⁊
masticis ⁊ olei balsami omniū ana pars. i. ⁊ mell
partes tres ⁊ myrrhe asportate a ciuitate atrusu
lon partes tres gūmi alboti pars. i. ⁊. S. euforbii
pars. i. fiat ex eis emplꝫ ⁊ vt bibatur ex eis parū

pertransit. ¶ Et itez aliud. ℞. storacis ptes. iiii. cere partis tertiā medulle ceruine partes. ii. gūmi alboti partē. i. olei balsami partē. i. ⁊. ʒ. olei nardini ptes. ii. Et itez storacis tertiaz. medulle ceruine. iii. aloes rubei. iii. masticis ptes. ii. olei nardini. viii. olei balsami. iii. cere. v. fiat ex eis ceratū. Illi vero qui rōcinatione vtuntur incipiunt in primis cū exercitio tēperato ⁊ administant cibū boni chimi facilis digōis equalis qualitatis ad paruitatē aliquā declinantē secundū mensurā qua digeratur: deinde gradiatur in hoc ad ministrandas medicinas predictas ⁊ que cursu eaz precedūt ex electuariis aromaticis calidis cū equalitate quidez secundū ꝙ exigit oppō egritudinis ita vt cōmensuretur cōplexio. Et ex istis electuariis sunt diapipereon ⁊ diacyminū. ¶ Medicamen bonū. ℞. granoꝝ iuniperi ⁊ gūmi alboti ⁊ piperis omniū ana partē. i. ⁊ myrrhe asportate a ciuitate atrusulō ⁊ existimo ꝙ oz vt sint cū ea storax ⁊ spica celtica omniū ana partes. ii. petroselini. ʒ. seīs apii mōtani ⁊ keisin amboꝝ añ medietatē partis conficiatur cum quantitate sufficiente mellis. Et quando frigus est vehementius illo tunc oz vt in potu tribuantur omorusia ⁊ saggenea ⁊ ē ex medicinis bonis ad omnes egritudines materiales humidas ⁊ grossas humidas ⁊ sirupus squilliticus ⁊ eius confectio. ℞. squille mundate incise. iii. eminas proiiciantur in vase de vitro ⁊ orificiū cooperiatur vasis ⁊ dimittatur sex mensibus.

De cura malitie cōplexionis cal'e. C. xxvi.

INflāmationi stōi confert in potu sumere lac acetosum ⁊ acetū ꝓprie cū coriandro ⁊ lac acetosum vaccinū ⁊ medullā citroli ⁊ pisces recentes ꝓprie sedant inflāmationē in stō ⁊ aqua frigida ⁊ fructus recentes ⁊ endiuia ⁊ cucumeres ⁊ persica que non sunt vehementis aquositatis quare conuertantur ad cholerā ⁊ lactuce ⁊ lētes ⁊ coriandrū humidū ⁊ acetū ⁊ cucurbita ⁊ que sunt silia illis mista cum canfora ⁊ sandalis ⁊ ros' si illa necessaria sunt ⁊ dantur eis in potu etiā tro. ð spodio ⁊ ꝓprie qū est illic solutio ventris cholerica ⁊ oua cocta in aceto ⁊ lentes cū condimento granatoꝝ ⁊ cū sumachia ⁊ condimento de acresta: et carnes que eis concedūtur sunt caro atabauic ⁊ daragi ⁊ pullorum: ꝙ si eorum caliditas non consequitur mortificationē virtutis tunc ciba eos frīs grossis sicut infrigidatis piscibus recentibus ⁊ infrigidatis ventribus ⁊ omnibus in quibus est stipticitas etiā ⁊ rob de papauere ⁊ sirupus eius conferunt ad hoc valde. ¶ Et ex eis que conferūt eis est vaporatio cū infr'atiuis ⁊ qñq; empl'antur eorū stōi cū vesica inflata iam impleta ex aqua frigida. Qumq; empl'as stomachū ex emplis infrigidatiuis caue tunc ne velamen ex eis infrigidetur aut epar tali infrigidatione qua eoꝝ operatōes naturales ledantur. Multotiens enī accidit iñ nocumentū in anhelitu ⁊ frigus in epate. ꝙ si percepis aliquid hoꝝ tunc succurre ei cū oleo calefacto effuso super locū ⁊ empl'a ipsum cū eo ⁊ pone loco emploꝝ ea que bibuntur.

De cura malitie cōplexionis frigide. C. xxvii.

SI fuerit hec malitia cōplexionis leuis sis contentus in curatione eius trociscis rosatis in quibus sunt apsinthiū ⁊ cinnamomū cū decoctione cymini ⁊ ameos decoctoꝝ in vase vitri mundo. ⁊ ameos quidē est uehementis iuuamenti in hoc: ⁊ quz est fortior illa tūc necessariū est vti confectionibus cal'is fortibus ⁊ seibus calidis ⁊ diapipereō ⁊ tyriaca magna ⁊ mithridato cū vīo ⁊ saggenea ⁊ diacymino ⁊ omorusia ⁊ alchadicō ⁊ diamuscho amaro ⁊ confectionibus de stomatichō. ⁊ diaolibanū iuuatiuū ē ad hoc vbi natura ē leuis ⁊ oz vt ad bibendū dentur huiusmōi in decoctione spice ⁊ masticis ⁊ squinanti. ⁊ coꝝ que sīt silia illis: ⁊ zinziber conditū est iuuatiuum eis ⁊ etiaz troc. rosacei cū equali mensura xiloaloes. Et itez diapipereon cū vino nam ipsum vehemēter calefacit stōum ⁊ significatur vltimitas sue impssionis per singultū. Et oz vt vtantur assa ⁊ piper in cibz suis. Ipsa enī sunt plurimi iuuamēti i hoc. ⁊ allea etiā sunt ex rebus que magis cōferunt eis. Et ex oleis iuuatiuis inungēdo stomachū sunt oleum camemillinū ⁊ oleū de alcana ⁊ oleū de lilio ⁊ oleum masticinū posito in ipsis adipe galline ⁊ si indiget superfluitate uirtutis ponantur in ipsis āmoniacū ⁊ bdeliū. Et si sunt necessaria fortiora istis: tunc administrentur oleū costinū ⁊ oleū de ben et oleū sambacinū. Et ex eis que inungunt uel iniunguntur sīt sicut sirupus de lilio cū xiloaloes ⁊ muscho ⁊ ambra. Et ex seibus sunt fenugrecū ⁊ semē apij montani ⁊ altee. Et qñq; positio ventosarum super stomachū i doloribus frīs maxime affert iuuamentū. Et scias ꝙ calefactio extremitatū perducit ad calefactionē stōi ex proximo.

De cura male cōplexionis hūide. C. xxviii.

CUratur cū exiccatiuis ⁊ incisiuis ⁊ eis i quibus sunt caliditas ⁊ amaritudo postꝙ eis admiscentur res pontice: ⁊ oz vt vtantur vino forti parūp: ⁊ sint cibi exiccatiui sicut illi qui sunt in patella ⁊ assati ⁊ minoretur potus aq̄ ⁊ trocisci rosacei cū ros' recentibus cōferunt cōplexioni humide in stō. Et ex eis quidē que remouēt humiditatē stōi est vt bulliatur. ʒ. i. anisi ⁊. ʒ. i. seīs feniculi in aqua ⁊ colentur super. v. ʒ. zuccari ro. dissoluti digitis.

De cura male cōplexionis sicce: C. xxix.

HOrum curatio curationi ethice proxima existit. Hec enim egritudo est quedam ethica stōi. Qum ergo confirmatur curationē oīo non suscipit ⁊ neq; est pos'e vt occupatio sit ad humectandū ipsum solūmō imo humectatio eius non fit nisi cū cōitate corporis. ¶ Et ex humectatione igitur istoꝝ est eoꝝ balneatio ⁊ sessio ipsoꝝ in tina et eoꝝ iteratio ad balneū secundū summā siccitatis. Et qñq; necessariū facit superfluitas siccitatis que est in eis vt non concedatur eis ambulatio ad balneū ⁊ recessus ab eo imo deferantur ad ipsum ⁊ ab eo sup aliquid qd conseruet ne resoluat eos motus ⁊ ne r'sudet illd qd sumpserīt ex tina. Et quoniā balneū est mollificatiuū virtutis tunc oz ne approximet ei qd r'soluat ⁊ duplicetur illud ⁊ oz vt sit balneatio eoꝝ subuersio ipsorū in tina ⁊ non est ei necessarius aer balnei. Et oz ut sit aqua tine temperata. s. iter illam ex qua fit

horripilatio ⁊ inter mordicatē. Et ad ultimuꝫ oꝫ
vt non patiat̄ ab ea imo delectet ⁊ humectet ipm
⁊ amplificet poros. Et oꝫ vt ſit ſpatiū balneatōis
eius vſqꝫ dū perſeuerat ⁊ inflatur ⁊ augmentatur
corpus eius anteꝗ̄ incipiat detumeſcere. Et oꝫ vt
qū de balneo egreditur quieſcat paululū deinde ī
potu ſumat ex lacibus ſubtilibus aut lac muliebr̄
aut lac aſininū aut lac caprinū ⁊ qꝺ de eo eſt meli-
us. Et melius ex eo eſt ſuctum ex mamilla ⁊ affe
ratur lac hora qua mulgetur ⁊ bibat ipſum anteꝗ̄
patiatur ab aer̄ oīo ⁊ vt ſit illud cuius lac bibitur
iam cibatū tanta quantitate ꝗ̄tū digerat ⁊ ſit vſuꝫ
exercitio ante ipſum equali ⁊ vt non ſit factū ⁊ ſi
eſt aial preter hominē cognoſcitur bonitas digōis
eius aut malitia ipſius p fetoreꝫ ſtercoris eius aut
priuatōeꝫ ipius a fetor̄ ⁊ equalitatē eius aut hūidi
tatē ipſius aut ipſius exiccationē aut eius ſuperflu
itatē in vna eaꝝ aut per eius equalitatē aut eius in
flationē ꝑpter ventoſitatē in ipſo: ⁊ ut fricetur cū
inſtrumento ⁊ abſtergatur exercitando ipſum de
inde expectetur in infirmo digō eius qꝺ bibit̄ de
lacte aut aqua ordei ⁊ ſcitur illud ex eructuatione
eius ⁊ lenitate uiſceꝝ. Deīde redeatur poſt. iiii.
aut. v. horas ⁊ balneetur. poſtea inungantur mē
bra eius cū facilitate vt exiccetur aquoſitas effuſa
in eis. Si autē fuerit conſuetus balneo balneetur
vice tertia. Et ſi fuerit rectius vt ſit contētus du
abus vicibus addatur in horis interpoſitis int̄ du
as balneationes eius ſecundū ꝙ dcā eſt eius expo
ſitio vt ſit quies integra. ꝙ ſi decliat ad lac det ei
in potu ſecundo. ⁊ ſi non detur ei in potu aqua or
dei cuius artificiū eſt bonū ⁊ ſapiens ⁊ eſt illa cu-
ius aqua multiplicatur deinde decoquatur taꝫ diu
donec minoretur aqua eius ⁊ cibetur pane furni
facto ex fermento ⁊ ſale bene cocto ⁊ piſcibus ara
drada ⁊ aliis volucrū leuiū carniū molliū ⁊ teſticu
lis galloꝝ leuiū carniū inpinguatoꝝ cū lacte ⁊ pro
hibe ei viſcoſa ⁊ dura ⁊ groſſa ⁊ ſi fuerint mlti nu
trimenti elige ex eis que cū multitudine ſui nutri
menti ſunt velocis digōis facilis chimi ⁊ humidi.
Et ſumma ſit tante ꝗ̄titatis que non grauet nꝫ ex
tēſionē faciat plurimā. Ueꝝ minoratio neceſſaria
eſt in huiuſmōi. Et neceſſariū eſt in potu tribuere
ei vinū ſubtile decliue ad ſtipticitatē paꝝ tollerās
cōmiſtionē propter aquoſitatē ſuā. Ipſuꝫ enī facit
penetrare cibū ⁊ viuificat uirtutē ⁊ excuſat a po-
tu aq̄ fr̄e facietis iraſci ľ titilari ſuo frigor̄ ⁊ ſit eis
ſūma tanta ne natet ſuper ſtōachū ⁊ ne faciat rugi-
tū. Et ſit eius cibatio ſecunda qū iam primus inte
gre digeſtus eſt ⁊ ſeparetur eius cibus quantū poſ
ſibile eſt ⁊ ſit cibus leuis vt non conſequatur ci-
bus eius cibū indigeſtū. ¶ Sitqꝫ hoc regimē eius
aliquibus diebus. Qumqꝫ melioratur paꝝ p adda
tur in exercitio ⁊ fricatione ⁊ cibo. Qum autē ſa-
nitati approximat abſcindatur kiſt ordei ⁊ ponan-
tur loco ordei vno die aut duobus ſorbitōes fcē
ex candaruſio ⁊ addatur ei cibus ex eis quibus v
ti conſueuit ⁊ incipiatur a pedibus ⁊ extremitati-
bus ⁊ carnibus auiū mollibus.

De cura frigide ⁊ ſicce cōplexionis. C. xxx.

Quod ſi cōplexio eſt fr̄a ⁊ ſicca: tunc r̄ge
fr̄aꝫ ſicut r̄gis ſiccā ⁊ quoniā eius regimē
non eſt ei niſi cū calefacientibus tunc alie
na in ea que addunt in ſiccitate propter reſolutio-
nē ſuā aut propter ſtipticitatē fortē in ipſis. Et e-
uaporationes quidē omnes nocent ei ⁊ non confe-
runt ipſi ⁊ oꝫ vt alienetur calefactio fortis velox
quoniā illud exiccat ⁊ addit in ſiccitate imo oportꝫ
vt calefiat paulatim ⁊ humectetur in eo qꝺ eſt in
ter illud ⁊ addat in ſubā caloris innati non igneita
te. Et ex eis que faciunt illud eſt vinū parue com
miſtiōis ⁊ lac: ⁊ aqua ordei permiſta cū pauco mel
le ablata ſpuma eius vt multiplicetur ipſius nutri
mentū ⁊ minoretur eius ſuperfluitas eſt bona eis
⁊ inungatur ſtomachus ex oleis aromaticis q̄ ma-
gis humectant ꝗ̄ calefaciant verbi gr̄a ſicut oleuꝫ
de ſpica ⁊ ſpica celtica ⁊ oleū de maſtice eſt bonuꝫ
eis. Et qn̄qꝫ miſcetur ľ cū eo oleū de balſamo quo-
niā eſt iuuatiuū. Et melius quidē eſt vt miſceatur
cū eis paꝝ cere vt ſit mora eoꝝ ſuper ſtomachū.
Et ex eis que forte afferunt iuuamentū eſt vt cale
fiat maſtix ⁊ miſceatur cū oleo neriden ⁊ ponatur
ſuper ſtomachū ⁊ eligatur ex maſtice illud qꝺ eſt
pinguis: ꝙ ſi frigus uehementius fiat non eſt ex-
cuſatio quin liniatur ſtomachus cū eo qꝺ eſt ſicut
pix faciendo vt ipſa adhereat ei omni die ⁊ remo
ueatur anteꝗ̄ infrigidetur ⁊ qn̄qꝫ adminiſtrat̄ illꝺ
in die bis. Ipſa enī attrahit ad ſtomachū ſanguinē
nutritiuū. Et oꝫ vt tu cognoſcas formā adminiſtra
tionis picis ex eis que dcā ſunt in capitulo picis.
Et ex eis q̄ maximū afferunt iuuamētū eſt ample
xari infantē carnoſum ſane cōplexionis quoniam
ipſe facit ſtomachū acquirere caliditatē innatā dige
rentē cibū vehementer. Si autē non fuerit infans
tunc ſit catulus canis pinguis aut cattus maſculus
pinguis aut qꝺ procedit via eoꝝ. Et oꝫ quidē vt
non ſudet infans amplexatus ⁊ infrigidetur ſudor
⁊ poſſē eſt vt liniatur venter eius cū eis que ꝓhi-
bent ſudorē ⁊ opꝫ vt ne eis ſuperflue detur aqua
fr̄a quoniā ipſa eſt res magis nociua eis.

De cura cōplexionis ſicce cū caliditate. C. xxxi.

Cura huius eſt vt aggregetur inter duo
regimenta que diximus. ꝙ ſi caliditas fu
erit parua ſufficit vt adhibeatur regimē
habentiū ſiccitatē ⁊ ponatur vinū eoꝝ recentis tē
poris. Et oꝫ vt ipſum in potu ſumant infrigida-
tū in eſtate tepidū in hyeme ⁊ ſilr̄ ſint reliqui cibi
eoꝝ. Et ſit inunctio ſtōꝝ eoꝝ ex oleo de cydoniis
⁊ ex oleo omphacino. Et qn̄qꝫ ſanatur integre ex
potu plurime aque fr̄e ⁊ proprie qn̄ non eſt ſicci-
tas ſuperflua.

De cura cōplexionis cal̄e ⁊ humide. C. xxxii.

Conferunt ei frigida exiccantia ⁊ aggrega
inter duo regimina malitie cōplexiōis ca
lide ⁊ humide. ⁊ conferunt ei tro. roſ.
facti cū roſ recentibus. Et qn̄ illic eſt ſolutio ven
tris adminiſtra ceratū factū cū oleo de cydoniis.

De cura malitie cōplexionis ſtōi cū materia ⁊ cau
ſa oppilationis. C. xxxiii.

Oportet vt cognaſcas diſpōeꝫ materiei in
ſtō an ſit exucans ſicut exucat ſpongia a-
quaꝫ aut ſit imbibita ſubmerſa ſicut imbibitur pannus tinctura viſcoſa ſubmerſa in ipſo
aut adherens aut effuſa in cōcauitate que noiatur

apud quosdã natans ⁊ vt cognoscas eius initiũ et
locũ generationis eius ⁊ partẽ effusionis ipsius. ¶
Quod si fuerit eius generatio in ipso: intentio in cu
rando est intentio eius ⁊ rectifica in ipso cãm ge-
nerantẽ ipsam: ⁊ si fuerit veniens ad ipsuꝫ ex mẽ
bro alio sicut cerebro aut felle aut epate aut splen̄
euacua illud qđ peruenit ⁊ rectifica mẽbrũ man-
dans materiã ad ipsuꝫ ⁊ conforta stomachũ vt nõ
recipiat illud qđ effunditur ad ipsum. Et qn̄qꝫ est
effusio eius in hora famis apud motũ virtutis at-
tractiue stõi ⁊ q̇etẽ expulsiue quare recipit ex ma
terijs illud qđ non recipit in hora alia ⁊ isti sunt il
li qui non tollerant famẽ. Et qn̄qꝫ superuẽit ei sin
copis qñ ipsa adest oꝫ vt perueniatur effusio ma-
terieꝝ cũ comestione cibi ⁊ sint cibi confortantes
stomachũ. Et qn̄qꝫ contingit ꝙ materia non effun
ditur nisi qñ assunt passiones aĩales sicut ira vehe
mens aut tristitia aut alie ⁊ non sedatur mordica-
tio accidens eis nisi cũ vomitu. Et illi quidẽ q̄ de
scendit a cerebro conferunt piper al. contritũ cuꝫ
aqua ⁊ apsinthiũ ⁊ aloes debilis iuuamenti in ipsa
est sed hiera fortis fit ad illud ꝓpter illud qđ est ĩ
ipsa de medicinis fortis resolutionis ⁊ abstersiõis
⁊ iam preterijt a nobis qđ ex cõpõe difficilis cure
est vt sit stomachus calidus ⁊ caput frigidũ. facit
eni necessariũ illud qđ descẽdit ex capite vt admi
nistrentur ea que sunt sicut diapipereon ⁊ diacy-
minũ ⁊ illa quidẽ nocent subẽ stõi. Et eius cura q̄
ab epate effunditur indiget eis que leniunt naturã
⁊ euacuant humorẽ subtilẽ cholericũ sicut aqua ca
sei cũ myrobalanis ⁊ scamonea. Et qn̄qꝫ declinat ĩ
plium ab vtroqꝫ eoꝝ simul per intentionẽ ad illđ
qđ confortat stomachũ ⁊ oꝫ vt premittas lenificã
tia in cibo ⁊ facias sequi stiptica secunduꝫ ꝙ dictu
ri sumus in loco sibi proprio. Illa autẽ que effun-
ditur a splene curatur cũ eis que dicemus in capi-
tulo appetitus canini. Et tu quidẽ iaꝫ sciuisti ꝙ qñ
qꝫ effunduntur ad os stõi humores acuti mordica
tiui ⁊ faciunt euenire sincopim ⁊ spasmũ. Et qn̄qꝫ
perducit eoꝝ effusio ad destructionẽ pl'sus. Et qñ
qꝫ sunt melancholici ⁊ est tibi necessariũ vt confor
tes os stõi ne recipiat materias attractas ad ipsũ cũ
emplis in quibus sunt stipticitas ⁊ aromaticitas. ¶
Et frã quidẽ in dispõe curationis caliditatis in fe-
bribus sunt alcasbu et cydonia ⁊ galia ⁊ succus acĩ
ste ⁊ rami albaulalic ⁊ olea sicut oleum roſ. Cali-
da vero ex eis sunt habentia dispõeꝫ contrariã p̄-
dictis sicut myrrha ⁊ crocus ⁊ aloes ⁊ mastix ⁊ ap
sinthiũ ⁊ olibanũ ⁊ zinziber ⁊ spica: sed olea sunt
sicut neriden ⁊ oleũ de lilio. Et multotiens quidẽ
ẽ cã aggregatõis materiei ĩ stõ ĩtẽtio euationũ mũ
dificatiũ ipꝫ ñ effusio ad ipꝫ. Et in huiusmõi qui-
dẽ oꝫ vt euacues illud qđ aggregatũ est ⁊ aperias
partẽ cursus eius ⁊ facias ipsum declinare a stõ ad
ipsam ⁊ neqꝫ educatur ex stõ humor nisi ad partẽ
declinationis ipsius in euacuatione. Si autẽ ambi-
gua sit educ natantẽ qui sequitur os cũ vomitu et
illũ qui est ei contrarius cũ solutione. Quod si hũor
est imbibitus intrans ⁊ non est nisi subtilis in essen
tia sua: tunc melius quo curatur est aloes ⁊ ablutũ
rectius est ad cõfortandũ ⁊ non ablutũ ad purgan
dũ. Nam qñ abluitur debilitatur eius euacuatio ⁊

mundificatio ipsius. Et hiera conuenientior est ã-
bobus ꝓpter illud qđ in ipsa est de spetiebus rei-
ficantibus ⁊ adiuuantibus ⁊ prohibentibus a nocẽ
tibus ⁊ ꝓprie pura non permista cũ melle. Cõmi
sta eniꝫ cũ melle ꝯuis sit plurime solutõis ex mo
dis diuersis quoniã est plurimũ remanens in stõa
cho tamen eius confortatio est minor quoniã mel
frangit de fortitudine aliquid in confortãdo ⁊ pur
gando que ambo simul perquirũtur. Et oꝫ ut quã
do bibitur vt intentio sit post ipsam ãbulare ⁊ nõ
oꝫ vt alteret ꝓpter ipsam regimen suũ. Et quan-
doqꝫ remouetur egritudo potione vna ex hiera.
Et si fuerit illic casus appetitus aut nausea ponan-
tur loco croci in hiera rose rubee. Et qñ inuẽitur
caliditas inflãmata non administretur hiera quoni
am ipsa qn̄qꝫ addit in malitia cõplexionis ⁊ ꝓprie
qñ existimatur ꝙ sit illic materia. Et si non fuerit
illic materia oĩo tunc hiera est medicina magis con
ferens humoribus cholericis in stõ ⁊ ꝓprie cũ de
coctione apsinthij. ¶ Descriptio hiere ad hũc mo
dũ lenis. ℞. floris squinanti ⁊ xilobalsami ⁊ assari
⁊ cinnamomi omniũ ana parteꝫ. i. ⁊ aloes partes.
vi. et qñ non querit in ipsa fortitudo euacuatiõis
imo mundificatio equalis ponatur pondus omnis
medicine pars. i. ⁊. 5. ¶ Et ex pilulis expertis iu
uantibus in hoc est vt sumatur aloes. ʒ. i. ⁊ myro
balanoꝝ citrinoꝝ ⁊ rosaꝝ medietas. ʒ. ⁊ conficiãt
cũ succo endiuie ⁊ diacydonitẽ solutiuũ factũ ex cy
donijs ⁊ zucaro ⁊ scamonea. Et qn̄qꝫ sufficit vt in
potu detur dauic. scamonee in tribus. ℥. lactis ace
tosi colati a butyro suo dimissi vna hora donec bo
na fiat eoꝝ cõmistio. Et geleniabin solutiuũ ẽ ma
ximi iuuamenti in hoc ⁊ silr̃ fumusterre ⁊ ꝓprie
ad cholericã ⁊ decoctio apsinthij ⁊ prunoꝝ ⁊ tama
ridoꝝ ⁊ sirupus rosaceus solutiuus ⁊ ꝓprie ĩ esta
te. Et silr̃ aqua casei cuꝫ myrobalanis ⁊ scamonea
pauca aut aloe si est voluntas vt euacuet materiã
cholericã. ¶ Medicamen. H. bonũ. ℞. apsinthij
romani. ʒ. v. ⁊ roſ rubeaꝝ sanaꝝ. ʒ. xx. deco-
quantur in lb duabus aque donec remaneat medi
etas lb deinde potetur sicut est aut cũ zuccaro pau
co. Et aloes quidẽ est conueniens ĩ euacuatiõibus
stõi ⁊ scamonea est nociua stõ ⁊ inimica ei. ¶ Non
ergo audeas dare ipsam nisi qñ necessitas adest. Et
in huiusmõi quidẽ materijs confert phlebothomia
qñ illic est repletio vt moueatur humor ad uenas
⁊ extremitates ⁊ sint ĩ hũoribus qui sunt ĩ stõ me
atus in quibus expellantur. Et iam quidẽ expertũ
est sumere in potu hierã cum decoctione apsinthij
quoniã est ultima. Et expertũ est diacydonitẽ hu-
iusmõi. ℞. cydonioꝝ assatoꝝ ĩ massa quantitatẽ tri
um. ℥. ⁊ croci ⁊ apsinthij amboꝝ ana. ʒ. ii. ⁊. 5. ⁊
olei arboris masticis ⁊ olei de cydoniis. vij. dar-
kimie conficiãt cum vino odorifero ⁊ admistrẽ-
tur. confortant eni stomachũ qui est cũ hoc modo
⁊ ꝓhibet ipsum recipere humores calidos. ¶ Et
ex eis que experta sunt etiã est vt sumantur apsin
thij. ʒ. x. cinnamomi. ʒ. v. xilobalsami spice am
boꝝ ana. ʒ. iii. folioꝝ roſ recentiũ. ʒ. iii. xiloalo-
es masticis amborum ana. ʒ. i. coquantur in aqua
multa vsqꝫ quo redeat ad paruitatẽ. s. ad q̄titatẽ
libre. i. aut minus ⁊ coletur ⁊ infundatur in ipso

aloes cuius potio sit quantitas. ʒ. i. omni die vsꝫ
quo appareat sanitas. Et si humor est effusus non
adherens ei neqꝫ grossus iuuatur vomitu facto a-
qua rhaphani ⁊ oxymelle ⁊ aqua mellis ⁊ aqua or
dei permista cũ oxymelle calido ⁊ que ꝓcedũt cur
su eoꝝ ex eis que faciunt uomere leuibus: ⁊ quan
doqꝫ sufficit aqua calida sola aut cũ oleo calido so-
lo aut cuꝫ oxymelle cũ aqua calida sola. Et aqua q̇
dẽ calida cũ melle pauco lauat materiã ⁊ q̃nqꝫ ex-
pellit eã natura cũ vomitu ⁊ q̃nqꝫ deducit eã ad in
feriora. Et q̃nqꝫ curatur huiusmoĩ materia cum
solutione ventris etiã cũ eis que diximus si ex uo
mitu non prouenit illud qđ queritur aut est ad ꝓ
fundũ stõi magis decliuis. Et quãdo volueris sol
uere ventrẽ cũ hiera in huiusmoĩ materia dabis ĩ
potu post balneũ in die antecedente aquã ordei: ⁊
q̃nqꝫ est humor hic mordicatiuus paucus ⁊ est tũc
administratio sauic ordei cũ aqua granatoꝝ aufe-
rens ipsum ꝓpter exiccationẽ sauic ⁊ exiccationeꝫ
eius ⁊ quia confortat aqua granatoꝝ os stõi quã
non recipit ipsum. Si autẽ humor est grossus tunc
rectius est ut incidatur ⁊ subtilietur cũ potionibus
incisiuis ⁊ subtiliatiuis. Et medicine quidẽ incisiue
sunt sicut oxymel ⁊ alcagauic ⁊ sinapis ⁊ cappaȓ ⁊
oliue ⁊ cũ emplis subtiliatiuis deinde educatur so
lutione ventris cũ eis que educuntur huiusmodi.
Nõ si administretur vomitus deinde ventris so
lutio erit rectius. Et si est inobediens quin non e-
radicetur tunc oꝫ vt facias vomere cũ eis q̄ sunt
fortiora sicut decoctio nucis vomice ⁊ sinapis ⁊ pi
peris. ¶ Medicamen faciens vomere phlegma
mucilago cartami dissoluatur cũ aqua aneti cõtriti
⁊ ꝓijciatur super ipsuꝫ oleũ laurinũ ⁊ detur in po
tu infirmo ⁊ mittatur in ore ipsius penna ⁊ euõat
cũ ea. Et q̃n mundificatur stomachus tunc admini
strentur ea que equant cõplexionẽ ⁊ calefaciũt ipꝫ
cũ subtilitate vt non generetur vice alia: ⁊ quan
do uis soluere ventrẽ in huiusmoĩ materia dabis
ei ad potandũ vno die ante ipsam post balneũ aq̃
ciceris: ⁊ oꝫ vt administres eis illud multotiẽs: ⁊
balneatio in aquis thermaticis ⁊ deãbulationes et
motus iuuant eos. Et multotiens est de consuetu
dine hoĩs vt cõgregetur in stõ ipsius phlegma pl'i
mũ: tũc ergo administrentur porri cũ aceto ⁊ sina
pi quoniã sanatur ꝓpterea ꝙ illa incidunt corpus
humoris ⁊ ꝓpter solutionẽ accidentẽ habenti ipꝫ
⁊ si phlegma est acetosum detur in potu hiera cuꝫ
oxymelle ⁊ vtatur medicamine diacalamenti. Et
medicine quidẽ solutiue rectificantes hũores gros
sos que sunt huiusmodi sunt pilule alefeniati ⁊ pi
lule aloetice magne ⁊ pilule stõatice ⁊ aloes in si-
rupo acetoso cũ seibus fortia habente seĩa scõ cuꝫ
melle ⁊ hiera ad illũ qui grossus ẽ. ℞. seis apij. p.
vi. ⁊ extremitatũ apsinthij anisi seis feniculi oĩuꝫ
ana p. iii. pipis al. ⁊ assari amboꝝ ana partẽ. i. et
mediã costi ⁊ spice inde keisim omniũ ana partes.
ij. masticis croci amboꝝ ana partẽ. i. aloes partes
viij. conficiantur ⁊ fiant ex eis trocisci ⁊ bibat oĩ
die tro. pondere auȓ. i. quoniã mundificat stõum
cũ facilitate. Et q̃nqꝫ necessariũ est vti hieris ma-
gnis: ⁊ ex eis que conferunt ꝓprie post potionem
precedentẽ sunt myrobalani kebuli conditi ⁊ siru
pus de apsinthio ⁊ zinziber conditũ: ⁊ cibi conueĩ

entiores eis sunt iura alkanabit ⁊ paruaꝝ auium ⁊
ius columbe pulloꝝ. Corpora eñi pulloꝝ colũbio
rũ sunt tarde digõis ⁊ longe more in stõ. Et scias
ꝙ sabañ est exiccatiua stõi exiccatiua superfluitatũ
omniũ humidaꝝ ⁊ aqua ferri mineralis aut ĩ qua
extinguitur ferrum minerale aut in qua extingui
tur ferrum ignitum multotiens est iuuatiua sto-
machi humidioris. ¶ Et oxymel squilliticuꝫ ẽ ve
hementis iuuamenti ⁊ diacydoniten puꝝ est bonũ
materijs calidis ⁊ illud qđ est cũ pipere ⁊ zinziberȓ
materijs grossis frigidis ⁊ eius descriptio. ℞. succi
cydonioꝝ aquosoꝝ paꝝ ponticoꝝ partẽ. i. mellis
ad infrigidatũ ⁊ zuccari ad calefactũ partẽ. i. ⁊ ace
ti boni fortis. s. aceti vini partẽ mediaꝫ preparẽt
super ignẽ lentũ ⁊ reponatur: ꝙ si voluntas adest
vt sit maioris fortitudinis ad infrigidatũ ponãtur
in ipso zinziber ⁊ piper. Et ex eis que conferũt ad
resoluẽdũ materias grossas ex stõ est amplexari ĩ
fanteꝫ qui non polluitur sed est proximus ad hoc
sine velamine. Et q̃nqꝫ aggregatur in stõ duo hu
mores contrarij ⁊ est ille qui est imbibitus verbi
grã ex subtili cholerico ⁊ effusus in cõcauitate ex
grosso. oꝫ ergo vt intentio sit in eo qui est maio-
ris nocumenti. Et quando humor impediens est
calidus mordicatiuus ex quo accidunt sincopis et
spasmus tunc rege ipsum cũ eo qđ diximus in ca-
pitulo sincopis. Et primũ quo oꝫ vt ei succurras ẽ
facere ipsum sorbere aquã tepidã. Nã q̃n ipsi per
eũ euomunt humores suos sedatur illud qđ hñt.
Et si humor nocens effusus est melancholicus tunc
conferunt ei decoctio calamenti cuꝫ melle ⁊ deco-
ctio epithymi ⁊ calamenti cãpestris ⁊ ex eis q̄ ua-
lent ad hoc est vt conficiantur alumen ⁊ calcadis
⁊ es vstum cũ melle ⁊ ponanȓ sȓ stomachũ. Et oꝫ
vt ponatur super stomachos eorũ in horis praui
tatis egritudinis spongia infusa in aceto calido val
de. Numqꝫ humor fuerit frigidus ⁊ humidus tũc
sis contentus calefacientibus resolutiuis ⁊ non fa
cias ingredi ĩ eis ea que exiccant cũ stipticitate quo
niã error est maximus siue sit cibus siue medici-
cina. Et q̃nqꝫ materia impedit mł'titudine sua nõ
sua corruptione ⁊ in succurrendo nocumento ad-
ministrentur medicine ⁊ cibi stiptici absqꝫ spe ma
litie. ¶ Curationi autẽ apatũ stõi singularia poste
rius faciemus capitula: ⁊ siľr curationi ventosita-
tũ ⁊ inflationis. In raritatis vero stõi cura admi-
nistrentur medicine calefacientes stiptice quas di-
ximus ⁊ ꝓprie aromatica in quibus est conuenien
tia cordi ⁊ spĩtui ⁊ administrentur electuaria aro-
matica stiptica sicut de nuce muscata ⁊ electuariuꝫ
đ cardamomo ⁊ silia que sunt ex eis que dicemus
⁊ q̄ diximus in curatione frigoris stõi ⁊ hũiditatis
eius. Et oꝫ vt exiccentur cibi ⁊ subtilientur ⁊ su-
mantur in pluribus vicibus ⁊ non grauabunt sto
machũ ⁊ non impleatur vino subito neqꝫ moueaȓ
post cibũ ⁊ potũ neqꝫ bibat super cibũ. Et sit illud
qđ bibit vinũ forte vetus ad aliquãtulã declinãs
stipticitatẽ ⁊ assumant ipsum paulatĩ paulatĩ.
Cura autẽ oppilationũ euenientiũ in meatibus ꝓ-
pinquis stõi qui sunt ad ipsum aut in ipso sicut me
atus qui sunt ex ipso ad splenẽ aut ex ipso ad epar
est adhibere aperitiua sicut hierã ⁊ apsinthiũ. Ue
rũ đ curatõnibus obuiatõis ⁊ percussionis ⁊ casus

ſuper ſtomachum ſunt trociſci dicti in antidotario
in quibus ſunt karabe ⁊ melilotũ. ¶ Emplm̃ iu-
uatiuũ ad hoc. ℞. pomoꝝ de ſcemi coctoꝝ diſſolu
toꝝ in decoctione contritoꝝ valꝫ pondus. ℥. i. cõ
ficiantur cũ decima ſui de laudano ⁊ roſ. ℥. viij. ⁊
aloes. ℥. vi. conficiãtur omnia cũ duobus ſuccis.
ſ. buglosſe ⁊ folioꝝ cupreſſi ⁊ miſceatur cũ eo ole
um de lilio ⁊ tepidetur ⁊ ligetur ſuper ſtomachuꝫ
diebus aliquibus.

**De cura eius qui leditur fortitudĩe ſenſus ſui ſto
machi. C. xxxiiij.**

QUum ſuperfluit illud non eſt excuſatio
quin adminiſtrentur narcotica cũ facilita
te. Et oꝫ vt ſint cibi eius illi qui ingroſ-
ſant ſanguinẽ ſicut illi qui fiunt de frumẽto cocto
cũ multa aqua ⁊ carnes vaccine vſqꝫ quo ſit neceſ
ſariũ vti narcoticis. Et ſi illud qꝺ nocet fuerit ca
lidũ tunc oportebit vt partes ſtõi mundificent̃ cũ
hiera multotiens ⁊ vt non tardetur cibus eius im
mo oꝫ in huiuſmõi vt cibentur in principio famis
ipſoꝝ pane cũ robub fructuũ aut ĩfuſo in aqua fri
gida ⁊ aqua roſ ⁊ qñqꝫ infunditur in vĩo miſto in
frigidato: illud enĩ confortat os ſtõi etiã. Et ſi il-
lud qꝺ ledit fuerit frigidũ tunc plurimũ qꝺ eis ac
cidet nõ accidet niſi tremor ⁊ ſpaſmus. quar̃ opor
tebit vt eoꝝ ſtõi confortentur cũ vino ſtiptico et
cũ medicinis aromaticis ſtipticis ſubtiliatiuis ⁊ e-
uacuetur humor qui eſt in eis.

De regimine eius cuius ſtõus puus ẽ. C. xxxv.

OPortet vt ſit cibus eius ex eis que ſunt
in pauca quantitate multi nutrimẽti ⁊ ſit
ex rebus conuenientibus ſtõ. Cibi auteꝫ
magis conuenientes ei ſunt illi in quibus ſunt ſti-
pticitas ⁊ amaritudo ſine acuitate ⁊ mordicatiõe.
Et ſani quidẽ iuuantur in confortatione ſuoꝝ ſtõ
rũ cũ ſtipticis. In febriẽtibꝫ vero nõ oꝫ vt ſuper
fluat ĩ hoc cũ eis in quibus eſt ſtipticitas vehemẽs
quoniã illud exiccat ora ſtõꝝ ſuoꝝ exiccatione no
ciua. quare oꝫ vt ĩ eis cũ facilitate adminiſtrẽtur
quoniã neceſſaria ſunt. Et ex cibis quidẽ conueniẽ
tibus ſtõ iuuantibus ad debilitatẽ ipſius ſecunduꝫ
ꝙ teſtatur. G. ſunt pelles intrinſece ventriũ gal-
linaꝝ ⁊ dimiſſio coitus confert eis in confortando
ſtomachũ valde. Et ex regimine conuenienti plu
rimis ſtõachis eſt vti vomitu in menſe bis ita vt
non congregetur in ſtõ humor phlegmaticus ⁊ fa
cilior vomitus eſt ille qui fit cũ rhaphano ⁊ piſci-
bus comeſtis expectando donec ſit ſitis valde et
bibendo poſt ipſam ſirupũ acetoſum mellinuꝫ aut
zuccarinũ cũ aqua calida ⁊ euomendo ⁊ non opor
tet vt ſupra illud addatur quoniã conſueſcet natu
ra eijcere ſuperfluitates ad ſtõum. Et ſcias ꝙ vo-
mitus facilis leuis ſine labore ⁊ non frequens ĩ ho
ra neceſſitatis eſt maximi iuuamenti. Et ex regĩe
conueniente pluribus ſtõis eſt ut ſint cõtenti cibo
vna vice preter qꝺ repleantur in illa vice ¶ De
ſolutiuis vero conuenientiora eis ſunt aloes ⁊ ap
ſinthij herba non ſuccus eius quoniã ſuccus ſepara
tus eſt a ſtipticitate retenta in herba. Et quandoqꝫ
iuuatur ſtõus ex acceptione paſſulaꝝ in ſecũda mẽ
ſa ꝑpter illud qꝺ in eis eſt de abſterſione equali.
Et ipſe quidẽ ſunt ex eis que ſedant mordicationẽ
paruã que accidit ſtõ ſua abſterſione. Magna ve
ro mordicatio indiget fortiori illis: ⁊ grana myrti
conferunt ſtõ ⁊ capparis preparata etiã ⁊ ex oleri
bus lactuca ſtõ q̇ ad caliditatẽ eſt declinis. ⁊ ſimi
liter fumuſterre ⁊ apiũ eſt cois iuuamenti ⁊ ſimi
liter menta ⁊ enula cõdita cũ aceto. Et ex eis que
conueniunt ſtõ ſua ꝓprietate ⁊ conferunt meri e-
tiã eſt lapis qui dicitur corallus quꝫ ſuſpẽditur ita
vt approximet ſtõ aut ſummitur ex eo ſuſpenſo-
riũ. Qualiter ergo ingreditur in cõfectionibꝫ aut
bibitur ex eo medietas. ℥. i.

**De rebus quaꝝ vſu nocetur ſtomachus ⁊ inteſti
na. C. xxxvi.**

SCias ꝙ plures egritudines in ſtõ ſequn-
tur ſacietatẽ nauſeatiuã. Aliena ergo eaꝫ
⁊ aliena cãm eius ex cibis in quãtite eoꝝ
⁊ qualitate eoꝝ ⁊ qui ſunt inconſueti ⁊ ex aeribus
⁊ ex aquis prohibentibus digõnẽ bonaꝫ ⁊ ex rebꝫ
magis inimicis ſtõ eſt repletio: ⁊ ꝑpter illud non
augetur corpus guloſi quoniã cibus non digeritur
quare non creſcit ex eo corpus. Ille autẽ qui a ci-
bo abſtinet dũ in ipſo remanet adhuc aliq̇d appeti
tus augetur quõiã ſtomachus eius bene digerit ci
bũ. Et ſcias ꝙ cibus qui eſt inconueniens ſtõ in ſe
ipſo nõ cã aggregatõis ſue cũ alio aut ẽ icõueniens
ei ꝑpter ſuã q̃titatẽ aut propter qualitatẽ ſui ⁊ v
naqueqꝫ eaꝝ ſi eſt ad leuitatẽ decliuior natat et re
quirit expulſionẽ cũ vomitu ⁊ ſi ad grauitatẽ re-
ſidet ⁊ requirit expelli fluxu ventris. ⁊ qñqꝫ acci-
dit vt natet pars eius ⁊ reſideat ps eius ꝑpter ſu
am diuerſitatẽ in leuitate ⁊ grauedine ⁊ diuerſita
te motuũ ventoſitatũ euenientiũ in ipſo ⁊ r̃quirit
vomitũ ⁊ ſolutionẽ ventris ſimul. Et ſcias ꝙ ꝓ-
hibitio fecis ⁊ ventoſitatis eſt maximi nocumen-
ti. Quandoqꝫ enĩ aſcendit ꝑpter illud fex ex reuo
lutione ad reuolutionẽ ad ſuperiora donec r̃dit ad
ſtomachũ ⁊ impedit nocumento maximo ⁊ mouẽ
tur ex eo ea que ſunt ſicut ileos ⁊ accidunt contur
batio ⁊ caſus appetitus ⁊ ventoſitas etiã qñqꝫ aſcẽ
dit ad ſtomachũ ⁊ eleuatur vapor ipſius ad cere-
brũ ⁊ nocet vehementer ⁊ corrumpit illud qꝺ in
ſtõ eſt. Et ſcias ꝙ omne qꝺ ſtipticitatẽ non habet
ex ſuccis ꝓprie ⁊ ex alijs cõiter eſt malũ ſtõ ¶ Et
oĩa olã mollificãt ſtõuꝫ ⁊ ꝙ ex eis ẽ magis cõueiẽs
⁊ magis ſanũ eſt oleuꝫ de oliuis ⁊ oleũ de nucibꝫ
⁊ oleũ de fiſticis. Et ex medicinis ⁊ cibis ſtõ ma-
gis nociuis ſecundũ plurimũ ſunt grana pini ⁊ ſelk
⁊ albedarogi ⁊ napi non diſſoluti in decoctione ⁊ a
cetoſa ⁊ atriplices ⁊ bliti niſi cũ aceto ⁊ almuri ⁊ o
leo. Et ex iſtis ſunt fenugrecũ ⁊ ſiſamũ quoniã a-
bo debilitant ſtomachũ: ⁊ lac eſt nociuũ ſtõ: ⁊ ſilr
medulle ⁊ cerebella: ⁊ ex potibus qui eſt groſſus
nouus. Et ex medicinis grana iũipi ⁊ g̃na alfagd.
Et ſcias ꝙ omnes medicine ſolutiue ⁊ omnia que
abhominationẽ faciunt ſunt mala ſtõ. Et coitus ẽ
ex rebus magis nociuis ſtõ ⁊ dimiſſio eius eſt ex r̃
bus magis conferentibus ei ⁊ uomitus laborioſus
q̃uis ſit iuuatiuus ex parte purgationis nocet ta-
men plurimũ cũ debilitatione.

Tractatus. ij. huius fen.

**De regimine doloris ſtomachi ⁊ debilitate eius ⁊
diſpõe appetitus eius. C. i.**

Olor stõi accidit aut ꝓpter malitiã cõple
xionis absq3 materia: aut ꝓpter malitiaꝫ
cõplexiõis cũ materia ⁊ ꝓprie acuta mor
dicatiua: aut ꝓpter solutionẽ continuitatis ex cau
sa ventosa extensiua: aut mordicatiua adustiua:
aut aggregatiua ambaꝝ rerũ simul sicut est in apã
tibus calidis. Et qñq3 fit ex vlceribus corrosiuis.
Et ex hoĩbus quidẽ sunt aliqui quibus accidit do-
lor stõi qñ comedũt ⁊ sedatur post digõnẽ: ⁊ eorũ
plurimi sunt melancholici ⁊ patientes melancholi
am mirachiã. Et sunt ex hoĩbus quibus accit do
lor in fine spatij cõprehensionis cibi in stõ ⁊ apud
horã decimã ⁊ que sequntur eã: de quibus sunt q̃
dã quoꝝ dolor non sedatur donec euomant quod
dã qd̃ est sicut acetũ ex quo ebullit terra deĩde se
datur dolor eoꝝ: ⁊ ex eis sunt quoꝝ dolor sedat
cũ descensione cibi non cũ vomitu. Et de duabus
sectis sunt qui remanent secundũ tollerantiã suam
longo tpe. Et cã quidẽ primi est effusio melancho
lie ex splene ad stõu3. Et cã secundi ẽ effusio cho-
lere ad ipsum ex epate semper que ambe non le-
dunt in principio rei quoniã ambe cadunt in ꝓfun
dũ. Qũq3 cibus permiscet eas cõmouetur cũ cibo
⁊ ascendunt ad os stõi. Et est ex hominibus stoma-
cho cuius ꝓuenit dolor aut adustio vehemens et
qñ comedit sedatur. ⁊ eius quidẽ cã est effusi ma
terieꝝ mordicatiuaꝝ ad stõu3 qñ vacuus est a ci-
bo aut acetosaꝝ mel̃caꝝ ⁊ sunt raro aut acutaru3
cholericaꝝ que sunt sepe. Et ex hoĩbus ẽ cui acci-
dit ꝓpter multitudinẽ comestionis ⁊ iterationis e
ius non secundũ veritatẽ famis ⁊ ꝓpter repletõe3
corporis eius ex sacietate nauseatiua adustio in stõ
ipsius intollerabilis. Et qñq3 fit dolor stõi ex vẽ
tositate. s. aut dolor fortis aut dolor pungitiuus.
Et ex hoĩbus est cuius vehementia sensus stõi et
quidẽ accidentia eius qd̃ diximus de humoribus
cholericis qui effunduntur ad ipsum sunt cã dolo
ris maximi accidentis stõ eius intollerabilis ⁊ quã
doq3 facit accidere sincopim. Et qñq3 ꝓueit ex po
tu aque frigide dolor in stõ estuosus clamosus et
qñq3 moritur subito ꝓpter aduẽtũ doloris ad cor
et qñq3 descendit dolor ⁊ facit ꝓuenire colicã. Et
timetur quidẽ in illo in quo prolõgatur dolor sto
machi ꝙ attrahat apã stõi ⁊ portendit in p̃gnanti-
bus prefocationẽ matricis ꝙuis dolor stõi multi-
plicetur in pregnantibus. Et in libro quidẽ mor-
tis festine dicitur ꝙ qñ apparet cũ dolore stõi sup
pedẽ dextrũ qd̃dã simile visice tunc patiens eum
moritur in. xxvij. diebus. et ex signis illius ẽ ꝙ i
pse appetit res dulces ⁊ si h3 dolorẽ ventris ⁊ ap
par3 in supercilio eius vestigiũ ⁊ bothor niger si
milis fabe deinde fit vlcus tunc ipse morietᷣ ⁊ hu
ic quidẽ accidunt subet ⁊ multitudo somni ꝓpter
frigus sue egritudinis.

De signis. C. ii.

Igna cõplexionũ puraꝝ sunt signa pre-
dicta: ⁊ signa cõplexionũ que sunt cũ ma
terijs sunt signa predicta etiã. Et mordi
catio quidẽ cũ inflãmatione est significatio materi
e calide ꝓpter qualitatẽ acutã aut salsam. Si autẽ
mordicatio est non stabilis imo renouatur sig̃t ef
fusionẽ materiei cholerice ex epate. Et qñq3 facit
icurrerᷣ mordicatio stõi febrẽ ephimerã. Et mor
dicatio stabilis qñq3 facit incurrere fe. tertianã in
separabilẽ ⁊ dolorem in latere dextro ⁊ sig̃t cõi-
tatẽ panniculi velantis epar. Et qñ sedatur febris
⁊ remanet mordicatio tunc illud est ꝓpter effusio
nẽ materiei ex superfluitatibus epatis aut malitiã
cõplexionis calide aut humorẽ viscosum in stõ:
⁊ absq3 inflãmatõe sig̃t materiã acetosa3. Et signũ
eius qd̃ est ex summa illius in quo est doloris e-
uentus post horas sup cibũ cã melãcholie est vt ac
cidat vomitus aceti acetosi ⁊ sedatur eo dolor et
vt splen sit lesus ⁊ digestio mala. Et signũ eius q̇
est ex illo cã cholere est vt non accidat uomitus a
ceti ĩmo si fuerit erit cholericus ⁊ vt non sit digõ
diminuta ⁊ sint signa cholere manifesta ⁊ epar cali
dũ inflãmatũ. Et signa eius qui est ex ventositate
sunt eructuatio ⁊ rugitus ⁊ extensio in hypocon-
drijs

De cura. C. iij.

Ura q̇de eius qui ẽ ex malitia cõplexio-
nis calide est in potu sumere lac acetosu3
vaccinũ ⁊ lac de quo extractũ est butyru
acetosum ⁊ aquã frigidã: ⁊ in cibo sumere pullos
⁊ alcubugi et duragi cucumeres cucurbitã ⁊ por-
tulacã ⁊ pisces paruos elixatos cũ aceto: ⁊ ex siru
pis sirupũ acetosum ⁊ rob acreste: ⁊ ex medicinis
trocisci de spodio ⁊ administrare empl̃a infrigidã
tia. Et si videris extenuationẽ ⁊ areiactionẽ admi
nistra bis tinas ⁊ potabis ipsu3 vino subtili misto
⁊ facies ei sorbitiones calefacientes subtiles tẽpe-
ratas. Et qñ dolor fuerit ex humore cholerico ca
lido euacuabis ⁊ administrabis sirupũ acetosu3 cũ
aceto in quo fuit infusum apsinthiũ spatio longo.
Et dolores quidẽ stõi f̃ros ⁊ ventosos si sunt le-
ues sedat vaporatio cũ milijs ⁊ ventose cũ igne et
ꝓprie qñ ponitur ex eis ventosa magna sup locũ
mirac ventris mediũ ita vt cõprehendat vmbili
cũ ab omni latere ⁊ dimittitur sic hora vna absq3
incisione. Ipsa eñi dolorẽ illico sedat mirabiliter:
⁊ sumere in potu vinũ puꝝ ⁊ inungi ex oleis cale
facientibus ⁊ hoc etiã sedat dolores prauos. Et a
ristologia longa est maximi iuuamenti in sedando
dolores vehementes ventosos. Et siir castoreu3
qñ bibitᷣ cũ aceto cõmisto aut vaporat ex eo ueter
exterius cũ oleo antiquo. Et ventositatẽ quidem
resoluunt potus vini puri ⁊ allea et exercitiũ secũ
dũ vacuitatẽ ⁊ administratio eoꝝ que diximus in
capitulo inflationis si vehemẽs fuerit necessitas ad
hibere fortiores medicinaꝝ. Et si dolor est ex uẽ
tositate prefocata in stõ aut eis que sequntur eum
conferunt ei grana lauri ⁊ cyminũ assatu. Et si ẽ do
lor ex mel̃is inflatiua tunc o3 vt vaporatio fiat cũ
aliꝙtulo alumie ⁊ dragagãto contritis cũ aceto a-
cetoso ⁊ vt vaporetur etiã cũ ramis aneti contri-
tis. Et si fuerit dolor ex apãte tunc cura eius erit
cura quã dicẽus in capitulo apatũ stõi. Qd̃ si do-
lor non cessauerit mollificabis cũ adipibus et ẽbro
cis factis ex aneto ⁊ sil̃ibus. Et cura doloris q̇ ex
citatur post spatiũ longũ faciens necessariũ vt euo
matur materia acetosa est confortatio stõi cũ cale
factione et empl̃is calidis cũ vino ⁊ vino puro et
confectionibus magnis: ⁊ cibari ex eis que in patel
lis preparantur ⁊ quoꝝ ꝓprietas est vt suffumiga
tione faciant in stõ calido sicut oua assata ⁊ mel. Et

gregantur vtreq͡z ictericie simul aut q͡z cholere et
ei qđ ip̃i ꝯmiscet̃ ex san. accidit adustio et fit nig̃
et ꝯponunt ambo hu. aut q͡z in vtrisq͡z lateribus
simul est nocumentũ. s. latere ep̃is et cholere et la
ter̃ splenis. Et iã existimauerunt quidam ꝙ chole
ra accidit subito et melancholia ñ accidit subito et
fuit eoꝝ intentio ad hoc ꝙ cã generationis choler̃
est fortior causa generationis melancholie. et me-
lancholia generat̃ paulatim: et res non est ita q̃uis
sit pl̃rm ſm ꝙ ip̃i dixerunt. Et qñ͡z accidit etiam
ictericia nigra vt sit crisis egritudinum splenis et
q̃ similantur eis qũ non t̃minisciẗ natã tendens ad
ptẽ expulsionis pp causam nocitiuam. Et plurimis
quidez habentiũ ictericiaz citrinam accidit ꝯstrictõ
natãꝝ eoꝝ ꝑpter retentionem excitatoris mordi-
catiui quem tu sciuisti. Et in illo q̇ h͡z ictericiaz fri
gidaz et non curatur neq͡z r̃soluitur eius materia ẽ
timor. Et pl̃ribꝰ eoꝝ associat̃ mors subita. Reliq̃
aũt spẽs sunt ictericie ep̃ice que est ab apate: et est
illa quam dixit Hip. et dixit Qũ ep est in icterico
duꝝ tunc illud est significatio mala. Et Hip. quiđ
iam dixit in quibusdã que ad ip̃z r̃feruntur: ꝙ i-
ctericie est spẽs mala in vrina patientis quaz ẽ simi
litudo herbi: et est cũ ea ꝓfundatio in ventre et fe
bris et tremor debilis et est debilitas in locutione
ex liq̃factõe et ista ĩterficit vsq͡z ad. xiiij. diem.

De signis ictericie citrine. Caᵐ. iiii.

Scias ꝙ in pl̃ribꝰ ictericijs citrina et nig̃
tingiẗ vrina et quanto vrina est plus ci
trina est acutior et magis significatiua sa
nitatis epatis et virtutis eiꝰ. ¶ Facte aũt malitia ꝯ
pl̃onis calide in ep̃e sig̃ sunt sig̃ nota: siue sint sig̃ il
la cũ signis apatũ calidoꝝ aut non: sicut qum non al
bescit cũ ea egõ ea albedine q̃z h͡z in oppilatiua: im
mo qñ͡z tingitur plus et non sentitur g̃uitas que sẽ
titur in oppilatiua et minoratur appetitus et mul-
tiplicatur sitis: et exiccatur corpus et rubescit vri
na et raro fit subito: et si fuerit cã vehementie ca
liditatis egritudinis cholera in felle et inflãmatio e
ius in ea tunc signa eius erunt assiduatio citrinita-
tis coloris corpis et nigredo faciei soliꝰ et albifica
tio lingue et arefactio et ꝯstrictio nature: ppea ꝙ
cholera vehementer exiccat fecẽ et albedo vrine
et subtilitas eius in dispõnibus ꝑpter r̃tentionez
choler̃ in corpe absq͡z expulsione: deinde vehemẽ
tia citrinitatis eius: deinde nigredinis et grossities
eius et vehementia fetoris odoris eius in fine. ¶
Veꝝ facta a malitia ꝯpl̃onis calide in toto corpe ẽ
vt sit totum corpꝰ calidi tactus et in ip̃o sit pruri-
tus et sit appetitꝰ paruus cũ acceptiõe grossi et dul-
cis et sit egõ ꝓxima ꝯsuete tendens ad lenitatem
et sil̃r vrina et vt vene sentiantur calide valde al
terati coloris: et nõ sit cũ albedine egõnis et g̃uita
te partiũ ep̃is et fellis sicut est in dispõne oppilati
ue: ĩmo multotiens est egõ tincta et corpus lene ⁊
nõ ap ꝓpriat̃ epar aliquo signoꝝ eius singulari ei:
et non fit subito sicut est quedaz spẽs oppilatiue.
Qđ si fuerit ꝑpter apa calidũ aut durum: scies sig̃
eius ex eis q̃ dicta sunt. Ex oppilatiue autem signis
inseparabilibꝰ sunt albificatio egõnis in pluribus
horis aut paucitas citrinitatis vrine in color̃ suo
et g̃uedo in mirac in later̃ dextro et dolor et in-
flatio apud cibũ et pruritus in corpe toto et lenitas
somni s̃r latus sinistrũ. Veꝝ ex cholera eius non
albificatur cum ea egõ subito vehementi dealba
tione: albificatur gͦ egõ in primis: deinde accidit i
ctericia et cũ ep̃ica non albificatur egõ nisi g̃datim
fel. n. transmittit illđ qđ in ea est de cholera pau
latim vsq͡zquo erumpat et sil̃r albificat̃ egõ paula-
tim vsquequo ꝯpleatur albificatio eius et am ap
pareat ictericia. Et qñ cadit oppilatio in meatu q̇ ẽ
in felle ad intestina et non est in opationibus ep̃is
nocumentũ p̃teritũ neq͡z mora nisi postꝙ̃ ledit eo
ex retentione cholere in ipso et non inuenit viam
qũ fel sit plenum: tunc est amaritudo oris vehemẽ
tior et sitis fortis. Et cholerica quiđ plurimuz ꝯ-
mouet colicam aut associatur ei ſm modũ quem ĩ
nuimꝰ. Et illaz ex oppilatiua cꝰ causa est frigꝰ aut
ꝯstipatio signt dicta p̃terita. Et ex sũma earum est
dispõ corpis totius. Si aũt cã eius est hũor grossꝰ
sig̃t ip̃sã r̃gimen p̃cedens. Qđ si eius causa fuerit
nascentia rei alicuius aut ĩ carnatio significabit ip̃ã
assiduatio ictericie et assiduatio signoꝝ oppilationis
et puitas iuuamenti administrationis apitiuorũ ex
clisteribꝰ et alijs. Et ĩ illa ĩ q̃ cã est debilitas virtu
tis expulsiue ep̃is aut discretiue non est tinctura v
rine vehemens valde sicut est in oppilatiua in dis
põne q̃ sunt virtus discretiua et expulsiua fortes
et non albificatur egõ pure et non sentitur g̃uitas
que est ex oppilatione et inuenitur in reliquis opa
tionibꝰ ep̃is debilitas. Et qñ͡z associatur ei egestõ
sanguinolenta et sig̃ debilitatis et illa in q̃ est causa
debilitas virtutum fellis est cum nausea vehe-
menti et amaritudine absq͡z g̃uitate et est genera-
tio eius paulatim et tinctura in egõne est inter al-
bedinem et citrinitatem sed est in vrina fortis val
de. Et ictericia qum nõ est illic debilitas virtutuz
ep̃is expulsiuarũ. Quidam aũt existimauerunt ꝙ
ĩ illa q̃ est ex felle cũ r̃ctificatione ep̃is vrina est ſꝫ
colorem suuz et dispõnes suas naturales et hoc est
impossibile. Ep nanq͡z saũm expellit choleram in
primis ad fel ꝙ si non fuerit tunc ad vrinam: et
ꝓhibet ip̃az penetrare in sanguinem quantum po
test. Veꝝ qñ multiplicatur remanentia vrine al-
be cũ ictericia aut parũ tincte est deterius et ma-
gis timendũ ꝙ cadat hñs eam in hydropisim. ¶
Qñ sig̃t ꝙ oppilatio est ex frigore. Venenosam
aũt sig̃t morsꝰ si est ab animali si est a veneno si-
gnificant ip̃am p̃terita sanitas et bonitas humoruz
et aduentus ipsius subito absq͡z alteratione egõnis
ad albedinem. Eius vero que cretica est sig̃ sunt
qñ ip̃a fit in egritudinibus acutis habentibꝰ crises

peam: et sunt cum eā signa aliā crisis sicut nausea et subuersio stōi et vomit⁹ choleric⁹ et vehementia vigiliaꝝ et sitis ⁊ puitas appetit⁹ cibi et amaritudo oris et puitas ābelit⁹ et siccitas naīe. Et creticā quidē sigt crisis tm̄: sꝫ bonitas et malitia verificātur cū significationibus significantibus vicinantib⁹ quenadmodū de eis dicem⁹ in ca° suo. Et pulsus quidez in ictericia citrina in plˀribus dispositionib⁹ est puus pp debilitatem virtutis: sꝫ est vehemens qm̄ cholera est leuis calida. Sꝫ est durus pp vehementiam siccitatis et non est ppter illud velox: qm̄ virtus non est cū illa fortitudine pp malitiaꝫ ꝯplˀonis. Et cum ictericia quid̄ citrina multotiens egreditur sudor citrin⁹.

De signis causarum ictericie nigre. Ca^m. v.

Factam quidez a splene solū sigt qm̄ nō ē citrina: deinde fit nigra. Citrina enim nō fit a splene oīo. Lꝫ nig̃ fiat qn̄ꝫ ab epate. Uerum nig̃ splenetica vehementioris est nigredinis et sepant ea sig̃ duritiei splenis et magnitudo eius et doleīs eius q̇ sunt in sinistro lateī et ꝙ qn̄ꝫ sunt egō et vrina in ea nigre. Et qn̄ꝫ egredit̄ in egōne fex nig̃ et hoc est signū forte. Et qn̄ꝫ saluatur vrina qum nō est in ep̄e nocumentū si non venit ad ipsū nocumentū aduentu sīfluo. Est enīꝫ tunc salus ei⁹ significatio ꝙ ictericia est splenetica et in hac ictericia mirac qn̄ꝫ est extensum cū doloī et ḡuedine et ſm plˀrm nā est ꝯstricta et qn̄ꝫ nō ē: et est digō mala et est cū ea malitia aīe et tristitia ⁊ varietas sine cā. Et qn̄ꝫ egredit̄ cum ea sudor niger. Et factaꝫ ppter oppilationē in meatib⁹ sigt ḡuitas vehemens et difficultas dormiendi sī latus sinistrum. Et cū facta pp ap̄a calꝫ duꝝ sunt signa eius. Et cū facta ppter debilitatem non est ḡuitas: Nō si fuerit d̄bilitas ep̄is etiā sigt ipsam signa eius. Et factam ex epate significant ꝙ nocumenta p̄ma apparēt in ep̄e et splen est saluus aut lesus nisi cū eo nocumenta fuerint ep̄is facientia melancholiam. Et nō est nigredo pura sicut in splēctica et si ḡat ip̄am nocumētū in vrina. Et si fuerit corruptio ex latere caliditatis et siccitatis erit nigredo ad citrinitatem decliāis. Et si fuerit ex lateī caliditatis et humiditatis erit illic citrinitas cum rubedine sicut citrinitas quedā. Et si fuerit ex latere fr̄itatis et siccitatis et frig⁹ erit dn̄as erit ad uiriditatē aut siccitas dn̄aī ert ad nigredīē: et si fuerit ex lateī fri. et hu. humidtate vīcēte erit ad citriītatē q̄ndā et fisticitatē et si fuerit fr̄itas vincens erit ad uiriditatem. Splenetice v̊o colorator vn⁹ est.

De cura ictericie citrine. Ca^m. vi.

Scias ꝙ intentio in curatione ictericie ad duas res tendit. q̄ꝝ vna est vt īmoueatur ictericia ip̄a cum eo qd̄ īsoluit ipsā a cute et ab oculo cū medicinis notis lauatiuis et cū collyrijs oculi. et cū medicinis solutione educentib⁹ mām̄ facientē ictericiam. Et secūda vertit̄ ad cām et abscindit eam et est aut rectificatio ꝯplˀonis aut confortatio virtutis aut īgimen ap̄atis: aut aptio oppilationis aut eūo p phlebotomiā basilice aut saluatelle aut venaꝝ que sunt sub lingua ex eo qd̄ narrauerunt quidaꝫ. Et si non fuerit illud tunc uētosatione supra locū ep̄is sub spatula dextra: aut sub eo in spatio qd̄ est sub costis aut eūo que est cū

solˀone ventris eūante māꝫ et eūo cū vomitu. Nā ip̄e est iuuatiuus in ōi ictericia. Uerꝝ in curatione nocumenti veneni abscisio cause est meli⁹ ꝙ oꝫ p̄mitteī q̄re oꝫ vt cum ea occupatio fiat primo. Et ictericie quidem c⁹ cā est ꝯplˀo calida in ep̄e aut in corpe aut in felle pp aliquā causaꝝ p̄ter ebibita et comesta et que sunt ex ambob⁹ cura est si est illic replˀo sanguinea et cholerica cū eūone amboꝝ ī p̄ncipio rei. Sanguis quid̄ p phlebotomiam sicut ex basilica: sed choleī p solˀonē ventris cum eis que sūt sicut myrob. ⁊ fūusterre ⁊ sic cū scāō. i lacte acetoso coagulato: et ad vltīuꝫ cū soluētib⁹ cholˀā aut spetieb⁹ aq̄ casei factis fortib⁹ myrob. et scamonea et similib⁹. Descriptio aq̄ casei bona. ℞. lactis caprini. lb. iii: et cartami quantū māu capi pōt teratur et dissoluatur digitis in lacte hora vna: d̄ īde coleī et dimittatur ut lac coaguleī ī nocte deīd̄ coleī a casei tate sua et accipiatur aquositas eius et pⁿciatur sī ip̄am aliquid meilis aut zuccari aut salis indi pond⁹. ʒ. ii. Et si vis ip̄aꝫ faceī forteꝫ pone in ea scamonee danic. i. et bibatur ex ea secūdū mensurā que tollerat̄ trib⁹ dieb⁹. Et ex eis que ꝯiungunt mundificationē ictericie cū eductiōe materie p solˀonē ventris est vt suma nt̄ aq̄ folioꝝ rhaphani. ℥. i. casiefistule. ʒ. ix. et seminis atriplicis ʒ. i. et aloes danic. i. ⁊ croci danic. i. Et hoc est rectius ei q̄ est cū ap̄ate calido in ep̄e aut in meatibus et febricitat etiaꝫ. Et sit cib⁹ sicut aq̄ ordei et olera et ſm ꝙ sciuisti in ca° ap̄atū epatis: qm̄ non est in plongatione ſmonis vtilitas. Qūcꝫ apparet maturatio expīī ea in quib⁹ est scamōea et aloes et similia. Postꝙ fregeris cū eis que sunt sicut aq̄ cucscute et endiuie et īliquoꝝ ex illis que sciuisti. Et ad sumū dū non īmoueī ap̄a et rectificatur dispō nō habeas spem in curatione ipsius ictericie. sed si febris non est et virt⁹ sit fortis et illud est significatio ap̄atū: deinde est inflatio tunc tibi inest administraī almosofat et cibos infīatos de piscibus et cibos infīatos de carne vaccina et hedina et aq̄s fructuum et succos eoꝝ et pp̄e aquam ḡnatoꝝ in ieiunio. et acetosū de carne vaccina et acetosum d̄ piscib⁹ et succos oleꝝ frōꝝ: plˀrma nancꝫ istoꝝ q̄uis sint ex cibis tn̄ inest eis ppetas fortiorū medicinaꝝ h⁹ capituli in rctificando ꝯplˀonē. Et ex curis h⁹ dispōnis est illd̄ qd̄. ℞. succi folioꝝ rhaphani et succi mori ptes eq̄les bibat̄ ex eo pond⁹. ʒ. xxx nā in ip̄o intendit̄ etiam intentio ipsius ictericie. Et similiter si fuerit inflāmatio in felle ¶ Et ꝯfert istis lac asininum decoctum cū pauco aceto et sumat̄ in potu aut succus apsinthij cū aq̄ fr̄a. Et qn̄ꝫ ꝯfert vt cibeī infirm⁹ pane azymo et sale trito et endiuia plˀrima. vii. dieb⁹. Hoc enim lauat fel et remouet putrefactionē eius et ingrossat illud quod ē in ea. Et istis quidem non ꝯceditur vt bibat vinū nisi plurime ꝯmistū. Et vt non pueniat nisi ad illud qd̄ est leue ex carnib⁹ et ad ius carnis auis. ¶

Et omnis qui hꝫ ictericiaꝫ ex cā calida oꝫ vt deuitet vigilias et iram et motum plˀrm et balneum. Et qn̄ caliditas est ī toto corpe et infīas ep et vesicā et infīas venas. Et pprie qn̄ admiīstras balneationē cū aquis fr̄is et tepidis in quib⁹ decocte sunt medicine fr̄e et hūide. Aq̄ v̊o fr̄a actu et illa in qua sunt virtutes medicinaꝝ ꝯstipantium phibent re-

solutionem ictericie. Et iam admĩstrat̃ur in cura-
tione ep̃is et fellis calidoꝝ empl'a sĩr ea. Et qñz dan
tur in potu trocisci de q̇b⁹ sunt troc. ꝯpositi ex se-
mine citroli et semine endiuie et semine lactuce et
semine cucurbite et sandalis et spodio et ro. ru.
assumptis eq̃lib⁹ ꝑtib⁹ ꝓiciat̃ sup oẽs. ʒ. ii. ex eis
kirat. i. canfore et fiant inde trocisci et bibant̃
Et ego quid̃ iam exptus sum iuuamentum eorum
et fac emplz ep̃i in eo qđ est incircuitu eius cuz suc
cis infr̃atis sup niuem et duobus sandalis et canfo
ra ita vt sentiat̃ infr̃atio interius. Ipsũ enim remo
uet ictericiam et albificat vrinam in dieb⁹ aliqui-
bus. Si aũt ca' fuerit debilitas in ep̃e et felle curet̃
cum regimĩe p̃dicto in debilitate ep̃is. Nam cura
ipsius fellis est illa cura etiam. Ad r̃gimen aũt ap̃a
tis iam ĩnuimus hoc et ꝯpleuim⁹ s̃monez in ca°.
ap̃atis ep̃is. In oppilatiua v̇o illud qđ ꝯmunicat
omni oppilationi est cura oppilatiõis p̃dicte in ca°
ep̃is ex phlebotomia et ꝓuocatione si fuerit oppila
tio in gibbositate et ex solutione ventris si fuerit ĩ
in concauitate s̃m necessitatem. Et alienent a se om
ne qđ ꝯstipat et exiccat quanuis sit calz: qm̃ ꝯsti-
pat meat⁹ et oppilatõez efficit fortem. Et ex eis q̃
rectiora sunt est vt p̃mittas lenificationem eius et
hũectationẽ: deinde seq̃ris eam cũ aptione. Et sit
lenificatiuum qñz calz et hũidũ et qñz f̃ridũ et hu-
quens dom õm dispõ facit ipsum necessariuz. Et qũ
apis in fine aut incipiẽdo tunc ex eis que recta sũt
est vt sequaris illud soluẽdo secũdũ ꝙ tollerat ip
sam et secũ dũ ꝙ p̃terĳt de solutione ventris. Et
scias ꝙ qñ tu incipis cũ sol'one ventris et non eff ĩ
cit impssionẽ tunc tibi inest vti fortib⁹ vomitib⁹
deinde solutiuo forti. Et oz vt des in potu vice v
na s̃m fortitudinẽ. Et si fuerit oppilatio ex nascen
tia rei alicuius ñ existimo ꝙ sit ei medicina. Qui-
dam aũt dixerũt ei medicamẽ et dixerũt sume suc
ci portulace et succi folioꝝ rhaphani et aque folio-
rũ acetose omniũ s̃m existimationez et fac bullir̃ õ
nia simul et colent̃ et ponantur quantũ illud de suc
co acetose cũ aliquantulo herbi ꝯtriti. Et dixerunt
in potu detur ex eo aliquid cũ semine rhaphani et
semine melonis excorticatis et ꝯmistis cũ q̃rta am
boꝝ costi et myrrhe: ⁊ si fuerit oppilatõ ex siccitate
ea ꝯtractione et illud est ex eis qđ sig̃t corpus tũc
administrabis lenificantia ex subtiliantibus chole-
ra' sicut mucilagines et sicut seuestẽ et similia cum
oleo amigdalino. Quod si oppilatio fuerit ex ap̃a
te calido tunc cura eius erit cura ipsius. Quz ergo
maturat̃ sis audax ad dandũ in potu diuretica sicut
anisum et feniculũ sine timor̃: sil'r ad educendaz so
l'one ventris choleram. Et si fuerit ap̃a duruz tũc
res in ip̃o erit difficilis. oportebit enim vt curet̃ a
postema duꝝ. Et vsquequo fiet illud oportebit ut
intendatur intentio ictericie ipsius cũ eis que dice-
m⁹. Et medicine quid̃ singular̃s solutiue in hoc ca
pitulo p̃dicte sunt in capitulo oppilationis epatis:
Et ex apitiuis bonis ꝓp̃is h⁹ capituli sunt squilla ⁊
assaꝝ et anisum et agaricus et ea in quibus sunt cuz
aptione intentiones alie. Aut sumantur g̃noꝝ piee
maioris. ʒ. xxx. et passaꝝ enucleataꝝ. ʒ. v. et sul
furis citrini aur̃. ʒ. et epithymi et seminis ap̃ĳ mõ
tani et ciceris ni. et turis albi omnium ana. ʒ. ii. te
rantur et cribellentur et sumat̃ ex suma coꝝ. ʒ. i.

et. ʒ. cũ aq̃ feniculi et admĩstretur dieb⁹ aliquib⁹
sil'r est enim sanatiuuz: et nos iam experi sumus
ip̃z multotiens. Et asiniar est ex melioribus medi
cinis ictericie. Et debilior ista et in q̃ est oppilatio
in meatib⁹ choler̃. Sz clisteria et solutiua sunt ꝯue
nientiora in eis. Et ad sũmũ solutiua ex eis que sũt
sicut epithymũ et polypodium ponantur in eis iste
medicine. Descriptio bona ad illud. ℞. g̃natoruz
ʒ. iiii. agarici. ʒ. iii. et succi eupatorĳ. ʒ. iii. infor
meniur ex eis pilule et bibatur ex eis. ʒ. i. et iter̃t
multotiens. Et qñ chronica fit ictericia oppilatiua
tunc necessariũ est sumer̃ diacurcuma et tyriaca aut
similia ex eis que apiunt cum fortitudine et simili
di alacca. Et qñ est cũ oppilatione febris tunc atri
plices sunt boni valde. qm̃ sunt apitiui et extincti
ui. Et similiter radix lactuce de aq̃ de qua sumat̃
pondus. ʒ. ii. cũ melle. Et similiter aqua cuscute ⁊
endiuie et myrrha cuz rotulis casiefistule cum oleo
amigdalino amaro et dulci. Curationes aũt icteri-
cie in quib⁹ attenditur intentio egritudinis ipsius
et r̃solutionis eius lz in eis sint aptio oppilationum
et reliq̃ iuuamẽta alie sunt potiones: et alie sunt
ablutiones et alie sunt sternutatiões. Et pl'rz iuua
mentum eaꝝ est in oculo et facie. Et alie sunt que
sunt r̃gimẽ cõe sicut est administratio tine cum aq̇s
fortibus. Et qñ incipit mingere mingat in tina qm̃
est cura eius. Et qñ egreditur ex balneo cooperiat̃
vt nõ adueniat ei frig⁹ oĩo et dormiat coopert⁹.
Ea v̇o que sunt p̃ter balneũ ex illis que admini-
strantur vsu medicine sunt que extrahunt ex cute
ictericiam: Et medicine que extrahunt illud qñq̃z
extrahunt ip̃z aut cum solutione ventris aut cũ su
dor̃. Et melius est vt sit sĩr exercitium et laborem
et sitim et ꝓprie qñ est faciens sudare potus. Et si
milit̃ post balneũ et illi qui sue ictericie curationez
vult cum resol'one nocent frigus et septẽtrio. nisi
velit ꝑ ea resister̃ medicĩe calide et aggregare eaz
sicut sumit in potu pip: deinde post illud sedet in
aq̃ fr̃a. Et dr̃ ꝙ patientes ictericiam iuuant̃ ꝑ ꝯsi-
derationem in reb⁹ citrinis. Illđ enim mouet na-
tura' ad expellendũ mãz citrinam totam ad cutez:
quare adiuuat̃ adiutorium curationis in ea. Ego
v̇o nõ sum ex illis qui negem huiusmõi curatiões
sicut sunt plures eoꝝ q̇ philosophant̃ ad eas. Et ex
medicinis bibitis cognitis est vt in potu sumat st'ãs
in tina. ℥. ii. succi rhaphani cũ. ʒ. ʒ. baurac et. ℥.
i. vini. Na' ipsa non mora'tur quin extrahant ex e
a citrĩitatem. Et iterum sumat̃ manipul⁹ aspagi ⁊
pugill⁹ ciceris et decoquantur in vase vitreato cũ
v. asceit aq̃ de q̃ in potu sumat̃ mista cũ vino si ñ
est fe. et si est fe. potetur sola: deinde sedat in ti-
na aq̃ in q̃ decoctus est capillus ueneris et egredit̃
ex eo cholera: et iteruz floris nitri pond⁹. ʒ. ii. cũ
vino antiquo: dimittatur in nocte sub celo et su-
matur in potu. Et de balneatione fiat illud quod
dictũ est. Aut sumantur ĩ potu squilla assata cũ. vi
partibus salis adusti et dosis sit. ii. aur̃. in ieiunio
aut sumatur in potu leporis marini pon. ii. ʒ. pul-
uerizati sĩr ouum sorbile et sorbeatur. Aut corticis
g̃natoꝝ. ʒ. iiii. arsenici pondus. ʒ. ii. sumat̃ ex
eis simul quantum tollerat pollex et sumatur in
potu cum tribus. ℥. lactis asinini aut pondus. i. ʒ
et qđ est supra fenugreci et sumatur in potu cũ aq̃

et melle et sedeat in tina aque frē: aut sumat capil
lus veneris tritus et accipiatur ex eo. ʒ. iiii. cum
aq̄ in q̄ decoctum est anisum. Aut succus acetose
cū aliquantulo vini: aut stercoris canis comeden-
tis ossa alba non nigͣ pondus. ʒ. iiii. cū aq̄ mellis:
aut folioꝝ sicle exiccate. ʒ. iiii. cū vino ꝑmisto fiat
illud tribꝰ diebꝰ: aut ciceris nigri. ℔. i. capilli ue
neris manipulꝰ vnus decoquantur in aq̄ donec ꝯ-
sumatˀ tertia et sumatur ex ea in potu. ℥. i. aut suc
ci rhaphani. ℥. ii. vini. ℥. i. aut ciceris nigri. ℔. i
carpobalsami turis seminis feniculi omniū ana pu-
gillus. i. decoquantˀ in. vi. ascēit aque donec ꝯsu-
matur tertia et sumantur in potu ex ea. ℥. ii. ¶ Et
si non fuerit fe. potentur cum vino. aut cinsmo-
mi q̄ntitas quā tollerāt tres digiti cuꝫ vino et melle
medictatis secūdū mensurā. ℥. i. et. ſ. aut cum aq̄
et vino aut semina almahaleb excorticata ex corti
cibus suis de quibꝰ in potu sumatˀ pondus. ii. ʒ.
aut rubee tincture. ʒ. i. in ouo sorbili. aut sumatˀ
limature cornu ceruini kirat. xviii. et sumatur in
in potu cum sirupo begursericō: aut sumantur gͣ-
na pinee et ameos et staphisagria et sumat in potu
eger ex eis. aut pipis et stercoris canis albi come-
dentis ossa cochliarium. i. cū vino. aut impleatur
colloquintida eiecto ex ea qđ intra est vino et aq̄
⁊ bibatˀ: aut detur in potu de felle vrsi in vino:
aut sumatˀ cornu cerui. ʒ. i. et tertia et sulfuris pō
dus. ʒ. ii. et bibatur illud: et bibatur post illđ vi
num: aut sumatur et ꝓpe in oppilatiua reubar. ipi
cō capilli ueneris olibani rubee tinctoꝝ ptes equa
les et dosis sit. ʒ. i. Et medicine quidem singula-
res que ingrediuntur in hoc caͦ et sunt apitiue eti
am sunt apsinthium anisum assaꝝ acorus rubea tin
ctoꝝ gētiana xilobalˀ. agaricus condisi nux cuꝑssi
costus vtraq̄ʒ aristolˀ. Ex eis que dicuntˀ et sūt le-
uia est vt sumatur in potu cerebrum alcubugi in
vino puro: aut sumantur vitelli duoꝝ ouoꝝ et ꝯ
quassentur in medio assacruati vini et bibantur.
Et ex eis que laudantur vehementer est vt sumaˀ
tur in potu de lumbricis terrenis exiccatis: qm̄ ip
si mundificant statim. Et silr̄ fel vrsi. Et ex eis q̄
expta sunt etiam est vt dentur in potu radices ace
tose et stet in sole et ambulet post illud hora vna
donec calefiat et sitiat. deinde sumat decoctionem
capilli veneris et rubee tinctorum et mente. Et si
militer si bibatur post balneum. Et ex diureticis
ꝓpriȷ̄s ei est vt sumatur nucis cuꝑssi pondus. ʒ. ii.
cum ponderˀ. ʒ. ii. casie lingnee et bibatur cū vino
antiquo. deinde sedeat in tina in qua decoctus sit
capillus ueneris aut anisum post illud hora. iͣ do-
nec calefiat: qm̄ minget ictericiam totā. Et q̄nꝫ iu
uantur cum carne eriȷ̄ pp fortitudinē sue ꝓuoca
tionis et mundificationis et ꝯuenientie sue ad ep.
Et aq̄ cuscute q̄n bibitur ex ea sacraiati. i. cum se-
mine apiȷ̄ et zuccaro altabarzet est iuuatiua. Et ex
solutiuis ꝓp̄is eis est vt pforetur colloquintida et
expellatur illud quod est in ea et impleatur vino
et bulliat sr̄ prunas et coletˀ et bibatur. Et ex eis q̄
nos ꝓbauimꝰ est ut sumatur aloes. ʒ. i. et scamo-
nee danic vnū et salis naptici. ʒ. i. quarta et rubee
tincoꝝ et agarici amboꝝ ana. ʒ. ſ. fiant ex eis pilu
le et bibantur in aq̄ de seminibus medicinaꝝ q̄s
diximꝰ. Et nos iam diximꝰ clisteria in antidota-
rio ad hoc caᵐ. Et ex sternutatoriȷ̄s sunt succi qui
bꝰ sternutatˀ sicut succus cucumeris asinini et suc-
cus folioꝝ nasturtiȷ̄ et succus cuꝑssi et succus cicla-
minis sicut est aut ꝯteritur ciclam̄ et infunditur in
lacte mulieris in nocte: deinde exꝑmitˀ in mane et
tepefit ⁊ distillatur aut succꝰ radicis alfarsasa exꝑ
mitur et bullitur cuꝫ sābacino bullitione leui et in
ipo sit paꝝ galie et fiat cum eo sternutatō: aut suc-
cus radicis rhaphani ꝯtriti cum foliȷ̄s suis. ¶ Et ex
succis qui nō sunt caliditatis magne est succus sicle
et ex succis frīs est succus sempuiue aut succus ale
fuis fluuialis et acetum ipꝫ q̄nꝫ sugitˀ naribꝰ et re
tinetur hora vna infirmus in pila balnei: qm̄ est
bona curatio et silr̄ si infundatur in eo nigella die
et nocte: deinde coletˀ et fiat caputpurgium et o-
doret ex ea sola et ꝑmista. Et ex eis que sunt p̄ter
succos est vt sumatˀ staphisagrie q̄rta. ʒ. i. et teratˀ
et dissoluatur cum aq̄ coriandri et olī amigdalini:
ana. ʒ. x. et fiat cum ea caputpurgium ipo exn̄te i
tina aut pila aq̄ in balneo. Et q̄nꝫ miscentur cū ea
aliquid ordei sicci et aliquid aceti vini. ¶ In oculo
v̊o ipo assiduetur ipsius ablutio cum aqua rosˀ. et
aq̄ coriandri et aqua niuis. Ablutiones vero habē
tibꝰ ictericiam sunt aque in quibus decoquntur ca
pillus veneris et sceba et maiorana et polium et
camemilla et alaniuden ꝓpe et tribuli et anetum
est radix in eis. ¶ Et quandoque ponitur pro-
pter calidam ictericiam in eis acetositas citri: qm̄ ē
uehemētis abstersiōis cū sua icisiōe i oī tictā. ⁊ q̄nꝫ
assūuntˀ ex istis r̄bꝰ ēplā ⁊ assūūt ex eis olea q̄bꝰ fit
inunctio sicut oleum albacuen et oleum camemil-
linum et oleum anetinum et iteꝝ oleū ꝯgelati uue
et oleum de lilio. In ictericia v̊o cretica oꝫ vt quꝫ
excutit infirmꝰ intendat cum ea intentione ipsius
egritudinis cū lauatiuis et diureticis mūdificatiuis
et fortasse nō indiget solˀone ventris et fortasse suf
ficit balneum solū. Qđ si videris in vrinis eorū
et egōnibꝰ paucitatem tincture scias ꝙ mā in eis ē
grossa qr̄ ꝯforta illud cum quo medicas ex lauatis
notis et similibꝰ. Venenose aūt cura est tyriaca et
mithridatū ꝓpea quia r̄sistīt veneno: deinde bi-
bat aquam maloꝝ acetosoꝝ et aquaꝫ g̃natorum et
succum endiuie et portulace et mucilaginē psiliȷ̄ et
almirberis et oīa in q̄bꝰ est infr̄atio cum virtute
tyriace. Et in ipsa quiđ iam exꝑtum fuit in ꝑnci-
pio qum accidit: et ꝓpe qum venenū est ebibitum
vt bibatˀ lac assidue cum oleo amigdalino. Regim̄
aūt ipoꝝ cū cibis iam docui ipꝫ in ꝯplˀone calˀa absꝫ
debilitate manifesta et sine oppilatione. Oppilati-
uam v̊o et debilitatiuaꝫ ꝯgnosces ꝑ ea q̄ dicta sunt
in caͦ ep̄is. Et cibꝰ quiđ ictericoꝝ est ille qui alle-
uiat et subtiliat et in quo est aptio. Et ius piscium
ꝯfet eis ꝓpe cū eis que ꝓuocant et subtiliant de il
lis que dicemꝰ in fine capituloꝝ.


De cura ictericie nigre aggergate vitio splenis.
Caᵐ. vii.

In illa quidem que splenetica est ꝯsidera
an sit illic r̄plˀo sanguinea plˀrima: quare
phlebotoma basilicam sinistrā et salua-
tellā post eā: deinde occupa te cum splene et r̄ctifi
catione oppilationum eius et apatum ipsius et de-
bilitate eius. Et si fuerit cā illic multitudo melan-
cholie pp illud qđ generat ipsam ex virtutibus et

cibis secundum q dictum est. oz etiam euare eam cu eis que ipaz euant. Ex illis est decoctio scolopedrie cuz bello dicta in antidotario et euct ex ea ml totiens. Et decoctio epithymi secudu hunc moduz ℞. myrob. ni. et keb. omnium ana. ʒ. x. fumiter r scolopendrie polypodij et floz squinanti omnium ana. ʒ. v. radicu apij et feniculi amboz ana pugillu. i. belli nigri pondus. ʒ. ii. decoquantur in trib. lb. aque donec remaneat quarta et piiciatur sr ea epithy. ʒ. v. et bulliat ebullitione leui: deind colet et ponantur cum ea hiere picre. ʒ. xxx. ¶ Et silr pilule facte de myrob. nigris et epithymo et sale indo: et agarico et corticib radicis capparis. Et qn fit euo detur n potu lac camelaz et si non r peritur aqua casei facta cum sirupo acetoso de seminibus et spodio et polio. Et medicine subtiles que sunt ex scolopendria et radice capparis et similib. Et aq in q decoquntur folia tamarisci et redices et aq folioz capparis et aq folioz rhaphani et sirupus acetosus et silr aq solatri et aqua apij si fuerit caliditas. Et sirupus acetos in quo decocta sunt scolopendria et folia capparis et fructus tamarisci et poliu. Et si fuerit in splene apa calidum oportebit vt no sifluitas sit in calefacientibus. Et si in ipo sunt oppilationes tunc apitiua fortia podicta in ca epis iuuatiua sunt etia. Et ego dicam in ca oppilationis splenis medicinas que ei ppe sut. Et si est ca debilitas attractionis splenis tunc de illis que necessaria sunt est vt tu ponas sr ipz ventosas sine incisione. Et vt administret exercitium et empla ꝯfortantia splenem sicut illud qd fit ex apsinthij et cordumeni et floz squinanti et albasce et centauree et radicum capparis omnu ana ptem i. et ex ros. ptib. ii. et ex bdellij pte. i. ʃ. et ex amoniaci ptib. vii. et decima ptis fiat ex eo eplz. Et qn abluitur fiat cuz aceto puro forti in quo bulliant anetum et baurach et sal et ruta et calamentu et si fuerit i ca ictericia nig caliditas epis curetur ep cu subtiliatiuis: et si fuerit fritas curet cum tyriaca maiore ppe et cum medicinis notis. Et si fuerit ca in ea corpus totum fac in pmis illud qd ꝯuenit epi vt patiantur ab eo vene: deinde corpi. Ipsam aut ictericiam cura cum eis qb curas ipaz ictericiam citrina et cu eis q de illis fortia sunt. Et qn aggregantur ambe ictericie simul et est rplo et indiges phlebotomia. Phlebotoma tunc ambas manus et eua eas a bas dieb aliquib et aggrega int duo rgimenta et da in potu inter ea ambo decoctone apsinthij et epithymi et aggrega aquas foliorum rhaphani tamarisci et salicis omniu ana. ℥. i. et. ʃ. aq solatri. ℥. iii. aque folioz capparis. ℥. ii. aggrega et fac bullir omnia cu. ʒ. x. casiefistule et pijce sr ea pondus. ʒ. xxx. hiere picre et pondus. ii. danich croci et pondus. iii. kirat scamonee assate in cepe et expecta duob dieb et post illud bibatur aq casei et sirupus acetosus. ¶ Cibi autez in omnibus illis sut cibi leues noti et pisces aradradri et ex pullis impingtis et ex oleribus endiuia et apium et condita propria et capparis cum aceto.

Tractatus secundus de reliquis dispositionib splenis.

Sermo vniuersalis de egritudinib splenis. Cam primuz.



Spleni accidunt oes spes egritudinu pdictaz. s. de egritudib ꝯplonis et ꝯpositionis sicut oppilatoes et solo ꝯtinuitatis et silia et apata cu spebus suis. Et scias q qn splen ipinguat extenuatur corpus: qm in pmis dstrit vt epis vehementer cu ꝯtrarietate qr minorat generato san. et cu hoc ipe attrahit d sanguie illius infirmi re plurima p pt magnitudine sui. Et penit extenuatio splenis sigt bonitate huoru et pinguedo ei malitiaz huoru. Et qnz ꝯvtunt egritudines splenis ad febres ꝯmistas sicut ipe qnz generat ab illis egritudinib. Ipe eniz generant multotiens ex tertiana n pura et ex febrib pestilentialib et fe. ꝯmistis: et plrie q d egritudies splenis sut autupnales. Et color habetis eas est dclinis ad citrinitatem et nigredine. Et qnz pueniut egritudies spleis ad stoz et fortasse ad dut in appetitu ei et qnz destrut appetitu ipsi: et qnz cogut ipz qu ppinq est digo ad euomendu rez acetosaz ex q ebullit terra absz nocumeto et absqz dolor. Et vrina saguinea bona e in fine egritudinu splenis. Et silr grossa in q est fex et viscositas q est in ipa est similis viscositati sanguis: et qnz rsoluit p ea fe. ex febrib egritudinu splenis: qre resoluit p eam splen.

De signis ꝯplonu splenis. Cam. ij.

Calida signt sitis et inflamato in sinistro et corrupto vtutis ei q attrahit melacholia. Fraz vo signt diblitas attractiois ei et cas appetitus et iterato fastidiose sacietatis et mltitudo rugit et eructuatois. Et signt sicca durities et dbilitas corpis et grossitudo san. et vehemetia nigredis coloris. Et huida signt lenitas lateris sinistri et mollities corpis et nigredo trahes ad albedine plubeam.

De cura. Cam. iij.

Est prima curatonib epis et indiget vt sint medicie fortiors et penetrabiliores et igeniet eoz penetrato cu eis q penetrare faciunt: et cu eis q obseruant vtutez sup eas vsz q pficiat opatoes suas. Et scias q dira inter curatioes spleneticas et epicas est in fortitudine et debilitate et labor et alleuiatoe. Ep. n. est dignius vt alleuiet cu eo. Et non sit sifluitas in ꝯfortando illd quo curat. Et non afferat sr ipz medicine acute nimis sicut acetu forte nisi in necessitate Et splen ecotrario illius eget vt adiuuet medicie ei cu eo qd ꝯseruat vtutem earum et cu eo qd penetrare facit. Et spleni qd sunt medicine q sunt ppe ei: sicut cortices radicis capparis et sicut scolopendria et amoniacu et alleu siluestre. Et qnz necessariu faciunt egritudines splenis vt phlebotomet basilica maior et phlebotomet saphena: imo phlebotometur vtriqz guidegi.

De apatib splenis calidis et fris et duris et quoz durities est in fieri apa. Cam. iiii.

Scias q minorantur in splene accidentia apatu calidoz et frio ipoz simul: imo qnz accidunt spleni apata calida festinant aut ad duritiez: qm sanguis q puenit ad eum vt nutriatur ipo est sanguis spiss qu ponitur in apate

q̄r induratur. ¶ Plura g° apāta splenis sunt dura
mollia v̇o sūt in q̇busdā horis. Et plr̄m qd̄ accidit
in ip̄o de apāte calido est sanguineum: et cholericū
accidit in ip̄o raro: et durum est in inferiore parte
splenis pp̄ ḡuitatem materiei. Et figure eius sunt
iiii. rutunda et lata et longa et grossa et lōga subti
lis. Phlegmaticū v̇o accidt raro et spleneticus qui
d̄ est qui hz duritiem in splene suo: aut pp̄ grossi-
tudinem sue substantie q̄uis non pueniat ad finez
ad quem puenit apā aut pp̄ apā durū in ip̄o: et pri
mū quid̄ est leuius. Inquit. Hip. si spleneticus in
uenit dolorem interiorem est magis saluum: et il
lud qm̄ in ip̄o speratur adhuc sensus. Et dixit qn̄
accidit ei fluxus ventris cum sanguine est melius. s
qz speratur cū ip̄o r̄solo̕ materici splenis eius. ¶
Si aūt pseuerauerit adueniet ei lubricitas hydro-
pica et morieṫ. Et cā in eo est dominium f̄ritatis s̄r
ɔplōné. Et dixit illi q̇ catarrū hz nō accidit splé: et
in hoc est ɔsideratio. Et fortasse multitudo catarri
est significatio hūiditatis ɔplōnis eius vt sit illud i
ꝓximo futuro. Et in li°. Hip. ille qui hz dolorez
in splene suo et currit ex eo sanguis rubeus: et
apparent in corpe ip̄ius vlcera alba non ledentia
moritur in die secūdo: et si non cadit appetitus c-
i⁹. Et qn̄z terminantur apāta splenis fluxu sanguis
narrium etiam et ꝓprie ex lateṙ sinistro et apāti-
bus apud aures difficilis suppurationis et aptiōis
pp̄ grossitiem materiei. Et laudabilior vrina eoꝝ
est grossa sanguinea. ¶ Et vrina i qua est fex ui
scosa: qn̄z sig̃t sanitatez splenis et destructionem
eius. Et dixerunt q̇dā qn̄ fuerit in vrina sicut su-
spensio san. et febricitans habuit splenem extenuaṫ
vel destruitur splen eius. Et qn̄z ɔtig̃it in quibus
dā hominibus vt multitudo splenis generetur et
r̄maneant secūdū illud tempoṙ longo et sint secūd̄
salutem dispōnū suaꝝ apparentiuz spatio ꝓlixo: q̄
uis qn̄z accidant ex magnitudine eius nocumenta
plurima et secundū materiam efficientem et secūd̄
virtutem splenis. Et scias q̄ splen qn̄z apātur post
apā ep̄is secūdū semitam pmutationis: et illud est
melius q̄ vt pmutetur apā splenis ad ep.

De signis. Ca^m. v.

C Ommunicaṫ apāta splenis omnia in ḡue-
dine et in magnitudine et dolore exten
so vsq̧ ad diaphragma ex latere sinistro
et qn̄z ascendit vsq̧ ad furculam et ad humerum
sinistrū p ɔmunitaté furcule. Et qn̄z facit anhelitū
duplū existenté fz formā anhelitus fletus infantis
qm̄ apā impedit diaphragma ad hoc vt vadat in
motu anhelitus: q̄r stat subito pp̄ lesionem deind̄
redit: et dū non est apā magnū non ɔprimit dia-
phragma. Nā ɔmunicatio splenis ad diaphragma
minor est ɔmunitate eius ad stōꝫ etiam. Sensus e
nim sentit splenis inflationem et corpus alleuiatur
et qn̄z accidit ex apātib⁹ splenis et ꝓpe qn̄ sunt in
inferiore pte eius vt subtilieṫ sanguis: qm̄ vehe-
menter mundificat sanguinem a fece sua: et accidit
vt rubeant pedes et genua ipsius: et illud qm̄ stōi
os ɔmunicat inferiori pti splenis: qm̄ ex ipsa ascen
dit vena expellens hu. melancholicū: qum g° cali
ditas nālis vincit puenit ad extremitates ꝓximas
et accidit extremitati nasi eius et auri ipsius vt re
splendeat pp̄ illud qd̄ accidit ex apāte sanguini et
malitiam passionis eius et paucitatem etiam. Et is
ta membra vehementis sunt passionis ab infrigi-
datiuis. Et apā quid̄ differt ab inflatione p ꝓuatio
nem ḡuitatis. Et q̄ apā doloré facit incess⁹ et infla
tionem qn̄z sedat et r̄mouet eam: et differt p euen
tum rugitus et eructationé. Et ɔmunicaṫ apāta e
ius calida cū accidentib⁹ p̄dictis et cū inflatione et
siti et febre. Ueꝝ eius qd̄ est cholericuz est inflam
matō vehementior et sitis fortior et ḡuedo eius
minor: et est dolor ad inflammatōez declinior q̄
ad tensionem et color est ad rubedinem tendens.
Cū apātib⁹ v̇o duris malingna fit aīa et ɔmoueṫ
tristitia et varietas in quibusdā horis. Cōmistio
v̇o sens⁹ fortis non accidit nisi apud plr̄m victorie
qm̄mā melancholica nota est non ad ptem capis:
q̄uis taz accidat ex pte alia ⁊ est p ɔmunitaté splenis
ad diaphragma: deinde diaphragmatis ad cere-
brū. Et qn̄z denig̃tur lingua ex duritiis splenis et
sentitur durities eius absq̧ rugitu qum p̄mitur:
nisi aggr̄geṫ ei inflatio et nō est cū ea se. insepabil̕
īmo qn̄z est secūdū ordinem. Et qn̄z multiplicanṫ
cū ea vlcera crurium et corroduntur dentes et gin
giue pp̄ grossitudinem san. qui descendit in vlce-
ra crurīū: et corruptionem vaporis qui ascendit
in omnes ptes gingiuaꝝ et dentiū. Et qn̄z est in vl
ceri⁹ crurium crisis illius. Pluri⁹ nanq̧ eoꝝ q̇
splenem hn̄t qum accidunt exercitia laboriosa at-
trahitur inde mā ad crura et euadit et egrediunṫ
cum ea bothor q̄ nominanṫ anitham. Et multoti
ens est vrinale splenetici sicut sani. Sed qum exer
citet se ip̄z r̄soluitur melancholia eius ad vrinale ⁊
facit ip̄z habeṙ nigredinem non existentem et si es-
sent cā in ea renes pseueraret saltē in hora exitus.
ei⁹. Et phlebotomia plr̄ima apāt splenez. Et autū
nus est eius inimicus. Et qn̄ fuerit durities post
apā calidū antecedent accidentia calidi: deinde in̄q
renṫ accidentia duritiei. Et multotiens quid̄ ɔfor
tatur splen subito p se ipsū: aut p illud qd̄ confor
tat ip̄z et p̄ualet sup totum illud qd̄ est in ip̄o de
mā mala et solōne educit eam feculentam sicut fex
oliuaꝝ. Et sig̃t q̄ est ex splene ⁊ n̄ ex ep̄e euō epa
tis ab egritudine. Et q̄ splen tollerat ip̄am et de
tūitio eius pp̄ illd̄ qd̄ accidit ei ex hoc. Cum apāti
b⁹ aūt frigidis phlegmaticis sunt signa apātum cū
lenitate tactus et cum albedine coloris in quo ē pa-
rum nigredinis. Et splenetici quidez vehemētioré
cibi appetitum habent q̄ aliȷ̄. Sz vomit⁹ difficilis
fit in eis valde et sunt nature eoꝝ stricte secūdū pl̕
rimum et indigent in vomitu et in solōne ventris
medicinis.

De curatione apātuz splenis calidoruz vald̄. Ca^m
sextum.

A Pproximant curatiōes eoꝝ curōnib⁹ suo
rū similium in ep̄e p̄ter q̄ necessitas sit
illaꝝ et obseruantia ad latus stipticitatis
sed cū cautella calefactionis vehementis vt non se
stinet mā ad grossitiem et duritiem. Et ɔmunicat i
hoc ep etiam. ab̄o enim p̄pata sunt vt pmutentur
ex apātib⁹ calidis ad duritiem. Ueꝝ oz vt misce
antur cū eis medicine in quib⁹ sit incisio aliq̄ cum
caliditate eq̄li: et stipticitas et virtus f̄ritatis sicut
alumen. Et scias q̄ acetum multum ingreditur in
curis eorum et oz vt incipiaṫ in p̄mis a phlebotōia

basilice: deinde dantur in potu succi et aq̄ p̄dicte
in egritudine epis. Et illa que appropriantur splen i
plurimū sunt aq̄ folioꝝ salicis et aqua foliorum al
garab et aq̄ portulace et aq̄ cappilli veneris humi-
di. Et ex eis que ꝯferunt in ipo ē vt detur in po-
tu pondus.ʒ.i. de semine portu. cum aceto. Inest
enim ei ꝓpetas in r̄soluendo apata et duritiez eiꝰ
et vt de arnoglossa exiccata pulueris omni die su
matur q̄titas cochliariȷ̄ vniꝰ. Et cibus sit ille quez
diximꝰ in caᵒ. epatis. Et zersicati inest ꝓpetas iu-
uatiua et ꝓpe qn̄ frangitur cum zuccaro siccitas eiꝰ
et cū tereniabin.

De curationibꝰ splenis. Caᵐ. vii.

Qum scis q̄ cā in illo est oppilatio ex san
guie pl'imo melācholico: oꝫ vt phlōes
basilicam et saluatellam et dimittas sal
uatellā ꝯstringi p se ipām qum ꝯstringitur ante ca
sum virtutis. Et qn̄z necessariū est tibi vt phlebo
tomes guidegi sinistrū. Et qn̄z indiges vt ꝯsequa
ris eam cum eūone p ea que educunt melancholiā
de qbꝰ dictum est in caᵒ ictericie nigre: et oꝫ vt n̄
obliuiscaris canonis p̄dicti in curatione duritierū
de lenificatione vltima īmo resol'one vt non re-
tatur in duritiem lapidis hūor. Q̄ si expeditus
fueris ab hoc vt non indigueris eo. erit tibi neces
sariū vt adm̄istres medicinas abstersiuas incisiuas
in quibꝰ non est multitudo caliditatis. Et fortasse
inuenies has intentiones in medicinis singularibꝰ
et fortasse indigebis ꝯpositis. Et medicine singula
res que faciūt illud sunt medicine in quibꝰ inuenis
amaritudinem et stipticitatē et caliditatem: aut ca-
liditatem temperatam et stipticitatem. Et qn̄z
inuenis medicinas singulares facientes illud cuꝫ ꝓ
ꝓpetatibꝰ q̄ sunt in eis. Quod si inuenis medicinam
in q̄ sit amaritudo tm̄ tunc pmisce eam cū aliq̄ntu
lo aluminis et aceto. Alumen. n. frangit sua v̄tute
subtilitatē eius. Et cauterium dictum in egritudi
ne splenis s̄r vena que est in interiore pte brachiȷ̄
sinistri fiat. Et si non fuerit manifeste dispōnis:
tunc cum eo qd̄ innuimꝰ. Et qn̄z sufficit regimen
subtiliatm̄ in sanatione splenis. Et qn̄z accidit vt ꝯ
ferat in ipo regimen impinguans corpꝰ qum non
facit accider̄ oppilationem et non fuerit ingrossās
san. Et si fuerit ita: sed non possumus ipz rectifica
re. Regimen nanq; impinguatiuū est ex eis que
humectant san. et r̄ctificāt ipz et tempāt ipz cū fra
ctione melancholie. Et qn̄z puenit durities splenis
ad hoc vt non sufficiat in curatione eius adiutor iū
cuꝫ eis que bibunt̄ absq3 eis cuꝫ quibꝰ fit ei empl'z.
Et omne lac p̄ter lac camelaꝝ est malum splen. ¶
Et medicinaꝝ singularium que administrantur ad
hanc cām melior est cortex radicis capparis ipē e-
nim multotiens educit vrinam et egōnem sangui
neam malā et sanat ꝓpe qn̄ bibuntur cū sirupo a-
cetoso de seminibꝰ trahente ad acetositatem. Et n̄
est ipē solꝰ: īmo sicut centaurea et succꝰ eius et ꝓ
ꝓpe minor et radix liliȷ̄ et flos salicis et acorus ꝯfe-
cta cum melle omni die cochliariuꝫ unum et ḡnā
alcasid et myrtus et camepitheos et cāedreos: et ḡ
na alcadra cum sirupo acetoso et prassium cū aqua
ferrariorum quā dicam: et squilla est bona et vlti
ma, ⁊ melius est oxymel eius et scolopendria cuꝫ
succo tamarisci et nasturtiū et nigella et agaricus so

lum cū sirupo acetoso et centaurea. Et dosis cuiusl3
illoꝝ sit ab vno aur̄. vs3 ad.ʒ.i. Et epithymi pō
dus.ʒ.v.in.℥.i. sirupi acetosi vs3 ad.ʒ.ii. istō
n. qū iteratur solutione ventris educit illud qd̄
est in splene et detumer̄ eū facit. Et āmoniacū et
lupi p̄cipue decoctio eoꝝ cū sirupo acetoso et de-
coctio cū aq̄ dulci et bibatur cū sirupo acetoso: aut
cū aq̄ decoctionis poliȷ̄ et acetosa nutrita cum aceto
cū sirupo acetoso et succꝰ spinaꝝ r̄centium et anne
tum siccū sumat̄ ex eo omni die pondus.ʒ.ii. et ꝯ
seq̄tur vrina cameli et succi eupatoriȷ̄ pondus.ʒ.
ii. cum aq̄ decoctionis apsinthiȷ̄ et iuuamentum cū
lacte camelino et vrinis eoꝝ est vehemēs valde et
assumat inde fortis et debilis oīs secūdū se. Et me
lius est illud cꝰ camela iam pascuit algarab et sce-
ha et apium et feniculū. Et qn̄ apparet ex potatio
ne eiꝰ digō apatis et apparet in fece eūo melancho
lie pueni post illud cū ꝯfortatione. Aut sume albo
tin infusum in aceto. vii. diebus: deinde accipiat
ex illo albotin oī die tria cochliaria et sorbeat ex
illo aceto s̄r ipz. Et sumat in potu seminis rhapha-
ni pondus.ʒ.i. et.ſ. cū aceto forti: aut decoctione
folioꝝ nucum r̄centiū decoctorū cū aceto squille.
Aut aq̄ folioꝝ capparis cum sirupo ace. aut de ne
reidē cū aceto squillitico. Et ex eis que currūt cur
su eoꝝ quibus est ꝓpetas est pondus.ʒ.ii. semis
portulace cum aceto. Aut coralli decocti valde pō
dus aur̄.i. cum aliquo sirupoꝝ spleneticoꝝ. Aut
empl'z de cucurbita tenera. Aut ipā cucurbita tera
tur post exiccationem et bibatur ex ea.ʒ.ii. pon-
dus cuꝫ sirupo acetos̄. Et iteꝝ semē canne et semē
cuscute et folia salicis pp suam amaritudinez et stip
ticitatem et semen acetose et semē atriplicis et fru
ctus tamarisci et folia eius et pulmōis vulpis aut
epatis ipius pondꝰ.ʒ.ii. exiccati. Aut accipe vesp-
tilionē et decolla ipz et exicca ipz et ꝯtere eum: et
accipe ex eo qd̄ tollerāt tres digiti. Aut accipe. vii
vespertiliones pingues et decolla eos et infunde eos
et exicca eos et pone ipos in vase uitreato submer
sos cū aceto forti et lutato et dimitte in furno clau-
so Qū gᵒ decocti sunt depone vas extractū ex eo
vsq3 quo infr̄etur deinde extrahe eos et dissolue
digitis in aceto et sumatur ex eo in potu omni die
pondus.ʒ.ii. et hec est curatō expta. Et ꝯueniēs
quidē est vt huiusmōi medicine singulares dicte p̄
us et posterius bibantur cum sirupo et aceto. Et
vt fiant ex eis empl'a ꝯfortantia cū aceto. Medici
ne vō ꝯposite que bibuntur sunt sicut scolopendria
et spodium ex quibꝰ bibatur pondus.ʒ.ii. cum si
rupo aceteso. Et trocisci de capparibꝰ et troc. al-
felemenusch cum si. acetos̄ et troc. de reu. facti
cū corticibus radicis capparis et bibiti in aceto ve
hementis acetositatis et illud qū nō fuerit inflatō.
Et trocisci de rubea. Et tyriaca diatesseron est op
tima valde qum non fuerit fe. Aut sume nastur-
tiȷ̄ ptē.i. et nigelle ptem.ſ. ꝯficiantur cū melle de
spumato et sit dos̄.ʒ.iii. cū aceto ꝯmisto Aut suf
fuf ex aristol'. et myrobal'. kebu. de quo sumatur
cochliarium.i. cū vrina cameli et cū vrina capra-
rum. Et corticum capparis.ʒ.iiii. Et aristol' longe
pondꝰ.ʒ.ii. seminis alfelemenusch et pipis ambo
rum ana.ʒ.vi. fiant ex eis trocisci. Et ex eis que
ꝯferunt in illud qd̄. Rx. capilli veneris et corticuꝫ

ganti auꝛ̄. xxx. ſucci hypoq̄ſtidos auꝛ̄. viii. radi
cis lilii celeſtis auꝛ̄. xv. ſeīs ſeīcli auꝛ̄. vi. bdellii
ſubalbidi auꝛ̄. viii. ſeīs hyuſq̄aī albi auꝛ̄. xxviii
caſie lignee auꝛ̄. ix. ſeīs papaueris albi auꝛ̄. xxx.
ſpice inde auꝛ̄. xii. ſemīs rute auꝛ̄. i. granoꝝ citri
excorticatoꝝ ſumach ſemii amborū ana auꝛ̄. ii. ſe
mis aneti ⁊ epatis almeliki et aſſari et cordumeni
et euforbii et opii oīum ana auꝛ̄. vi. melanopipe
ris auꝛ̄. xxx. roſaꝝ rubeaꝝ ſiccaꝝ ablatis captib⁹
auꝛ̄. ix. folij indi auꝛ̄. xii. olei balſami auꝛ̄. iii. ne
reiden cretenſis ⁊ eſt ſpica romana ameis ⁊ eſt ſu
pius vitis amboꝝ ana auꝛ̄. vi. roſaꝝ oleandri et
ſuperioris almaru amboꝝ ana auꝛ̄. iiii. lacce munda
te auꝛ̄. xii. memithe gariofiloꝝ amboꝝ ana auꝛ̄.
xii. ſuperioris ſpice romane auꝛ̄. iii. reuſini auꝛ̄. xij
ſucci alitiſe et eſt alfelengeſif ⁊ dicit̄ abrotanū ſil
ueſtre auꝛ̄. xx. ⁊ radicū endiuie auꝛ̄. xx. ⁊ coſti ⁊
gentiane romane amboꝝ ana auꝛ̄. xii. folioꝝ citri
auꝛ̄. xiii. ⁊ trociſcoꝝ alindaracaron aure. vii. aī
ſi auꝛ̄. vi. ſqnanti auꝛ̄. xii. Aggrega has mediciaſ
terendo cribellando infundendo q̄ de eis infundū
tur in vino clare ſubē ⁊ eſt radix aut cōi aut in tri
plicato aut vino paſſo aut melino ⁊ cōfice cū melle
diſpumato ſecūdū q̄titatē q̄ neceſſaria eſt ⁊ repōa
tur in vaſe ⁊ admīſtret̄ ſicut āminiſtratur tyriaca

maior. ¶ At de medicis sunt q̇dā̆ q̄ ponūt in ea ḋ
ämoïaco ⁊ de eis sunt q̇bꝰ illud non videt̃ quoniā̆
ämoniacum nocet stomacho.

D Escriptio tyriace esdre. ¶ ℞. amomi ⁊
myrrhe amboꝝ ana. ℥. v. piretri. ℥. ii
ſ. squinanti. ℥. iiii. casie lignee. ℥. xii.
ſ. storacis liquide. ℥. vi. ſ. dauci. ℥. i. croci. ℥.
xii. petroselini. ℥. i. ⁊. ʒ. ii. ireos. ℥. ii. ſ. semis
seniculi ⁊ bdellij amboꝝ añ. ℥. iiij. ſ. olibāi. ℥. ix
dragagāti. ℥. x. succi hypoq̇stidos. ℥. iii. granoꝝ
citri excorticatoꝝ aur̃. i. semis aneti ⁊ epatis alm̃
liki ⁊ lignoꝝ citrinoꝝ oīum ana aur̃. ii. seīs hyus-
quiami albi lb. unā̆ seminis papaueris albi lb. ii.
spice. ℥. ix. ⁊. ʒ. i. rute sicce. ℥. i. ⁊. ʒ. ii. sumac.
℥. iii. anisi ⁊ assari ⁊ cordumeni oīum ana. ℥. iiii.
opij. ℥. ii ⁊. ʒ. i. ſ. euforbij. ℥. ii. ſ. piperis. ℥. i.
ſ. rosaꝝ. ℥. iiii. folij indi ⁊ carpobalsami amborū
ana. ℥. iii. anacardi. ℥. ii. ſ. lacce mundate. ℥. v
cinnamomi. ℥. iiii. meu. ℥. ii. spice cretensis. ℥.
ix. sulfuris. ℥. iiii. memithe ⁊ reusini ⁊ costi ama
ri oīum ana aure. iiii. folioꝝ citri aure. v. troci-
scoꝝ alindaracaron aur̃. iiii. olei balsami aur̃. vii
succci abrotani lb. i. galange. ℥. vii. liṫij. ℥. vi.
gariofiloꝝ. ℥. v. mellis q̄tū sufficit.

C Onfectio tro. alidaracarō admistratoꝝ ī
ea. ℞. caēmil̃. ru. et caēmille albe ⁊ su-
mach ⁊ fu ⁊ anisi ⁊ assari visnee ⁊ calami
aromatici ⁊ xilobalsami oīum ptes eq̄les pōderis
aggrega has medicinas cōtritas ⁊ cribellatas ⁊ ꝯfi
ce cū vino puro bone subē ⁊ est radix aut cōi tri-
bus diebꝰ cōtinuis ⁊ moueat̃ in oī die semel ⁊ ad-
de sup illud de uno boꝝ vinoꝝ si indiget illo ⁊ fac
trociscos pōderis aure. iꝰ. ⁊ exicca in vmbra hāc
tyriacā̆ fecit esdras ⁊ ē vicaria tyriace alfaroch in
rebus omnibus.

T Yriaca diateseron. ℞. gentiane romāe
baccaꝝ lauri aristologie longe ⁊ myrrhe
oīum ptes eq̄les terat̃ ⁊ cōficiat̃ cū melle
dispumato ẜm q̄titatē sufficientie cꝰ doſ sit aur̃. iꝰ
cū aq̄ calida. ¶ Et dicit̃ ꝙ ḋ medicis q̇dā̆ sunt qui
ponūt loco myrrhe costū amaruꝫ ⁊ refert seruaget
ꝙ inuenit in descriptōe q̄dā̆ additionē croci ptis. i
Hec tyriaca de q̄ttuor spēbꝰ cōfert pūcture scorpi
onū ⁊ araneaꝝ ⁊ egritudībꝰ frigidis ꝓprie epile-
psie q̄ subito accidit ⁊ tremori oris stomachi.

S Otira liberans magna. ¶ Hec medicina
est aggregatiua iuuamēti cōferens epile-
psie ⁊ v̇tigini ⁊ dolori capitis antiquo et
tremori ⁊ ꝓhibet mā̄ꝫ attrahi ad oculū: ⁊ q̄ñqꝫ fit
cū ea alcohol pꝰ abstractionē aq̄ q̄re ꝓhibet saniē
⁊ ꝓhibet euentū nocumēti ad oculū ⁊ abscisionem
vocis ⁊ palysim ⁊ alguesgues ⁊ dolorē dentiuꝫ et
dolorē oculi ⁊ dolores pulmōis ⁊ lateris ⁊ pecto-
ris ⁊ hypocōdriorū bibita in aq̄ mellis ⁊ valet ad
expulsioneꝫ sanguis potata in aq̄ arnoglosse ⁊ v̇ge
pastoris et ventositatibꝰ in stō ⁊ doloribꝰ eius et
ictericie ⁊ ad passiōes frigidas ⁊ clarificat colorē et
delet cogitatōes ⁊ remouet eructuationem ⁊ sanat
vesicā̆ ⁊ egritudines intestinoꝝ ⁊ pūcturam eoꝝ ⁊
clisterizat̃ cū ea: q̄r eradicant̃ apata eorum ⁊ apata
splenis ⁊ ꝓuocat supfluitates renū ⁊ vesice ⁊ con-
fortat testiculos ⁊ linit̃ sup eos ⁊ addit̃ desideriuꝫ
⁊ confert doloribꝰ iūcturaꝝ ⁊ spasmo ⁊ podagre
⁊ cōfert ad venena ex morsiōibꝰ ⁊ ebibita et con
fert febribꝰ antiq̇s ⁊ ꝑiodis rigoris et resoluit apa
ta cꝰ. ꝑmistio. ¶ ℞. myrrhe ⁊ casie et sq̄nanti oī
um ana. ℥. i. ſ. castorei et petroselini ⁊ est semen
apij siuestris montani amboꝝ ana aure. xv. semis
apij. ℥. ii. siseleos aur. i. costi amari et cinnamo-
mi et trociscoꝝ aladarmeu ⁊ storacis liq̄de et assa-
ri oīum ana aure. vi. anisi aure. x. piperis al. au
r̃. xij. pipis lō. aur̃. iii. spice aur̃. iij amomi ⁊ cro
ci amboꝝ ana aure. iiii. opij aure. x. Aggrega has
medicias tritas ⁊ cicotrigōiꝫatas et cōfice cū melle
dispumato ⁊ repone ī vase et vtere pꝰ. vi. m̄ses

A Rs trociscoꝝ aladarmeu admīstratoꝝ in
liberante magna. ¶ ℞. amomi ⁊ darsisa
han ⁊ costi amari ⁊ calami arōatici ⁊ ga-
riofiloꝝ ⁊ pipis albi ⁊ ameos oīuꝫ ana aure. iii. ci
namomi et masticis ⁊ croci oīum ana aure. vi. fu
aure. i. spice aromatice et folij indi amboꝝ ana au
reos. vii. myrrhe aure. vi. Aggrega has medici-
nas cōtritas et cicotrigoniꝫatas et cōfice cū vīo cla
ro aut alio ⁊ fac trociscos ꝑuos ponderantes aure
um vnū ⁊ exicca in vmbra ⁊ vtere.

N Adrech darij. ¶ Nedrech darij est vna ḋ
medicis ꝑicis magnis electis q̄ ꝓcedit in
cessiōe filonij et tyriace ⁊ scelithe ⁊ ipius
iuuamētū est magnū in colica cꝰ hec est ꝑmistio.
Accipe croci et seīs hyusquiami albi amboꝝ añ sex
tariuꝫ. i. opij et euforbij amboꝝ ana. ʒ. xx. ⁊ spi
ce et storacis liquide amboꝝ ana sextaria duo ⁊ fo
lij indi et gariofiloꝝ amborū ana. ʒ. iiii. et piperiſ
albi. ʒ. ii. et margaritaꝝ nō ꝑforatarū et salis am
moniaci et semīs rute siluestris et muschi et cāfo-
re et cardamomi et cinnamomi et casie oīuꝫ añ pō
dus. ʒ. i. et costi. ʒ. viii. et semīs albarmel et pire
tri et macropiperis oīum ana. ʒ. iiii. serapini ⁊ ca
storei et oppoponacis oīum ana pondus. ʒ. ii. ⁊ ꝫe
doarie et doronici et olei balsami oīum ana aure.
viii. et in descriptione syra ⁊ greca myrrhe. ʒ. iiii
et cāfore. ʒ. iiii. tere sicca et cicotrigoniꝫa ⁊ infun
de ea q̄ liq̄scunt ī vino decocto deīde aggrega oīa
⁊ cōfice cū melle ⁊ antiq̄ sex mensibꝰ cꝰ doſ sit si
cut nux cū aqua tepida.

C Onfectio phōrū et est illa q̄ noīat̃ mā̄ ui
te. Valet ad superfluitates phl̄atis cōfor
tat aīaꝫ letificat digerit facit eructuare as
similata vt sit sicut viaticū adolescentie ⁊ addit in
ꝯꝟuatōe et mēoria et rōnē efficit bonā̆ et absoluit
linguā̆ et destruit frigora et abscīdit fluxū vrie et
sedat ventositates et addit in spermate et ꝯfortat
mēoriā̆ et detumescere facit carnē gīgiuaꝝ et strī
git dentes et rēouet dolores dorsi ⁊ iūcturaꝝ ⁊ ili
oꝝ et emūctorioꝝ cꝰ ꝑmistio. ℞. piperiſ ⁊ mocꝰ
piperis et ꝫiꝫiberis et cīnamōi embliꝯoꝝ et belli-
ricoꝝ et capsie et aristologie rotūde de scemi ⁊ ve
naꝝ cytriaꝝ et ventris granoꝝ piee maioris. Et ī
descriptōe alia nucis iñ sucutiō ⁊ ē testiculꝰ vlpis
oīuꝫ añ. ℥. i. ſ: caēmil̃. ℥. ſ. . et plā̆te q̄noꝝ vue
℥. iii. auferat̃ īterius passularū rubeaꝝ deīde terā̆
tur bene et sumat̃ q̄tū sunt oēs medicīe mellis et
coaguleẗ deīde cōficiant̃ cū eo spēs q̄s dixīus et su
mat̃ de ea ẜm oēꝫ dispōꝫ q̄tū est nux ꝑua ī olei nu
cis īde mensura cum qua īuoluatur.

Celithe. In hac medicia sub si-

dei iussione affirmant omne iuuamentum existere
et in compositione eius oē mirabile. Nos v̇o nō i
uenius ei ipressionē plīmā nisi i aspitate accn̄te li-
gue et mollificatōi eiꝰ. ¶ At v̇o medici dicunt ꝙ
scelithe magnū cōfert iuuamētū manie et egritudi
bꝰ fr̄is melīcis et phl̄aticis et palysi et epilepsie et
apoplexie et torture et alguesgues et locutōi anie
et dolori capis et emigranee et obliuioni et melīe
et frigori cerebri et trēori et pl̄ini cordis et ꝯfuat
ēbryonē ⁊ ꝯfert abortui et ꝯfert distillatōi vrīe ⁊
doloribꝰ mr̄icis ⁊ uētositati eiꝰ et mollificatōi li
gue et v̇tigī et tristitie ⁊ nocumento fungoꝝ ⁊ ve
nenis ⁊ lacti qđ coagulat̄ in stō et aliȷ̇s et cōfert do
loribꝰ iuncturaꝝ ⁊ oibꝰ doloribꝰ antiq̇s fr̄is. Et
dat̄ in potu ad omnē rē ad quā ptinet sicut ad frigꝰ
vehemēs in aq̄ casie fistule ⁊ dr̄ ꝙ in vino est ma
gis iuuatiuū ⁊ ad oppilatōes intrinsecas cū aq̄ radi
cū et ad dolores mr̄icis cū aq̄ anisi et ad dolores
supiores cū aq̄ sansuci aut cū aq̄ radicū sicle et pue
ris cū oleo violaceo: hec ergo sunt ea q̄ dicunt me
dici. ¶ Et illud ꝙ est apud me est qđ est medici-
na inordiata nō ordiate cōpōnis adurens sanguinē
⁊ hūores deficiens a trocīscis cꝰ cōmistio. ¶ ℞.
muschi et cāfore et ambre oium ana. pōdus. ʒ. ij.
margaritaꝝ nō pforataꝝ et croci amboꝝ ana. ʒ. x
auri cōtriti et argenti cōtriti amboꝝ ana. ʒ. ʃ. ab-
mi et seis barmel et euforbiȷ̇ et vsnen nabati ⁊ us
nee ⁊ semis apiȷ̇ et seis rute et stercoris vacce mō
tane et sulfuris rubei et citrini ⁊ bellebori albi et
storacis liq̇de ⁊ cipi ⁊ mersulen ⁊ sunt ligna aspagi
⁊ vēaꝝ alessind ⁊ est albarmel alba et chelidōie ⁊
granorū almabaleb et xilobalsami ⁊ bezerbasen ⁊
simsindar oiuz an̄ pōdꝰ. ʒ. ij. ⁊ floris sq̇nāti ⁊ foliȷ̇
⁊ nucis muschate ⁊ castorei ⁊ se. eruce ⁊ se. baucie
oiuz an̄ pondus. ʒ. x. ⁊ alzarub et azkei ⁊ dragagā
ti magisteriȷ̇ ⁊ nigelle et stercoris vulpis ⁊ radicis
capparis oium ana. ʒ. ʃ. ⁊ serici crudi ⁊ seis aneti
⁊ radicū eiꝰ ⁊ zedoarie ⁊ doronici ⁊ zinziberis et
gentiane et lingue auis ⁊ salis indi et pireiri ⁊ co-
ralli ⁊ bitumis iudaici ⁊ fu et psiliȷ̇ oiuz ana. ʒ. iiȷ̇
gariofiloꝝ et spice ⁊ assari et costi ⁊ casie et carda-
momi et capilli veneris oium ana. ʒ. viii. et ma-
cis ⁊ ireos amboꝝ ana pōdus. ʒ. i. et fructuū man
dragorē siccoꝝ nūero. xx. ⁊ casie mūdate et ligno
rū casie amboꝝ ana pōdus. ʒ. ʃ. ⁊ floꝝ sq̇nanti pō
dus. ʒ. x. et semis feniculi et isopi sicce amboꝝ an̄
ʒ. x. ⁊ origani psici et origani alinci amboꝝ anāl. ʒ
iiȷ̇. et bedeoard ⁊ nodorū palee veteris inꝑietī-
bus ⁊ reusini oium an. ʒ. vii. ⁊ pipis albi ⁊ nigri
⁊ macropipis ⁊ opiȷ̇ et aristologie longe ⁊ rotunđ
⁊ granoꝝ almabaleb oiuz ana. ʒ. xx. ⁊ auellāe in̄
pondus. ʒ. ij. et duas tertias. ʒ. i. et supioris sali-
cis ⁊ venaꝝ idaꝝ siccaꝝ ⁊ est almeius ⁊ poliȷ̇ ⁊ suc
ci ireos ⁊ darsisaban et abrotani oium ana pōdus.
ʒ. i. ⁊ aniuden nigre pōdus. ʒ. iiȷ̇. et q̄rte et meli
loti pondus. ʒ. iiȷ̇. ⁊ duaꝝ tertiaꝝ. ʒ. i. ⁊ capilloꝝ
algol et digitoruz citrinoꝝ ⁊ gutte baracost et altit
boni odoris ⁊ serapini ⁊ oppoponacis oium an̄ pō
dus. ʒ. ij. et terre viaꝝ q̄drataꝝ pondus. ʒ. iiȷ̇.
Et illud qđ inuenit̄ de medicis q̄ intrant i scelithe
in codicibus grecis additū supra illud qđ est in hac
descriptōe est istud alzurūb ⁊ alessis albe ana. ʒ. ij
radicis alkeirei rubee pōdus. ʒ. iiȷ̇. supioris alcan
ne. ʒ. ij. agnicasti. ʒ. iiȷ̇. cordumeni pondus. ʒ. i.
reusini ⁊ carpobalsami ⁊ xilobalsami et granoruz
myrti egyptie ⁊ sigillati regis ⁊ asse fetide oiuz an̄
ʒ. ij. nucis muschate. ʒ. iiȷ̇. granorū alben excorti
catorū. ʒ. iiȷ̇. spodiȷ̇. ʒ. i. cuscute ⁊ karabe ⁊ mu-
dascon ⁊ gestafrid et nucis sauie ⁊ mugatb ⁊ mar
macor ⁊ vtriusq; been rubei ⁊ albi oiuz ana. ʒ. ij
anisi. ʒ. iiȷ̇. sceba. ʒ. iiȷ̇. salis tabarzet salis idi ⁊ sal
panis et dauci et petroselini et succi liq̇ritie ⁊ succi
eupatoriȷ̇ oium ana. ʒ. ij. et corticū citri siccorū et
fustiū peonie omniū ana pondus. ʒ. iiȷ̇. churuden
ʒ. v. magnetis. ʒ. vi. calcanil ⁊ est ozimū monta
nū ⁊ amigdalaꝝ amararū omniū ana. ʒ. vii. Tere
sicca ⁊ cicotrigoniza et infunde ea q̄ liq̇fiunt in vi-
no bono et confice cū melle qđ sit triplū ponderis
medicinaꝝ ⁊ repone in vase vitreo qđ sit sicut v
rinale ⁊ antiquet̄ sex mensibus cꝰ dos sit quantuz
est cicer cum aqua tepida.

Commistio eius ſm aliā descriptionē.
℞. muschi boni pondus. ʒ. ij. margarita
rū nō pforataꝝ pondus. ʒ. x. auri fusi et
argenti fusi amboꝝ ana pondus. ʒ. ʃ. ambre pon-
dus. ʒ. iiȷ̇. zarub pondus. ʒ. i. sirici adusti aut nō
adusti pondus. ʒ. iiȷ̇. myrrhe gariofiloruz et spice
boni odoris amboꝝ ana. ʒ. iiȷ̇. croci pōdus. ʒ. x.
zedoarie et doronigi amboꝝ ana. ʒ. iiȷ̇. radicis li
liȷ̇ celestis pondus. ʒ. i. amomi pondus. ʒ. ij. masti
cis pondus. ʒ. ʃ. foliȷ̇ indi pondus. ʒ. x. carpobal-
sami pondus. ʒ. ʃ. macis pondus. ʒ. i. fructuū mā
dragore nūero. x. lignoꝝ casie et casie amboꝝ an̄
ʒ. v. leucopipis et zinziberis et radicuz aneti om
nium ana. ʒ. iiȷ̇. costi amari pondus. ʒ. viȷ̇. nu-
cis muschate pondus. ʒ. x. castorei pōdꝰ. ʒ. x. eu
forbiȷ̇ pondus. ʒ. ij. floris squinanti pondus. ʒ. x.
semis aneti et gentiane romane et supioris lingue
auis omniū ana pondus. ʒ. iiȷ̇. cardamomi pondꝰ
ʒ. viȷ̇. semis barmel. ʒ. viii. semis fenugreci pō
dus. ʒ. vi. fustiū capilloꝝ veneris pondus. ʒ. viȷ̇
salis indi pondus. ʒ. iiii. nigelle et est granū nigrū
pondus. ʒ. ʃ. origani psici pondus. ʒ. iiii. fu pōdꝰ
ʒ. vi. dragaganti artificiȷ̇ pondus. ʒ. ʃ. vsnen na-
bati pondus. ʒ. ii. semis apii. semis rute et vsnee
⁊ sulfuris citrini omniū ana. ʒ. ii. stercoris vacce
montane aut capre montane pondus. ʒ. ii. bede-
oard pondus. ʒ. vii. semis eruce pondus. ʒ. x. sa
uine pondus. ʒ. iiȷ̇. melāopiperis ⁊ macropiperis
et semis byusquiami albi omniuz ana. ʒ. xx. terre
viaꝝ q̄drataꝝ pondus. ʒ. i. aristologie longe pon
dꝰ. ʒ. x. aristologie rotūde pondus. ʒ. iiii. reusi-
ni pondus. ʒ. vii. semis alzufere pondus. ʒ. x. se
mis endiuie pondus. ʒ. iiii. semis alāiuden pōdus
ʒ. iiii. et sexta. ʒ. i. meliloti pondus. ʒ. iiii. ʃ. psi
liȷ̇ ⁊ issidis oium ana pondus. ʒ. iiii. granoꝝ cucūe
ris excorticatoꝝ. ʒ. iiii. ⁊ tertiā. ʒ. iꝰ. bitumis iu
daici pondus. ʒ. iiii. cāfore et bellebori albi ⁊ ni-
gri et cipi ⁊ storacis liq̇de et chelidōie ⁊ seis aspa
ragi omniū ana pondus. ʒ. ii. ⁊ digitoꝝ citrinoruz
⁊ capilloꝝ algol et radicis endiuie et casie et bara-
cost omniū ana pondus. ʒ. ii. xilobalsami pondus
ʒ. ii. aq̄ nigelle ⁊ aq̄ spine noiate alcāna an̄ pondus
ʒ. i. et granoꝝ almabaleb pondus. ʒ. i. radicū as-
sidi ⁊ est sinapis albi pondus. ʒ. ii. nodoꝝ palee q̄
est in parietibus. ʒ. vii. stercoris vulpis pōdꝰ. ʒ

ſ. corticū radicis capparis pondus. ʒ. ſ. bezeribaſen ⁊ iſſindar amborū ana pondus. ʒ. iiii. Aggrega has medicinas cōtritas et cicotrigonizatas et infunde q̄ infundenda ſunt de eis in vino odoriſero ⁊ cōfice cū melle diſpumato ⁊ repone ī vaſis et aministra poſt ſex menſes ſicut cicer cū aq̄ corticū radicis ſeniculi ⁊ apij et fac caputpurgiū ex ea q̄ti tate vnius g̃ni frumenti cū aq̄ canabis.

ARius Darij. Et eſt medicina inda que letificat ⁊ cōfortat cor et corpus et colorē efficit bonū et aufert lūbricos ⁊ facit odorē oris bonū ⁊ ſudoris et iuuamentū eius ad epar eſt magnū ⁊ nō eſt in ea nocumentū apparēs et ſumit̄ ante cibū ⁊ poſt, ipꝫ cꝰ cōmiſtio. ℞. roſarū rubeaꝝ pondus. ʒ. vi. ciperi pondus. ʒ. v. gariofiloꝝ ⁊ maſticis ⁊ ſpice et aſſari oīum ana. ʒ. iij cinami ⁊ alzarub et croci ⁊ macis et cardamōi ⁊ heil ⁊ nucis muſchate omniū ana pōdus. ʒ. ii. Sume has ſpetics poſt cicotrigonizationē cū orali ⁊ pmiſce pmiſtione decenti cōterendo deinde accipe emblicoꝝ mūdatoꝝ bonoꝝ recentiū ℔. i. et decoquātur in ℔. ix. aq̄ dulcis donec remaneat tertia deiñ colet̄ et iteret̄ illa aq̄ in olla ſup quā p̄ijciant̄ de penidijs ſabari ℔. ii. deiñ buliat cū facilitate dōec ingroſſet̄ ⁊ fiat in ſpiſſitudine loboc ad pectꝰ groſſi deiñ auferat̄ olla ab igne ⁊ puluerizent̄ in ea medicine et moueat̄ cū ligno ſalicis donec pmiſceat̄ ꝯmiſtione eq̄li. Nūqꝫ infrant̄ reponant̄ in vaſe viridi cꝰ doſ ſit qđ eſt ab vno auī. ad duos.

COnfectio alia inda. ℞. piperis ⁊ macropipis et myrobalanoꝝ nigroꝝ et bellicoꝝ et emblicoꝝ ablatis nucleis ipſoruꝫ ⁊ centauree omniū ana ſextaria. iiii. et mellis ⁊ butyri uaccini q̄tū cōficiat ipaꝫ: cꝰ doſ ſit auī. i. aut plus vnicuiqꝫ hoī ſm q̄titatē ſue v̄tutis.

COnfectio noīata algere. Que cōfert vtriqꝫ cholere ⁊ pruritui ⁊ frigoribꝰ ⁊ cōfortat ſtomachū ⁊ valet ad colicā ⁊ ventoſitates et facit appetere cibū ⁊ cōfortat ad coituꝫ cuiꝰ pmiſtio. ℞. ſcamonee et medulle turbit ⁊ macropipis omniū ana. ʒ. vi. piretri et ſemis apii ⁊ ameos ⁊ zinziberis ⁊ ſal̄ indi oīuꝫ añ pōdꝰ. ʒ. i. gariofiloꝝ ⁊ zarub amboꝝ ana. ʒ. ſ. alſlegeti auī i. mahaleb excorticate. ʒ. duas zuccari tabarzet ⁊ croci amboꝝ ana. ʒ. iii. Accipe has medicinas poſt cicotrigonizationē exceptis ſcamonea et croco qm̄ ipſi ſimul terunt̄ deiñ pmiſce medicinas cōmiſtōe decenti ⁊ cōfice cū melle diſpumato ſm pondus earū bis et ſemis cꝰ doſ ſit ab eo qđ eſt inter. ʒ. ii. vſqꝫ ad. ʒ. ii. ſ. vſqꝫ ad. ʒ. iii.

COnfectio alia dilatans aiaꝫ cōfortans eā letificans cōfortans corpus colorē faciēs bonū deſtruens lūbricos odorē oris faciens odoriferꝝ ⁊ ſudorē ⁊ cōfert ſtō et epati ⁊ nō ē in ea nocumentū ⁊ recipit̄ añ cibū et pꝰ ipſuꝫ cꝰ cōmiſtio. ℞. roſaꝝ rubeaꝝ ptes. vi. ciperi ptes viii. gariofiloꝝ et maſticis et ſpice et aſſari omniū pteſ. iii. cinami et zarub et croci ana ptes. ii. maciſ et cardamomi et elbaugue et nucis muſchate omium ana ptē. i. Terant̄ et cribellent̄ ⁊ ſumat̄ ad omne pondus. ʒ. xxiii: de oībus medicis ℔. i. emblicoꝝ recentiū et decoquat̄ oīs ℔. cū. ix. ℔. aq̄ vſqꝫ quo remaneant ℔. iii. deiñ colet̄ ⁊ p̄ijciatur ſup illā aquā p̄ oī ℔ emblicoꝝ ℔. i. penidioꝝ ſabari ⁊ decoquant̄ donec fiat in ſpiſſitudīe electuarij groſſi deiñ puluerizent̄ deſup medicine ⁊ cōueniēter fiat eiꝰ pmiſtio ⁊ reponat̄ in vaſe vitreo viridi: cꝰ doſ ſit ab auī. i. vſqꝫ ad auī. i. ⁊. ſ.

COnfectio tyriacalis magna ex nr̄a arte ex ptoꝝ iuuamentoꝝ p̄dcōꝝ in cōfectionibꝰ q̄ ſunt ante eā. ℞. corticū citri et gentiane et myrrhe et carpobalſami ⁊ folioꝝ ozimi citrati et ſemis eius et ſeis alfelengemiſch et zedoarie et doronigi omniū an. ʒ. iiii. ⁊ muſchi ⁊ ambr̄ amboꝝ ana auī. i. ⁊ xiloaloes indi auī. ii. et caſtore auī. ſ. ⁊ coſti et cinamōi ⁊ acori ⁊ croci et ſpice celtice et apſinthij omniū ana. ʒ. iii. et fu et meu ⁊ petroſelini omniū ana. ʒ. ii. ſ. et ſemis eruce et ſemis napi et ſemis porri et lingue auis et granoruꝫ piperis omniū ana pondus. ʒ. ii. et opii pondus. ʒ iii. cōficiat̄ ſm deſcriptionē et fermentet̄ ſex menſibus deinde bibatur.

COnfectio tyriacalis minor ex arte nr̄a ℞. carpobalſami et coſti et myrrhe et gētiane et cinamōi et leucopipis et xiloaloes indi et petroſelini omniū ana ptē. i. muſchi tertiā ptis caſtorei q̄rtā ptis cōficiat̄ cū melle et adminiſtretur.

COnfectio ceſaris valens ad pulſuꝫ cordiſ et epilepſiā et dolores ſtōi fr̄i et inteſtiorū et oppilatōes et putrefactōeꝫ ſanguis longā et difficultatē digōnis et difficultatē anhelitꝰ et ſingultū vehementē cꝰ pmiſtio. ℞. caſtorei et ſucci liq̄ritie et caſie et coſti amari et melanopiperis macropipis et ſtoracis et opii et croci et ſpice aromatice omniū ana penduſ. ʒ. iii. oppopōacii pōdus. ʒ. i. muſchi pōdus ſexte. ʒ. i. zedoarie ⁊ doronigi et margaritaꝝ nō pforataꝝ omniū ana. ʒ. ſ myrrhe pondus. ʒ. ix. Aggrega has medicinas tritas et cribellatas et cōfice cū melle diſpumato et utere qū neceſſe eſt quātitate ciceris.

TRifera magna valens ad malitiā digōis et frigus ſtōi p̄prie ⁊ inteſtinoꝝ et mollificationē in ſtō et veſica et addit in deſiderio coeundi cꝰ pmiſtio. ℞. myrobalanoꝝ nigroꝝ excorticatoꝝ pondus. ʒ. vi. bellirico. ⁊ embli. et ſemis apii montani et capſie inde et ameos et origani pſici omniū ana. ℥. i. ſpice et amomi et heil et acori ana pondus. ʒ. iii. cinnamōi pondꝰ. ʒ. iiii. leucopiperis et melanopiperis et neremiſch et ſal̄indi omniū ana. ℥. ſ. ſcorie ferri. ℥. iii. ſinapis. ℥. i. ſ. ⁊ ſalis amoniaci. ʒ. ſ. tere ⁊ cicotrigōiza ⁊ inuolue cū oleo amigdalino ⁊ cōfice cū melle diſpumato de quo ſit triplū ponderis ſpetieꝝ ⁊ vtere qum neceſſe fuerit.

DEſcriptio alia. ℞. myrobalanoꝝ kebuloꝝ ⁊ belliricoꝝ ⁊ ſerēblegi ⁊ buzeidē ⁊ macis ⁊ capſie inde ⁊ ſecacul omniū ana. ptē vnā bedarūgi rubei ⁊ bedarūgi albi ⁊ lingue auis ⁊ beē albi ⁊ been rubei omniū añ ptē mediaꝫ. Aggrega has medicinas cōtritas ⁊ cribellatas ⁊ cōfice cū melle diſpūato ⁊ butyro ⁊ vtere qū neceſſe fuerit.

ZEhemiren magnū. Eſt medicina inda cōferens malitie cōplōnis fr̄e ⁊ debilitati ſtōi ⁊ addit ī deſiderio coeūdi ⁊ ꝯfert alguſgueſ

⁊ melie ⁊ rectificat motus corpis et ꝯſuat embryo
ne et cōſuat renes ⁊ veſicā ⁊ frāgit lapidē: cꝰ pmi
ſtio. ¶ ℞. acori et coſti amari ⁊ ariſtologie lōge
⁊ ariſtologie rotunde oīum ana ſextaria. iii. macꝰ
pipis ⁊ zinziberis amboꝝ ana pondus ſextariorum
v. ſemis apij ⁊ ameos et carui et ſemis ſeniculi et
ſemis alrathtai ⁊ ſemis portulace ⁊ ſemis eruce ⁊
bedarūgi rubei ⁊ bedarūgi albi ⁊ auricule muris
⁊ cymini carmeni ⁊ ſemis aneti omniū ana pōdus
ſextarioꝝ. vi. gariofiloꝝ ⁊ vſnee ⁊ calami arōa-
tici ⁊ xilobalſami omniū ana ſextaria tria meliloti
et ſceba ⁊ zarub ⁊ carpobalſami oīum ana ſextaria
tria et caſie ⁊ macis et cardamōi ⁊ cinami omniū a
na ſextaria. iiii. myrobalanoꝝ citrinoꝝ ⁊ ſerēble-
gi et belliricoꝝ ablatis nucleis omniū ana ſextaria
viii. pomoꝝ mādragore ſiccoꝝ et hellebori al. et
marmarcore et ſemis hyuſqami albi ſiluſ̄ris et ſeīs
hyuſqami albi hortulani ⁊ aſech hortulāi ⁊ capſie
inde ⁊ zereſſe ⁊ granoꝝ citri excorticatoꝝ et vena
rum ⁊ ſeriten indi ⁊ been rubei ⁊ been albi ⁊ lin-
gue auis omniū añ auſ̄. xiiij. nucis muſchate. xxx
numero radicū cucūeris ſiluſ̄ris et ſeīs agnicaſti oī-
um ana ſextaria. iii. ſemis baucie et amomi ambo
rū ana. ʒ. vi. opij et euforbij ⁊ caſtorei omniū ana
ʒ. iii. myrobalanoꝝ nigroꝝ ablatis nucleis ponder̄
ʒ. iiii. folij indi et fenugreci ⁊ meu ⁊ petroſelini et
dauci ⁊ reuſini omniū ana. ʒ. vi. aggregent̄ medi
cine iſte trite ⁊ cribellat e. Et ſumant peīdij al. pō
dere medicinaꝝ dcāꝝ omniū ⁊ butyꝝ vaccinū pon
dere medicinaꝝ ⁊ penidioꝝ ſimul et mellis diſpūa
ti pondere medicinaꝝ ⁊ penidioꝝ ⁊ butyri ſimul ⁊
cōficiat̄ ſm hūc modū. Sumant̄ penidij ⁊ incidant̄
et ꝓijciant̄ ſup eos tres ℔ aq̄ et decoq̄nt̄ donec liq̄
fiant ⁊ ingroſſent̄ et fiant ſicut mel deiñ ꝓijciat̄ ſu
p eos mel et fiat tepidū butyꝝ vaccinū inuoluat̄ur
cū eo medicine trite et cribellate deiñ ꝓijciant̄ peī
dij ⁊ mel cocta ſimul in mortario magno ⁊ pulueri
zent̄ deſup medicine inuolute in butyro et cōfician
tur donec equent̄ ⁊ reponant̄ in vaſe in qᵒ fuit mīl
tpe lōgo ⁊ reponat̄ ſex mēſibꝰ ⁊ admīſtret̄ poſt il
lud cꝰ doſ̄ ſit ſicut galla in principio diei ⁊ fine eiꝰ
tribꝰ diebꝰ et tribꝰ noctibꝰ cū aq̄ calida aut cum a
liquo de vinis.

P Ermiſtio eius ex deſcriptōe alia. ¶ ℞.
acori et coſti amari et ariſtologie lōge et
rotunde omniū ana ſextaria tria macro-
pipis ⁊ zinziberis ana ſextaria. v. Et in deſcriptio
ne alia amboꝝ ana ſextaria duo loco q̄nqꝫ ſeīs apij
⁊ ameos ⁊ carui et ſeīs feniculi ⁊ ſeīs alrotab ⁊ ſe.
portulace ⁊ ſcīs eruce et ſeīs ſanſuci et turbit albi
⁊ rubei et cymī carmeni ⁊ ſeīs aneti omniū ana ſe
xtaria. vi. gariofiloꝝ vſnee calami arōatici car-
pobalſami omniū ana ſextaria. iii. meliloti et ſce-
ba ⁊ zarub et carpobalſami ⁊ caſie et macis ⁊ car-
damōi et cinami oīum ana ſextaria. iiii. myrobala
noꝝ citrinoꝝ ⁊ belliricoꝝ et emblicoꝝ omniū ana
ſextaria. viii. pomoꝝ mandragore ſiccoꝝ ⁊ myr-
ti ſicce ⁊ hellebori albi ⁊ marmacor ⁊ ſeīs hyuſqa-
mi albi ſiluſ̄ris et ſeīs hyuſqami albi hortulāi ⁊ a-
ſech et capſie inde ⁊ zereſch ⁊ granoꝝ citri excor-
ticatorum et ſcires indi ⁊ zaror ⁊ been albi et ru-
bei ⁊ lingue auis omniū añ aurē. xxiiii. nucis mu
ſchate. xxx. nūero radicū cucūeris ſiluſ̄ris ⁊ ſemis
agnicaſti amboꝝ ana ſextaria. iii. ſeīs baucie et aō
mi amboꝝ ana. ʒ. vi. opij ⁊ euforbij et caſtorei oī
um ana. ʒ. iii. myrobalanoꝝ nigroꝝ pōdus. ʒ. iiij
folij indi ⁊ petroſelini ⁊ dauci ⁊ reuſini omniū ana
ʒ. vi. Aggrega has medicinas pꝰ cicotrigonizatio
nē et pone cū eis penidios ſm pōdus mediciaꝝ oī-
um ⁊ inuolue cū butyro et cōfice cū melle diſpūa-
to et repone in vaſe cꝰ doſ̄ ſit. ʒ. ii. ſ. forti et de
bili minus hoc.

A Lzehemirē puū. Juuamētoꝝ ꝓrimoꝝ eſt
ei. ¶ ℞. acori et coſti et ariſtologie ro-
tūde et lōge omniū ana ſextaria. iii. gra
noꝝ araſed et ſeīs harmel amboꝝ ana ſextaria. ij
⁊ pipis et macropis et zinziberis omniū ana ſexta
ria. v. et ſeīs apij et carui et cipi et ſeīs napi et ſe.
alrotab ⁊ ſeīs cepe ⁊ ſemis eruce ⁊ zaror et tuderi
rubei et albi et ſeīs porri et ſeīs lini et ſeīs andaco
che et ſeīs feniculi et ameos et ſeīs citri excortica
ti et ſeīs portulace et calamēti et bechir et fenugre
ci et ſeīs ſanſuci et cymini carmēi et ſeīs aneti et ſe
mis baucie omniū ana. ʒ. x. gariofiloꝝ et heil ⁊ uſ
nee et folij indi et cardamōi et cinami et enule et ci
peri et nucis muſchate et calami arōatici et zarub
et meliloti et marmacor et carpobalſami omniū a
na. ʒ. xx. et caſie et macis et granoꝝ myrti et ze-
reſch et lingue auis et ſpice omniū ana pondus. ʒ.
xxiiii. et roſ̄ ſiccaꝝ pondus. ʒ. v. et myrobalano-
rū nigroꝝ et kebuloꝝ et belliricoꝝ ⁊ emblicoꝝ oī
um ana ſextaria. iii. ſeīs hyuſqami albi et euforbii
et opii omniū ana. ʒ. iii. caſtorei ſextariū. i. et ca-
pſie inde et alaſech et zedoarie ⁊ been rubei et al-
bi et reuſini et darūgi et ſeīs portulace et galange
et ſtoracis omniū ana ſextaria. iii. et penidioꝝ cuꝫ
pondere omniū haꝝ medicinarū et cōmiſce ⁊ īuol
ue butyro vaccino ⁊ cōfice cū melle diſpumato cꝰ
doſis ſit auſ̄. i. cū aqua tepida.

C Onfectio Gal̄. ¶ Hec cōfectio calefacit
inſt̄ra vrine ex renibꝰ et veſica et appe-
rit oppilatōes ⁊ rectificat corꝰ cꝰ pmiſtō
℞. leucopipis et melanopipis et amomi et coſti a
mari et ſpice arōatice et folii indi et croci et ſemīs
apii et aniſi et piretri et ſeīs vrtice et ſeīs rute mō
tane omniū ana ptes eq̄les. Aggrega has mediciās
tritas et cōfice cū melle diſpūato ⁊ vtere. cꝰ doſis
ſit pōdus. ʒ. i. cū aq̄ corticū radicis feniculi ⁊ cor-
ticū radicis apij: cꝰ pmiſtio ex deſcriptōe alia. ℞.
pipis nigri ⁊ albi ⁊ amōi ⁊ coſti ⁊ ſpice et calami a
rōatici et folij indi ⁊ ſeīs apij et croci et aniſi et ſe-
mis vrtice piretri ſeīs rute mōtane omniū ana p-
tes eq̄les cōficiant̄ cū melle ⁊ ſit doſ̄ pōdꝰ. ʒ. i. cū
aqua radicum feniculi et apij.

C Onfectio alia Gal̄. valens ad dolorē epa
tis ⁊ tuſſim et expulſionē ſanguīs. cꝰ per
miſtio. ℞. croci cinamōi amboꝝ añ pon
dus. ʒ. i. bdellij. ʒ. iiii. alxebet duas tertias. ℥. iꝰ
ſq̄nanti. ʒ. iii. calami arōatici. ʒ. ii. caſie ſpice celti
ce myrrhe oīuꝫ ana. ʒ. ii. gūmi cupſſi ſextaria. iij.
⁊ mellis. ℥. iii. paſſulaꝝ enucleataꝝ pōdus. ʒ. xl.
⁊ vini boni qȯ ſufficit terant̄ ⁊ cicotrigonizent̄ ⁊ ꝯ
ficiantur cū melle.

C Onfectio hermetis cōferēs podagre val
de ⁊ doloribus iuncturaꝝ ⁊ doloribꝰ re
nuꝫ ⁊ ſtōi et ventoſitatibus ⁊ vlceribus

inteſtinoꝝ ⁊ hydropiſi et ictericie et vtigini: ⁊ eiuſ
q̄dē ꝓprietas eſt in iuncturis et podagra. et ſit do
ſis aur̄. i. aut. ʒ. ii. cui⁹ ꝑmiſtio ¶ ℞. agarici ⁊ aſ
ſari et acori et cordumēi et ſeis rute et euforbij et
ſu et iſopi ſicce omniū ana. ʒ. i. ariſtologie lōge et
radicū ciclamis amboꝝ ana. ℥. ij. amcos ⁊ garioſi
loꝝ amboꝝ ana. ℥. ij. gentiane romane. ℥. vi. ba
ſce et ſeis apij amboꝝ ana. ℥. ii. centauree mīoriſ
⁊ eſt albalziz. ℥. viij. caſie et coſti amari et myr-
rhe omniū ana. ℥. iij. ſpice arōatice ⁊ ſceba mōtāi
et petroſelini omniū ana. ℥. ii. polij ⁊ praſſij ambo
rū ana. ℥. viij. camepitheos ⁊ camedreos ⁊ ſcorð
on omniū ana. ℥. viii. Aggrega has medicinas tri
tas ⁊ cicotrigonizatas ⁊ cōfice cū melle diſpumato
et repone in vaſe ⁊ bibat in dieb⁹ veris. ¶ Cō-
miſtio eius ex deſcriptōe alia. ℞. agarici et aco
ri et aſſari et cordumeni et ſeis rute ⁊ euforbij et
ſu ⁊ iſopi ſicce omniū ana. ℥. i. ameos et garioſi-
loꝝ amboꝝ ana. ℥. ij. gentiane. ℥. vi. aſſe et ſeis
apij amboꝝ ana. ℥. ii. centauree minoris. ℥. viii
caſie et coſti et ariſtologie lōge omniū ana. ℥. iij.
myrrhe et ſpice et calamēti mōtani et petroſelini
omniū ana. ℥. ij. praſſij et polij amboꝝ ana. ℥. iij.
camedreos ⁊ camepitheos ⁊ ſcordeon omniū ana.
℥. viii. mellis q̄tū ſufficit: c⁹ doſ ſit. ʒ. ii. aut au
re. i. inh ora veris.

Confectio hermetis valēs ad thenaſmonē
qū de ea ſumit in potu pondus. ʒ. xxx.
cū aq̄ frā ⁊ ad dolorē epatis cū aq̄ mellis
roſ ⁊ ad febrē cū aq̄ tepida et ad dolorē ſtōi cū ace
to cōmiſto et ad dolorē renū cū vio cōmiſto ⁊ ad
reliquos dolores et prefocationē cū aq̄ tepida. Et
ſi nō fuerit cū eis febris cū vino cōmiſto et ad ex-
pulſionē ſanguinis cū aceto cōmiſto in q̄titate fa-
be ⁊ ad dolorē ilij ſicut q̄titas illa ⁊ ad retentionē
inteſtinoꝝ et ventoſitates cū vino antiquo cōmi-
ſto et eſt cōueniens ad dolorē capitis ⁊ algueſgues
et maniā qū i potu ſumit̄ i nocte ⁊ ad tuſſim ſiccaꝫ
potata in principio noctis cum vino cōmiſto et ad
morſum ſerpentū cuꝫ aq̄ altereniabin et liniat̄ ſup
locū morſum ⁊ cōfert ad uenena mortalia qn̄ i po
tu ſumit̄ cū aq̄ gētiāe et ad morſū canis rabioſi quā
do in potu datur cum lacte.

Diindaru. ¶ Exiſtiauit ille qui ipꝫ edi-
dit ꝙ eſt exptū c⁹ ꝑmiſtio ¶ ℞. pipis al
bi et ſeis hyuſq̄ami albi amboꝝ ana ſexta
ria. v. croci et lumon amboꝝ ana ſextaria. x. et o
pij et āmōiaci et folij et piretri ⁊ radicū mandrago
re ⁊ albonniati et caſie et ſpice ⁊ ſeis apij omniū an̄
ſextaria. vi. et xilobalſami ſextaria. iii. et mellis
diſpūati q̄tū ſufficit cōficiat̄ et admīſtret̄ ſicut nar
rauimus.

Alkeſkinēgi eſt cōfectio plīmoꝝ iuuamen
torū valens ad egritudines infantiū ⁊ pu
eroꝝ ⁊ ad epilepſiā ipſoꝝ et torturā eoꝝ
⁊ ſpaſmū ipſoꝝ et colicā eoꝝ ⁊ cōfert ꝑfocatōi ma
tricis ⁊ tēperat additiōē menſtruoꝝ ⁊ ſedat vento
ſitates m̄ricis. C⁹ ꝑmiſtio. ℞. caſie et geſtafrid et
radicis mandragore ⁊ ſeis harmel ⁊ ſeis feniculi ⁊
carpobalſami ⁊ ariſtologie longe ⁊ rotunde ⁊ mu
ſchi et ambre omniū ana. ʒ. iiij. heil. ʒ. xxiiij. opij
⁊ coſti et nucis muſchate et myrobalanorū citrino
rū omniū ana. ʒ. xij. garioſiloꝝ. ʒ. xxiiij. ciami et

cōfectōis alkeſire et arſenici citrini et ſeis lilij oīuꝫ
ana. ʒ. ij. acori. ʒ. viij. ſerapini et dorōigi ⁊ myr
rhe et olei de ſteragē omniū an̄. ʒ. vi. legaſt ⁊ ma
cis et ciperi et croci omniū an̄. ʒ. x. mugath. ʒ. xv
ſtoracis liq̄de. ʒ. xv. murdaſacron et folioꝝ myr
ti et nucis cup̄ſſi ⁊ ſeis ſauine omniū ana. ʒ. iij. te-
rat̄ et cribelletur et conficiat̄ cū melle diſpumato
et āminiſtretur.

Confectio alkeſire āminiſtrati in ea. ℞.
calami arōatici ⁊ blacte bizantie et olibāi
omniū ana. ʒ. iiij. vſnee et cinami et cro
ci omniū ana. ʒ. i. ſtoracis. ʒ. iiij. muſchi ⁊ xiloa-
loes amboꝝ ana. ʒ. ſ. cōficiat̄ cū vino antiquo o-
dorifero ⁊ dittat̄ dōec fermentet̄ ⁊ āmīſtretur.

Confectio de muſcho faciens ad pulſū cor
dis et ad om̄s infirmitates m̄lie et ad dif
ficultatē anhelitus et eſt medicina confor
tans aīaꝫ: c⁹ ꝑmiſtio. ¶ ℞. zedoarie et doronigi
⁊ margaritaꝝ nō ꝑforataꝝ ⁊ karabe et coralli omī
um ana. ʒ. i. ſerici crudi. ʒ. i. ſ. been rubei ⁊ albi
⁊ folij indi ⁊ ſpice ⁊ cardamōi et garioſiloꝝ ⁊ ca-
ſtorei omniū ana. ʒ. i. ſ. zinziberis et macropipis
amboꝝ ana tertiā. ʒ. i. muſchi octauā. ʒ. i. Terant̄
oīa et cōficiant̄ cū melle crudo: c⁹ doſ ſit ſicut ci-
cer cum vino odorifero.

Confectio de muſcho alia q̄ valet ad do-
lorē epatis ⁊ ſtōi ⁊ debilitatē eoꝝ et r̄ſol
uit ventoſitates ⁊ inflāmationē. C⁹ ꝑmi
ſtio. ¶ ℞. pondus tertie. ʒ. i⁹. de muſcho ⁊ ſpi-
ce arōatice et caſie ⁊ folij indi ⁊ lacce mūdate ⁊ reu
ſini omniū ana pondus. ʒ. ii. gentiane romane pō
dus. ʒ. ii. croci ⁊ ameos ⁊ ſeis apij ⁊ maſticis oīuꝫ
ana. ʒ. iiii. cinnamōi et pipis ⁊ ariſtologie rotunð
omniū ana pondus. ʒ. iii. xiloaloes indi ⁊ garioſi-
loꝝ ⁊ myrrhē omniū ana pondus. ʒ. i. ſ. ꝯfice haſ
medicinas tritas cicotrigonizatas cū melle diſpūa-
to ⁊ repone in vaſe ⁊ vtere. Cuius doſis ſit ſicut
faba cum aqua calida.

Medicina de muſcho cuꝫ apſinthio q̄ valet
ad pulſum cordis ⁊ algueſgues et apata e
piglotis ⁊ exiccat hūoroſitatē ſtōi. C⁹ ꝑ
miſtio. ¶ ℞. apſinthij ⁊ aloes amboꝝ ana. ʒ. viij
reuſini. ʒ. viii. ameos. ʒ. viii. ⁊ croci ⁊ ſeis apij ā
boꝝ ana. ʒ. iiii. muſchi et nereiden et folij et myr
rhe omniū ana. ʒ. ii. caſtorei. ʒ. i. ſ. cōmiſce ⁊ cō
fice cū melle. ¶ Medicina de muſcho alia cōferēſ
ad meliaꝫ cholicā. ¶ ℞. maſticis et croci amborū
ana. ʒ. i. ſ. ſupioris apſinthij ⁊ ozimi citrati ⁊ epi-
thymi omniū an̄. ʒ. i. xiloaloes ⁊ galle amboꝝ an̄
ʒ. i. ſ. muſchi. ʒ. ſ. zedoarie ⁊ doronigi amboruꝫ
ana. ʒ. ii. margaritaꝝ ⁊ karabe ⁊ coralli ⁊ ſerici oī
um an̄. ʒ. iii. aloes. ʒ. xxiiii. mell' q̄tū ſufficit. do
ſis ei⁹ integra pondus. ʒ. ii. cū aq̄ tepida.

Medicina de muſcho dulcis valens ad pul
ſum cordis ⁊ egritudines melicas ⁊ diffi
cultates anhelitus et ad epilepſiā ⁊ paly-
ſim ⁊ torturā ⁊ q̄rtanā. C⁹ ꝑmiſtio. ¶ ℞. zedoa
rie ⁊ doronigi amboꝝ ana pond⁹. ʒ. i. margarita
ꝝ nō ꝑforataꝝ ⁊ coralli ⁊ karabe ⁊ ſerici crudi adu
ſti omniū ana pondus. ʒ. i. ſ. been albi et rubei et
folij indi ⁊ ſpice ⁊ garioſiloꝝ ⁊ caſtorei omniū ana
pondus duaꝝ tertiaꝝ. ʒ. i. ⁊ zinziberis et macropi
peris amboꝝ ana tertias duas. ʒ. i. muſchi pōdus

ſexte ⁊.ʃ.ʒ.iꝰ. Tere medicinas ⁊ cribella et cōfi
ce cū melle qđ eſt ſicut extrahit de fauis qđ nō in
uēit ignis crudū ad vnū tria et repōe ī uaſe ⁊ uter

Medicina de muſcho alia efficiens illa iuua
mēta. ¶ ℞. zedoarie et dorōigi ⁊ mar
garitaꝝ puaꝝ et karabe et coralli omniū
ana.ʒ.iij.et tertiā.ʒ.i.et ſerici crudi pondus.ʒ.
ii.et been albi ⁊ rubei et ſpice et folij et cardamōi
⁊ gariofiloꝝ omniū ana.ʒ.iiii.et duas tertias.ʒ.i
⁊ vſnee et macropiperis ⁊ zinziberis omniū an̄ pō
dus.ʒ.i.⁊ tertie.ʒ.i.caſtorei pondus tertie.ʒ.iꝰ
et muſchi boni pondus aur̄.i.incidat̄ ſericū inciſio
ne pua donec fiat ſicut puluis deiñ aggreget̄ in mor
tario cū margaritis ⁊ corallo et karabe et terantur
optime et terant̄ alie medicine et cōficiat̄ cū melle
crudo.cꝰ doſ ſit pōdꝰ medij aur̄ cū aq̄ tepida.

Medicina de muſcho alia ſilis illi.cꝰ cōmi
ſtio. ¶ ℞. apſinthij et aloes amboꝝ ana
ʒ.viii.ſpice ⁊ muſchi ⁊ folij ⁊ myrrhe ō
niū ana pondus.ʒ.ii.reuſini pondus.ʒ.vi.ame
os et croci et ſeīs apij omniū ana pondus.ʒ.iiii.ca
ſtorei.ʒ.i.ʃ.Tere et cōfice cū melle.cꝰ doſ inte
gra ſit aure.i.

Sagzenea magna. ¶ Hec medicina eſt ex
pta valens ad oīs paſſiōes frās ⁊ vētoſi
tates groſſas ⁊ dolorē dentiū et corroſio
nem eoꝝ ⁊ ad frigus ſtōi ⁊ tarditatez digōiſ ⁊ coli
cā et difficultatē vrine et ad frigꝰ et phl'a ⁊ ad mu
coſitatē vrine. Cꝰ pmiſtio. ¶ ℞. caſtorei et opij
⁊ cinnamōi ⁊ aſſari et fu et meu et dauci omniū an̄
ʒ.i.pipis et macropiperis et galbani et coſti omni
um ana.ʒ.vi.croci.ʒ.ʃ.liq̄fiant cū aq̄ mellis ⁊ te
rant̄ ſicca et reſoluat̄ galbanū cū melle et cōficiatur
et āmiſtret̄ pꝰ ſex mēſes. Cꝰ pmiſtio ex deſcriptio
ne alia. ¶ ℞. caſtorei et melanopiperis et croci et
meu et fu et dauci et aſſari et opij et leucopipis et
bezard omniū ana pondus.ʒ.ii.coſti pondus.ʒ.i
ciāmōi.ʒ.ii.terant̄ et cribellent̄ et cōficiat̄ cū mel
le diſpumato.

Sagzenea minor q̄ eſt in intentōe eiꝰ. ℞.
caſtorei et opij amboꝝ ana.ʒ.x.pipis et
macropipis et galbani et myrrhe et coſti
omniū ana.ʒ.lx.et cinnamōi et meu et fu ⁊ dauci
et aſſari omniū ana.ʒ.x.et croci pondus q̄rte.℥.
iꝰ. Et in deſcriptōe alia zinziberis.℥.i.et ſtoraciſ
liq̄de.℥.iii. Et in deſcriptōe alia caſtorei et mela
nopipis et croci et meu et fu et dauci et aſſari et o
pii et cinnamōi et leucopipis omniū ana.ʒ.i.coſti
pondus.ʒ.i.Tere oīa et cōfice cuz melle et antiq̄t
ſex menſibꝰ.cꝰ doſ ſit aur̄.ʃ.cū aq̄ tepida in ieiu
no. Et ī deſcriptōe doſ qđ eſt inter ſextā.ʒ.i.uſ
q3 ad duos aur̄. Et in deſcriptōe doſ q̄tū eſt gra
nū pipis. Et dicit̄ ꝙ terat̄ ſiliq̄ ⁊ liniat̄ ad uenena et
ad ventoſitates in m̄ricibꝰ et paucitatē cōceptiōis
et mēſtrue. Soluat̄ de ea q̄tū eſt faba cū oleo đ li
lio ⁊ ſupponat̄ cū lana et liq̄fiat de ea cū oleo ſam
bacino et odoret de ea mulier et ſuffumiget̄ cū ea
etiā. Et ad dolorē pectoris et tuſſiz et renes et dif
ficultatē vrine ex frigoribꝰ et bibat de ea mulier
q̄tū eſt cicer cū vino puro et ad nauſeatiuā ſacieta
tem aur̄.i.cum vino puro.

Hmoruſia q̄ ꝯfert ad debilitatē epatis et
ſplenis et duritiē eoꝝ ⁊ apit oppilationez
⁊ prouocat vrinam et frangit lapidem in renibus
⁊ iuuamentum eius in inceptōe hydropiſis eſt ma
gnū.cꝰ pmiſtio. ¶ ℞. dauci ⁊ ē ſemē baucie ſilue
ſtris et cymī carmeni xilobalſami caſie cordumeni
floris ſq̄nanti ſeīs apii omniū ana pondus.ʒ.i.ma
cropipis et coſti amboꝝ ana.ʒ.ʃ.leucopipis.ʒ.ʃ.
myrrhe pondus.ʒ.iii.baccaꝝ lauri.x.nūero aco
ri et croci amboꝝ ana pondus.ʒ.ii. Aggrega has
medicinas tritas et cribellatas et cōfice cū melle di
ſpumato cꝰ doſ ſit ſꝫ q̄titatē auellāe cū aq̄ tepida.

Anacardinū et eſt albeladoriū qđ eſt iuua
mentū ad cōtractionē.i.eos q̇ ſe mouere
nō poſſunt.cꝰ pmiſtio. ¶ ℞. myrobala
noꝝ nigroꝝ et belliricoꝝ ⁊ emblicoꝝ omniū an̄.ʒ
xxxvi.nigelle pondus.ʒ.xxiiii.ſpodii pondus.ʒ
vi.heil pondus.ʒ.vii.ciperi.ʒ.vi.anacardi.ʒ.
vi.pipis et macropipis et zinziberis et felfelmu
re et aniſi omniū ana.ʒ.xii.tere et cribella et per
miſce cū eo penidiorum pondus.ʒ.dc.reſoluātur
cū aq̄ ſm q̄titatē q̄ ſufficit ⁊ cōfice medicinas et ſe
peli uas in quo eſt medicina in ordeo ſex menſibꝰ
deinde vtere.

Confectio anacardi q̄ confert ad oīs ſpēs
doloꝝ ſtōi ⁊ ꝯfert ad dolorē capīs ātiq̄ū
⁊ ad v̇tiginē ſtōaticā et ad maniā et aliena
tionē et dolorē pectoris et epatis et ſplenis ⁊ renū
et cōplōnē frāz et dolores m̄ricū et podagrā et le
prā et egritudines melie.cꝰ pmiſtō. ¶ ℞. ſpice
et meu et croci et caſie et folii et epithymi et ſq̄nā
ti et carpobalſami et ariſtologie lōge et gariofilo
ꝝ et granoꝝ alben et zinziberis et aloeſ et bdellii ⁊
myrrhe et olei balſami omniū ana.℥.i.maſticis ⁊
mellis anacardi et agarici omnium ana ptes.viii.
radicis lilii celeſtis.℥.ii.corticū radicis feniculi ℔
iii.aceti aſceri.iii.infunde cortices feniculi in ace
to tribꝰ diebꝰ et piiciant̄ in ollā ⁊ ferueat bullitio
ne leui ⁊ colet̄ et exprimant̄ radices et adiungat̄ il
li aceto mellis ℔.i.ʃ.et bulliat ad ignez leuē ſup
carbones donec ingroſſetur parūp et pmiſceant̄ cuz
eo medicine et ſit doſ pondus.ʒ.ii.cū eo qđ con
uenit de potibus

Confectio alia anacardia faciēs ad palyſiz
et ei ſiliā et ad torturā et mollificationez
et abſtergit cerebꝝ et facit ipz bonū.cu
ius pmiſtio. ¶ ℞. ſpice caſie folii indi myrrhe cro
ci ſceba armeni epithymi ſupioris aladrion reuſi
ni carpobalſami gariofiloꝝ oīuz ana pondus.ʒ.ii
granoꝝ alben excorticatoꝝ et ziziberis amboꝝ an̄
℥.i.et alkei et mellis anacardi et kerbel omniū an̄
℥.iii.agarici pondus.ʒ.ii. Et ī deſcriptōe alia pō
dus.ʒ.viii.aloes ſcotrenſis.℥.i.ireos.℥.ii.cor
ticū venarū feniculi ℔.iii.aceti fortis ℔.ix.infū
dant̄ cortices in aceto tribus diebus ꝯtinuis et piī
ciat̄ tunc in vaſe ⁊ ferueat tribꝰ ebullitōibꝰ cum
igne medio deiñ colet̄ et piiciant̄ cortices et iteruz
reponat̄ acetū in ollā et effundant̄ ſup ipz de melle
℔.x.ʃ.decoquat̄ cū igne leui donec ingroſſet̄ ⁊ pl'
uerizent̄ deſup: tunc medicine trite p̄dcē ⁊ pmiſce
cas ⁊ vtere hac cōfectōe pꝰ ſex mēſes: cꝰ doſ inte
gra ſit pondus.ʒ.iꝰ.cū aqua tepida.

Araſton magnū. Et eiꝰ expoſitio eſt bo
nū cōferens ad frigus corpis ⁊ ad pthiſim
⁊ dolorē vētris et febrē ꝯ̄niſtā ⁊ ad q̄r

tanā et ad colicā et dolorē m̄ricis. c⁹ ꝑmistio. ℞.
opii et croci et casie et amōi et euforbii et acatie et
costi et myrrhe et spice et gūmi arabici et seīs al-
kerus et seīs alandacocha ⁊ granoꝝ vrtice ⁊ bdel
lii et olibani et adibic et sumach et sulfuris citrini
⁊ storacis liq̄de ⁊ leucopipis omniū ana. ʒ. v. pir̄
tri et seīs artanithe ⁊ est adranoch ⁊ rosaꝝ siccarū
⁊ seīs rhaphani ⁊ seīs apij et seīs citri omniū an̄. ʒ
iiij. ameos ⁊ seīs altaraxacō siluīris omniū ana. ʒ.
iiii. seīs sinapis. ʒ. i. semīs hyusq̄ami albi pondus
ʒ. x. cartami ⁊ zinziberis amboꝝ ana pondus. ʒ. ij
Et de eis q̄dā sunt q̄ nō ponūt in ea pip. Tere sicca
⁊ infunde reliq̄ in vino odorifero trib⁹ dieb⁹ do
nec resoluant̄ ⁊ ponant̄ cū melle ⁊ tunc effundātur
desup olei balsami boni. ℥. i. ⁊ ponat̄ sup ignez in
vase lapideo ⁊ accēde sub eo ⁊ ferueat duab⁹ ebl̄
litōib⁹ deiñ remoueat̄ ab igne et antiquet̄ sex mē
sib⁹: c⁹ dosis integra sit pondus aur̄. i. Et quan-
toplus antiquatur est melius.

ARaston minus cōferens ad oīa q̄b⁹ ꝯfert
maius. ℞. opij pondus. ʒ. iiij. acatie ⁊
pipis amboꝝ ana. ℥. i. piretri pondus. ʒ
iij. amōi. ʒ. v. casie. ʒ. iiij. croci. ʒ. iij. ⁊ sulfuris
citrini. ℥. i. ⁊ euforbij. ʒ. iij. spice. ℥. i. Terant̄ ⁊
cribellent̄ ⁊ conficiantur cū melle.

DIamarte q̄d est iuuatiuū ad oppilationes
epatis et splenis ⁊ frigus m̄ricū ⁊ tussim
hūidā ⁊ q̄rtanā ⁊ cōstrictionē anhelitus ⁊
ictericiā oppilatiuā et mollificationē c⁹ ꝑmistio.
℞. seīs harmel eminā. i. ſ. olibani. ʒ. x. aristolo
gie lōge ⁊ r̄usini amboꝝ an̄. ʒ. xx. zedoarie ⁊ do
ronigi amboꝝ ana pondus. ʒ. iiij. masticis et carpo
balsami et croci et meliloti et spice arōatice omni
um ana pondus. ʒ. x. opij et zinziberis ⁊ costi ⁊ ca
sie omniū ana sextaria. iij. et istaꝝ medicinaꝝ triū
in descriptōe alia. ʒ. xij. cipi sextaria. x. aloes. sco
trensis pondus. ʒ. xiiij. gariofiloꝝ pondus. ʒ. vi.
hellebori albi rosaꝝ rubeaꝝ siccaꝝ nigelle omniū
ana sextaria. vi. pipis pondus. ʒ. x. Aggrega has
medicinas cōtritas et cicotrigonizatas ⁊ cōfice cuz
melle dispumato ⁊ vtere.

BEdemeregi. Ei⁹ iuuamēta sunt sicut iu
uamēta diamarte: c⁹ ꝑmistio. ℞. ze-
doarie et doronigi et opij ⁊ castorei ⁊ pi
retri ⁊ pipis ⁊ macropipis et casie ⁊ est ex almasus
et seīs hyusq̄ami albi et storacis liq̄de et oppopona
ci et croci omniū ana. ʒ. vi. fenugr̄ci. ʒ. viij. mar
garitaꝝ pondus. ʒ. ij. galbani ⁊ myrrhe amboꝝ a
na. ʒ. xij. tere et cribella et cōfice cū melle.

COnfectio algarithi cōferens ad dolorē ca
pitis antiq̄ū et dat̄ in potu cū vino cōmi-
sto cū melle ⁊ aq̄ tepida ⁊ cōfert ill̄ q̄ epi
lepsiā patiunt̄ qū bibūt de ea ⁊ est iuuatiua ad obli
uionē ⁊ ad apa duꝝ ⁊ abscindit supfluitates q̄ attra
hunt̄ ad oculos: c⁹ ꝑmistio. ℞. myrrhe ⁊ casie
⁊ macropipis ⁊ cinamōi et siseleos ⁊ amōi omniū
ana pondus. ʒ. iiij. spice ⁊ floris sq̄nāti amboꝝ ana
ʒ. xij. ⁊ croci pondus. ʒ. vi. ⁊ opij pondus. ʒ. v.
⁊ seīs apij montani pondus. ʒ. xv. anisi ⁊ seīs apij
hortulāi āboꝝ an̄. ʒ. xx. ⁊ pipis pōd⁹. ʒ. xxxviij
storacis liq̄de ⁊ costi ⁊ rubee ⁊ assari omniū ana. ʒ
i. tere ⁊ cribella sicca ⁊ infunde hūorosa in vīo o-
dorifero deiñ cōfice totū cū melle. c⁹ dos̄ sit pon-
dus. ʒ. i. cū aqua tepida in ieiuno.

COnfectio citrina selini valens ad egritu-
dines chol̄e nigre ⁊ ventositates ⁊ pulsū
cordis ⁊ dolores infantiū ⁊ dolores m̄ri
cū. c⁹ ꝑmistio. ℞. pipis albi zinziberis ⁊ sal̄ idi
omniū ana pondus. ʒ. vi. opij ⁊ euforbii ⁊ castor̄i
et gariofiloꝝ et croci ⁊ masticis ⁊ piretrī omniū an̄
ʒ. v. costi. ʒ. vi. fesire ⁊ fesiresim ⁊ cipi ⁊ zedoa-
rie ⁊ doronigi ⁊ aristologie lōge omniū ana. ʒ. ii.
olei balsami ⁊ aq̄ cafore amboꝝ ana. ʒ. iiii. Tere
sicca ⁊ infunde gūmas in vino ⁊ cōfice cū melle di
spūato. c⁹ dos̄ sit unicuiq̄ hoī s̄z mēs̄az sue ꝯpl̄ois

COnfectio nigra selini q̄ cōfert ad mes et
palysim ⁊ ad guale ⁊ ad chol̄az nigram ⁊
oēs egritudines fr̄as. c⁹ ꝑmistō. ℞. seīs
harmel. ʒ. cētū ⁊ vigīti oppopōacis. ʒ. lxxx. nigel
le ⁊ bezard ⁊ cucūeris siluīris omniū ana pondus. ʒ
lx. acori ⁊ serapini ⁊ āmōiaci ⁊ aristologie lōge et
sinapis ⁊ bdellii subalbidi ⁊ hellebori ⁊ radicis en
diuie ⁊ castorei ⁊ radicis colloq̄ntide ⁊ sulfuris ci-
tri ⁊ seīs eruce ⁊ agnicasti ⁊ rute mōtane omnium
ana pondus. ʒ. xl. opii ⁊ euforbii ⁊ hyusq̄ami albi
⁊ pipis albi ⁊ cōdisi ⁊ salis īdi rubei ⁊ salis napti-
ci nigri ⁊ radicis assehebeza ⁊ ē radix sebisech ⁊ est
mandragore ⁊ radicis hyusquiami albi ⁊ piretri ⁊
myrrhe ⁊ aloes ⁊ olibani ⁊ capsie omniū an̄. ʒ. xx
spice ⁊ masticis ⁊ zedoarie ⁊ doronigi omniū ana
ʒ. viii. croci. ʒ. iii. Tere sicca ⁊ īfunde gūmas ī ki
tran d̄ scemi s̄m q̄ntitatez q̄ sufficit deiñ tere ⁊ ꝯmi
sce medicinas oēs deiñ sepeliat̄ ī ciere duob⁹ mē
sibus deiñ āministret̄ p⁹ illud de q̄ dent̄ forti aure.
iii. ⁊ medio. ii. ⁊ debili. i. ⁊ īfanti q̄ntū est granuz
piperis.

COnfectio albumuseli ⁊ ē iᵃ q̄ noīata ē suc
currēs ⁊ ē d̄ stusefactis sedatia doloꝝ ex
oī vētositate ⁊ ex oī egritudīe dn̄ante si
cut īcubo ⁊ ex alguesgues ⁊ ad oēz dolorē ē iuuatia
⁊ sedatiua. c⁹ ꝑmistio. ℞. opii ⁊ hyusq̄ami al.
amboꝝ ana aur̄. x. euforbii et croci ⁊ spice et pire
tri ⁊ hermodactiloꝝ ⁊ cardamōi et macropipis oī
um ana. ʒ. v. Tere et cribella ⁊ cōfice cū melle di
spūato de q̄ det̄ aur̄. ſ. forti et magno et ꝑuo et de
bili pondus sexte. ʒ. i⁹.

COnfectio de alleis faciens ad morpheā ⁊
frigora et hūorē crudū et phl̄a et addit in
v̄tute et clarificat colorē et cōuertit vten
tē se q̄i ad formā adolescentie cōferens oī egritu-
dini potat̄ in hyeme calefacit cor⁹ ⁊ alleuiat corp⁹
et erigit nāz. c⁹ ꝑmistio. ℞. caficies duos cice-
ris de scemi q̄ infundant̄ in nocte in aq̄ dulci deinde
cū igne leui coquat̄ donec aq̄ ei⁹ denigret̄ et cōfran
gat̄ cicer deiñ colet̄ aq̄ postea sumant̄ allea et findā
tur vnūq̄dq̄ gn̄ū eoꝝ deiñ coq̄nt̄ cū ea donec dis
cocta sint allea et fiāt sicut cerebꝝ postea fundat̄ d̄
sup lac vaccinū dulce in tanta q̄ntitate q̄ submergat
ipsa q̄ttuor digitis deiñ coq̄nt̄ lēto igne sicut cande
le donec exiccet̄ lac aut q̄i deiñ fundat̄ desup bu-
tyꝝ vaccinū recens cū mensura postea decoq̄t cum
igne leui sicut candele donec exiccet ip̄z deiñ cōfi
ce ip̄z in vase eneo dōec fiat sicut massa: postea ef
funde desup mellis albi clari q̄ntitatē q̄ supemine-
at ei q̄ttuor digitis et decoq̄ ip̄z sil̄r donec coagule
tur aut q̄i deiñ pone sup vnaq̄q̄ lb alleoꝝ aure.

xii. de tuderi rubeo et albo et aur̄. iii. pipis et au re. x. portulace et aur̄. x. cimi carmeni et aur̄. x. galange et tr̄idē cinnamōi. Tere has medicinas et piice desup et pmisce ea et pone in vase viridi et sumat̄ de ea q̄tū est nux f̄m oēz dispōez.

Athanasia magna q̄ est cū epate adib ꝯferens doloribꝰ epatis et splenis et stōi et ventositatibꝰ et dysenterie et tussi antiq̄ et eis q̄ euomūt sanguinē et est sedatiua doloꝝ sicut cōfectio filonis. s. filonuz romanuz et ad stuporē et fluxū ventris et sanguis expulsionē et dolorē renū et ventositatē renum ⁊ vesice et asma ⁊ tussim et mundificat pectus et cōfert sicut emplr̄m sup hemorroidas posita. ⁊ eius doſ est q̄rta aurei vsq3 ad aur̄. s. cꝰ pmistio. ℞. croci ⁊ myrrhe ⁊ opij et castorei ⁊ seīs hyusq̄ami albi et costi ⁊ cordumēi ⁊ papaueris ⁊ spice et eupatorij et epatis adib ⁊ cornu dextri de cornibꝰ capre adusti omniū ptes eq̄les. Tere q̄ de eis terunt̄ ⁊ liq̄fac q̄ liq̄scunt cū vino et cōfice cū melle dispumato ⁊ vtere post sex menses.

Athanasia minor iuuamēta cꝰ sunt illa eadē cꝰ pmistio. ℞. storacis ⁊ croci ⁊ costi ⁊ spice ⁊ opij et casie omniū ana. ʒ. iiij succi eupatorij. ʒ. viij. radicis lilij. ʒ. xij. mell' q̄tū sufficit doſ eiꝰ sicut auellana cū eo qd̄ cōuenit d̄ potibus. Et in descriptōe alia addite sunt due medicine q̄ sunt myrrha ⁊ xilobalsamū de vnaquaq3 quarū ponunt̄. ʒ. iiij.

Diacurcuma minus cōferēs ad debilitatez epatis et splenis ⁊ stōi et ad duritiē eorū ⁊ ad inceptionē hydropisis ꝓhibēs eiꝰ generationē et colorē efficit bonū valde ⁊ confert ad plimas egritudines antiquas. cꝰ pmistio. ℞. spice arōatice ⁊ myrrhe ⁊ casie ⁊ costi ⁊ floris sq̄nanti ⁊ cinnamōi ⁊ croci omniū ptes eq̄les. Terant̄ ⁊ cribellent̄ ⁊ infundatur myrrha die ⁊ nocte in triplicato ⁊ pmisceant̄ oīa ⁊ cōficiat̄ cū melle dispūato et reponat̄ in vase ⁊ āmistret̄. Et in descriptiōe alia loco spice nereiden.

Ars diacurcume maioris ex arte Gal'. qd̄ cōfert ad dolores antiquos exn̄tes in epate et splene ex frigore ⁊ grossitudiē ⁊ apit oppilatōes accn̄tes in oibꝰ instr̄is nutrimenti ⁊ fugat ventositates grossas ab eis ⁊ ꝓuocat vrinaz ⁊ cōfert oibꝰ doloribus renū vesice ⁊ m̄ricis accidentibꝰ ex materijs grossis ⁊ duritie q̄ est in eis et hydropicis. cꝰ cōmistio est hec. Croci pondꝰ. ʒ. xij. ⁊ meu ⁊ fu amboꝝ an̄ pōdus. ʒ. iiij. ⁊ spice pōdus. ʒ. vi. ⁊ anisi ⁊ dauci ⁊ assari ⁊ reusini et pet°selini omniū ana pondus. ʒ. iiij. costi ⁊ casie ⁊ floris sq̄nanti omniū ana pondus. ʒ. i. ⁊ rubee pondꝰ ʒ. ij. ⁊ succi lilij ⁊ eupatorij ⁊ polij ⁊ scolopendrie omnium ana pondus. ʒ. iij. ⁊ olei balsami. ℥. s. ⁊ myrrhe. ʒ. iiij. Et in descriptōe alia loco spice carpobalsami. ʒ. i. capparis romane. ʒ. iij. Tere ⁊ cribella ⁊ cōfice cū melle postq̄ȝ inuoluunt̄ cū ol'o bal balsam. cꝰ doſ sit pōdꝰ. ʒ. i. cū sir° de melle.

Dialacca magna cōferens iuuamēta diacurcuma ⁊ frangit lapidē. cꝰ pmistio. ℞ lacce. ʒ. viij. amigdale excorticate ⁊ cinamōi ⁊ folij ⁊ gariofiloꝝ omniū ana. ʒ. v. camepitheos ⁊ meu ⁊ fu ⁊ myrrhe ⁊ isopi sicce omniū an̄ ʒ. iiij. spice. ʒ. xij. dauci ⁊ seīs apij ⁊ bdellij omniū ana. ʒ. vij. s. croci. ʒ. iiij. assari. ʒ. vij. carpobalsami ⁊ casie ⁊ masticis ⁊ calami arōatici omniū an̄ ʒ. iiij. gentiane ⁊ aristologie rotunde omniū an̄. ʒ vij. ⁊ succi liq̄ritie. ʒ. xij. s. reubarbari. ʒ. xv. s polij ⁊ sq̄nanti omniū ana. ʒ. iij. pipis nigri et costi amboꝝ ana. ʒ. x. s. siseleos ⁊ olei balsami amborū ana. ʒ. iij. s. Tere sicca ⁊ cribella ⁊ solue q̄ liq̄fiunt cū vino odorifero ⁊ cōfice cū melle q̄tū sufficit ⁊ doſ eiꝰ sit sicut auellana cū eo qd̄ cōuenit ei de potibꝰ ⁊ addit̄ in ea. ℥. i. aloes ⁊ pipis nigri et aristologie lōge ⁊ coriandri omniū ana. ʒ. iij.

Dialacca minor q̄ cōfert ad debilitatē epīs ⁊ stōi ⁊ frigus amboꝝ ⁊ duritiē eoruz ⁊ ad duritiē splenis ⁊ apit oppilatōes. cꝰ pmistio. ℞. lacce ⁊ costi ⁊ baccaꝝ lauri ⁊ lupiorū ⁊ fenugreci ⁊ pipis omniū ana. ʒ. ij. reusini. ʒ. iij. mellis q̄tū sufficit. cꝰ doſ sit pondus. ʒ. i. cum aq̄ decoctōis apsinthij. Et in descriptione alia loco baccaꝝ lauri ponitur flos squinanti.

Ars alkokin qd̄ cōfert ad tussim ⁊ duritiē epīs ⁊ pl'esiz. cꝰ pmistio. ℞. myrrhe ⁊ ameissit amboꝝ ana. ʒ. iiij. spice et croci ⁊ cinnamōi et casie omniū ana pondus. ʒ. i. floris sq̄nanti et calami arōatici et bdellij subalbidi omniuz ana pondus. ʒ. ii. s. Et in q̄busdā descriptōibꝰ loco bdellii mucalibꝰ passulaꝝ magnaꝝ enucleatarū et ablatis corticibꝰ. ʒ. xv. mellis q̄tū sufficit. cuiꝰ dosis sit pondus. ʒ. i. cū decoctiōe isopi infundant̄ q̄ infundenda sunt de medicis cū passulis in vio odorifero. et terant̄ sicca et cribellent̄ et resoluat̄ur sicca cū melle et misceant̄ oīa et cōquassentur.

